GREGORII CORINTHII

ET

ALIORVM GRAMMATICORVM

LIBRI

DE DIALECTIS

LINGVAE GRAECAE.

QVIBVS ADDITVR NVNC PRIMVM EDITVS

MANVELIS MOSCHOPVLI

LIBELLVS DE VOCVM PASSIONIBVS.

RECENSVIT ET CVM NOTIS

GISB. KOENII, FR. IAC. BASTII,

IO. FRANC. BOISSONADI

SVISQVE EDIDIT

GODOFR. HENR. SCHAEFER.

ACCEDIT FR. IAC. BASTII COMMENTATIO PALAEOGRAPHICA

CVM TABVLIS AENEIS VII.

LIPSIAE

SVMTIBVS IO. AVG. GOTTL. WEIGEL

MDCCCXI.

PRAEFATIO

GISBERTI KOENII.

Libelli, qui Nostra qualicunque cura ornatior locupletiorque prodit, auctorem plerique omnes CORINTHVM quendam esse crediderunt. Nec aliud nomen in fronte gerunt superiores Editiones, quarum hic fere est titulus: *Περὶ διαλέκτων τῶν παρὰ Κορίνθου παρεκβληθεισῶν.*

lium titulum, quique nomen etiam auctoris paulo aliter scriptum exhibet, *Τοῦ μακαριωτάτου Κορύτου περὶ διαλέκτων,* in Codice MS. se inuenisse, testatur Henricus Stephanus in iis, quae praefatus est Ioanni Grammatico de Dialectis p. 12. ob illam ipsam rationem in Appendice de Dialecto Attica Cap. XIX. pag. 235. veluti dubius, vtrum praeferret, scribens "Corinthus, siue Corytus."

Τοῦ μακαριωτάτου Κορίθου περὶ διαλέκτων praefert Bibliothecae Monasterii Florentini Codex, teste Viro de erudita antiquitate praeclare merito, Bernardo Montefalconio Diarii Italici Cap. XXV. p. 365. Sed *Κορύτου* et *Κορίθου* aberrans Librariorum manus scripsit pro *Κορίνθου*· quo no-

mine hoc de Dialectis Opusculum, non contemnendum, laudant Casaubonus, Salmasius, Foësius, Sylburgius, Vrsinus, Kusterus, aliique, qui in his literis familiam ducunt.

Neque vero in dubium vocari potest exstitisse olim complures, qui CORINTHI dicti fuerint, nomine ducto a celeberrima Achaiae vrbe, quemadmodum, vt simillimo exemplo vtar, a Cerintho, oppido insulae Euboeae, *Cerinthi* sunt appellati. De Cerinthis videatur Rich. Bentleius ad Horatium Sermon. I, 2, 81. De *Maratho*, a Phoenices vrbe Marathone ita vocato, docta est Iani Broukhusii obseruatio ad Tibullum L. I. Eleg. 4. vs. 81.

Is, quem paulo ante memoraui, Stephanus, vt demonstraret, CORINTHVM, quemadmodum alibi constanter ipse vocat, nomen fuisse probum, atque antiquis vsurpatum, satis habuit in praefatiuncula, Animaduersionibus ad Corinthum praemissa, p.19. ad notissimum prouerbium, *ὁ Διὸς Κόρινθος*, prouocare. Sed longe plura minusque dubia eius rei documenta supersunt.

Nomen fuisse seruis maxime indi solitum, (vt fabulosos illos vrbis Corinthi conditores, de quibus Isidorus Orig. L. XV. Cap. 1. Suidas et Etymologus M. splendide mentiuntur, itemque alium Apollodori in Biblioth. L. III. p. 238. missos faciam,) vel lapides literati docent.

Praeter ceteros, CORINTHVS LIBERTVS occurrit in Columbario Libertorum et Serv. Liuiae Augustae XI, 80. T. FLAVIVS CORINTHVS in Thomae Reinesii Inscript. Cl. VII, 21. pag. 490. Q. ALBATIVS CORINTHVS HARVSPEX in Muratorii Inscript. Antiq. p. DXII, 1. quod marmor nuper e schedis, quae sunt penes Clar. P. Burmannum Secundum, pro inedito dedit maturae eruditionis adolescens, R. M. van Goens in Epistola Critica de locis quibusdam Martialis pag. 6. M. ATIVS CORINTHVS ATIAE L. apud eundem Murator. p. CMXXIV, 16. Si quis plures desideret, ex Inscriptionibus cum cura collectos reperiet a Petro Burmanno ad Petronii Satyricon Cap. L. pag. 249. vbi memoratur a Petronio *Corinthus aerarius.* *) CORINTHI, mimi, vt videtur, meminit Iuuenalis Sat. VIII. vs. 197.

Finge tamen gladios hinc, atque hinc pulpita pone:
Quid satius? mortem sic quisquam exhorruit, vt sit
Zelotypus Thymeles, stupidi collega CORINTHI? **)

---

*) CORINTHVS in inscriptione apud Gutberleth. pag. 160. ad Monum. Heriae. BOISSON.

**) In loco Iuuenalis Heinrichius Comm. I. ad Iuuen. pag. 34. legit "Corinthi". BOISSON.

Fuerunt etiam Corinthi, literarum cultu nobiles, quorum ratio hic potius habenda videatur.

Κορίνθου τοῦ Σωκρατικοῦ, qui Argis docuerit, meminit Iustinus M. initio Dialogi cum Tryphone p. 101. et e Iustino Io. Alb. Fabricius Bibliothecae Graecae Tom. I. p. 840.

Grammaticum Latinum eo nomine, qui Poëtarum Romanorum Principis, Virgilii, locutionem damnare ausus sit, praebet Seruius ad Aeneïd. X. vs. 547. Certe ad Poëtae verba "*Dixerat ille ali-„quid magnum*" in Seruio vulgatur, praeter cetera: "*Μὴ μέγ' εἴπῃς.* CORINTHVS vt sordidum im-„probat." Verum Seruii ille locus non vnam maculam suscepisse videtur.

Leue est, et vix operae, monere, in Graecis priorem voculam vna syllaba augendam esse, *Μηδὲν μέγ' εἴπῃς·* vt Sophocleum sit hemistichium, e Tragici Aiace Flagellifero vs. 389. deriuatum.

Maius momentum habet Viri acutissimi, Dav. Ruhnkenii coniectura, pro "CORINTHVS vt „sordidum improbat" refingentis: "CORNVTVS „vt sordidum improbat." Hanc, mea sententia verissimam, emendationem paucis, et *ὡς ἐν παρόδῳ*, adserere iuuat.

Primum, quam pronus fuerit Librariorum in his nominibus permiscendis lapsus, argumento esse possunt Codices quidam Tibulli L. II. Eleg. 2. vs. 9.

pro *Cornute*, quam lectionem elegantissimi Broukhusii peritia genuinam esse euicit, *Cerinthe* praeferentes, et *Chorinthe*. Deinde, *Cornutus* Grammaticus saepius a Seruio ad partes vocatur; eundemque pari fastidio, nimis delicato profecto, verbum *vexasse* in Virgilii Eclog. VI. vs. 76. "quasi „incuriose et abiecte positum reprehendisse," testatur A. Gellius N. A. L. II. Cap. 6.

Damnatam a Cornuto locutionem, *aliquid magnum loqui*, bene vindicauit doctissimus Latinorum poëtarum interpres, P. Burmannus ad Valerium Flaccum L. I. vs. 262. ne Sophoclei quidem *μηδὲν μέγ' εἴπῃς* oblitus; quocum plane conuenit *μηδὲν μέγα μυθεῦ* in Theocriti Eid. X. vs. 20. Similia quaedam dedit etiam Henr. Stephanus Schediasm. XX. p. 56. Locutionem Latinam vno verbo Graeco *μεγαληγορεῖν*, vel *μεγαλοῤῥημονεῖν*, commode exprimas.

Sed misso Seruii loco, omnique de Corinthis disputatione, in qua diutius forte, quam par erat, haesimus, suus libello de Dialectis auctor adserendus est.

Sit enim probum Corinthi nomen, sit multis vel liberis hominibus, vel seruis, commune: tamen non dubitandum, quin Librariorum culpa huius libelli auctor diu CORINTHVS appellatus fuerit, qui Corinthi Episcopus siue Metropolita

erat dicendus. Librarii videlicet, cum in fronte scriptum inuenirent v. c. *Τοῦ Ἐπισκόπου Κορίνθου περὶ διαλέκτων*, duo illa vocabula, *Ἐπισκόπου Κορίνθου*, per appositionem perperam accepisse videntur.

Ipsi iam Stephano Codicis sui inscriptio, *Τοῦ μακαριωτάτου Ἐπισκόπου Κορίνθου περὶ τῶν ἰδιωμάτων τῶν διαλέκτων*, aliquid dubitationis mouerat, cum in Praefatione p. 19. fatetur, posse aliquem inde suspicari, "Corinthum non huius „scriptoris, sed illius celeberrimae vrbis nomen „esse; et male Corinthum, quem Corinthi Episco- „pum vocare oportebat, appellari." Mox tamen sibimet ipse hunc scrupulum iniicit: "parum veri- „simile fieri, nomen ipsius praetermissum fuisse po- „tius, quam nomen vrbis, cuius Episcopatum ob- „tineret."

Pulcre nouerat ipse Stephanus, quanta licentia Librarii in titulos librorum grassati sint, vel alienis addendis, vel necessariis et legitimis omittendis. Hic autem quid attinet quaerere, an talis mutilatio tituli fieri potuerit? Factam esse, liquido demonstrabimus.

Etenim quod Stephanus coniectando assecutus fuerat, tametsi suam ipse coniecturam mox deseruit, deinde alii Viri docti, quibus plurium MSS.

titulos comparandi copia fuit, verissimum esse deprehenderunt.

Suum adeo auctorem huic libello e Codicibus restituit Leo Allatius in luculenta de Georgiis Diatriba p. 416. (in Fabricii B. G. T. X. p. 798.) cui dicitur GEORGIVS siue GREGORIVS, METROPOLITA CORINTHI, cognomento PARDVS.

Allatio adiungatur Isaacus inprimis Vossius, qui sub Corinthi etiam nomine laudato Scriptore Nostro ad Hesychium V. V. *Μαρίλη*, *Μελεδαίνει* et *Ῥοικὸν,* in doctis ad Catullum Obseruationibus p. 240. antiquam lectionem, *ἐμὶν δὲ τὺ βωκολιάσδεν Ἔν ποθ' ἕν,* Theocrito Eid. IX. vs. 6. restituit, pro vulgata *ἐμὶν δὲ τὺ β. Ἔμποθεν* "ex „scripto, vt ait, Gregorii Metropolitae Corinthio„rum de quinque dialectis, cuius auctor inepte vulgo „Corinthus vocatur." quo loco respicit quae in hoc libello leguntur §. LXXVII. de Dialecto Dorica.

Horum potissimum Virorum monitis, vt credibile est, excitati ex Eruditis nonnulli, qui, quod verum erat, sequi, quam vulgaris erroris accessionem esse maluerunt, cum ex hoc libello data opportunitate quaedam laudarent, suum eius auctori nomen impertiuerunt: v. c. Thomas Galeus in not. ad Cornutum de N. D. p. 177. n. 27. ad Herodotum p. 72, 11. Tib. Hemsterhusius ad Lucianum Tom. I.

p. 96. Ioannes Alberti ad Hesych. Tom. I. p.1260, 18. Lud. Casp. Valckenaerius ad Euripidis Phoen. p. 269. 449. et ad Herodotum p. 167, 37. 224, 22.

Rem plane conficit Amplissimi Gerardi Meermanni Codex, qui totidem literis praebet: *Γρηγορίου Μητροπολίτου Κορίνθου περὶ διαλέκτων.*

Itaque GREGORII, vel, vt in Codicibus quibusdam vocatur, GEORGII nomen habuisse huius de Dialectis libelli auctorem, eundemque Corinthiorum Metropoliten fuisse, dubio caret. Michaëli adeo le Quien Orientis Christiani Tom. II. p. 164. inter Corinthi Episcopos, quos quidem indagare potuerit Vir sollertissimus, posteaquam N. XXIV. alium Georgium recensuerat, N. XXVII. recensetur GEORGIVS II. alias GREGORIVS CORINTHI METROPOLITA.

De PARDI cognomine quae Allatius, loco supra indicato, monuit, MSStorum etiam fide comprobantur. *Γρηγόριος Πάρδος Μητροπολίτης Κορίνθου* appellatur in Opusculo inedito, cuius ex Allatii Diatriba de scriptis Damasceni meminit Fabricius Biblioth. Graec. Tom. VIII. p. 821. In Codice Regio Parisino N. 2669. aliud exstat hoc titulo: *Γεωργίου Μητροπολίτου Κορίνθου, τοῦ πρότερον Πάρδου ὀνομαζομένου, περὶ Συντάξεως τοῦ λόγου, ἤτοι περὶ τοῦ μὴ σολοικίζειν* cett. e quo coniecturam facere licet, Gregorium

Nostrum Pardi cognomen, posteaquam Corinthi infulam obtinuisset, abiecisse.

Quod attinet ad aetatem, qua vixerit, scripsisse eum seculo XII. in Bibliotheca Gr. Tom. VII. p. 35. Fabricius tradit, nulla opinionis suae ratione addita. Le Quienus autem l. c. Theophylacto Pelagoniae recentiorem, et Gregorio Cyprio, qui sub finem seculi decimi tertii Constantinopolis Patriarcha sedebat, antiquiorem statuit, hoc potissimum vsus argumento, quod in Volumine inedito *de Constructione orationis* iambos commendauit Nicolai Calliclis Archiatri, qui Alexio Comneno imperante vixit. Gregorii Nostri, praeter Calliclem etiam Gregorium Pisiden et Theodorum Prodromum inter Iambographos *νεωτέρους* laudantis, verba e libro MS. excitauit Allatius Diatriba de Georgiis p. 308. (in Fabricii B. G. Tom. X. p. 605.) Prodromus vero et ipse sub Alexio et Ioanne Comnenis floruit. A Comnenorum igitur imperio, sub quibus in Oriénte Graecae literaturae studium rursus emergere coepit et caput efferre, Corinthius etiam Episcopus non longe abfuerit; quamquam vel sic dubium relinquitur, quemnam Imperatorem *σεβαστῶν πάντων φιλολογωτάτου* titulo, vt magno consensu MSS. habent, in prima Praefatione ornaverit. *)

*) Medio seculo XII. alligat Saxius Onomast. P. II. p. 243. Etiam

Erunt fortasse, qui hunc ipsum de Dialectis libellum iam ab Eustathio, Thessalonicae Archiepiscopo, qui vastos in Homerum commentarios sub Manuele fere concinnauit, lectum putent. Is certe ad Odyss. *Γ.* p. 1471, 24. laudat *τὸν γράψαντα ἐν Τῷ περὶ τῶν πέντε Διαλέκτων, ὅτι γλῶσσά ἐστιν ἰδίωμα διαλέκτου.* Fieri autem vix potest, quin eo in loco aliqua vacillantis memoriae culpa teneatur Eustathius, visus sibi legisse, *γλῶσσά ἐστιν ἰδίωμα διαλέκτου*, vbi reuera legerat: *Διάλεκτός ἐστιν ἰδίωμα γλώσσης·* quae totidem verbis leguntur in Gregorio, a nobis etiam edita pag. 3. [p. 9. edit. Lips.] Verum tamen longe probabilius est, Eustathium in animo habuisse aliud de Dialectis Opusculum, quod, Ioanni Grammatico adscriptum, eandem dialecti definitionem offert. Quid? quod eam ipsam in Gregorio ex libris manuscriptis, quibus vsi sumus, vnus tantum Vaticanus agnoscit, optimus autem Vossianus cum vtroque Regio et Meermanniano praetermittit; vt e

---

Reiskius praefat. ad Gregorii Cor. Comment. ad Hermogen. *Π. Μ. Δ.* (Orator. Graecor. Tom. VIII.) p. 879. : "Corinthius duodecimo „secundum C. N. seculo non est vetustior, quippe qui Simeonem „Metaphrasten laudet." Quod autem Fabricius Bibl. Gr. Tom. VI. p. 195. Harl. scribit, "Corinthum leuissima et falsa coniectura a „quibusdam haberi auctorem poëmatis, quod fertur sub nomine „Cointi Smyrnaei siue Quinti Calabri," tangit Thomam Reinesium, cuius hanc opinionem fuisse, obiter monet Vrsinus Gr. Gr. p. 83. ed. alter. V. Tychsen. Comm. de Quinto Smyrnaeo p. XXI. SCHAEF.

Ioannis Grammatici collatione Nostro pannus iste adsutus videatur.

Sed haec vtcunque existimata erunt, non vulgarem Graecis literis operam nauauit Gregorius, plurimis scriptis nobilitatus. Libelli eius *περὶ Συντάξεως τοῦ λόγου, ἤτοι περὶ τοῦ μὴ σολοικίζειν*, quem seruat Bibliotheca Regia Parisiensis, supra mentionem iniecimus. Eundem exstare manuscriptum in Bibliotheca Vindobonensi, aliaque eiusdem auctoris Opuscula, argumenti inprimis Grammatici, reperiri in Bibliotheca Vaticana et Scorialensi, monuit Allatius Diatr. de Georgiis p. 416—420. (B. G. Fabricii Tom. X. p. 798—804.) Conf. Fabricius B. G. Tom. VII. p. 44.*)

Sed prae reliquis ingenii Gregoriani monumentis, secundis hominum studiis exceptum fuisse, quem nobis expoliendum sumsimus, de Dialectis libellum, multa eius, quae in Europae Bibliothecis adseruantur, apographa declarare videntur. Et erat hoc argumentum dignissimum, in quo tractando, optimorum Grammaticorum exemplo, vires suas periclitaretur.

Etenim Graecarum dialectorum ratio ipsis etiam Graecis olim visa est multis difficultatibus impediri

*) Commentarium Gregorii ad Hermogenis librum *περὶ δεινότητος μεθόδου*, de quo infra Koenius, e Codice Monacensi primus edidit Reiskius Orator. Graecor. Tom. VIII. p. 883. sqq. Conf. Bast. ad Gregor. p. 58. sq. SCHAEF.

Quapropter iam ab antiquissimis inde temporibus, ex quo Grammatici studium suum ad patriam linguam excolendam contulerunt, plurimi reperti sunt, qui hac etiam in parte diligenter elaborarent. Cumque vulgo quatuor esse dialecti credantur, Attica, Ionica, Dorica et Aeolica, (tametsi nonnulli Doricam et Aeolicam pro vna eademque habent,) alii singulas dialectos, alii vniuersas commentariis illustrarunt. Nolim repetere hoc loco quae diligentissimus Fabricius collegit Bibl. Graec. Lib. IV. Cap. 34. Pauca tamen in mundo habeo, quae operae erit in medium protulisse. In luculento Scholio, quod ad Iusiurandum Hippocratis edidit Meibomius, citatur *ΡΙΝΘΟΣ ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀττικῆς συνηθείας*, addito hoc eius fragmento: *Οἱ μὲν οὖν ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς, φυλέται λέγονται· οἱ δὲ ἐκ τῆς αὐτῆς φρατρίας, φράτορες· οἱ δὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους, γεννῆται.* Corrupto nomini emendando duas coniecturas impendit Vir Clarissimus, et de Graeca eruditione optime meritus, Io. Albertius ad Hesychium V. *Βρυλλοχισταί·* sed amplectenda videtur diuinatio Ruhnkenii, Viri ingeniosissimi, qui in literis ad me datis corrigendum putat *ΕΙΡΗΝΑΙΟΣ.* Irenaei, nobilis Grammatici, *Ἀττικὴν συνήθειαν* laudat Suidas Tom. II. p. 29. vbi vid. Kusterus.

Philoxeni *ἐν τῷ περὶ τῆς Ἰάδος διαλέκτου*, ab

Etymologo M. pag. 531, 15. 540, 47. 616, 47. et Suida citati, meminit etiam Orion Thebanus Etymol. MS. Paris. V. *Ἱστία παρὰ τὸ ἵζω· ἡ δὲ ἑστία παρὰ τὸ ἕζω. τοῦ δὲ ἵζω ὁ μέλλων ἵσω, καὶ ῥηματικὸν ὄνομα ἱστὸς καὶ ἱστία. οὕτω Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἰλιάδος διαλέκτῳ.* Quiuis facile emendet: *ἐν τῷ περὶ τῆς Ἰάδος διαλέκτου.* Debeo Orionis locum Ruhnkenio, qui ipse alium huc pertinentem dedit in Auctario em. ad Hesych. V. *Λάλλαι.*

Vtar vero hac occasione dubitationis cuiusdam aperiendae, quae mihi, in Philoxenea, quae interierunt, Opuscula inquirenti momenti nonnullius visa est. Nempe, praeter illa, quae Suidas commemorat V. *Φιλόξενος*, scripserat etiam, Romae aperto ludo, *περὶ Ῥωμαίων διαλέκτου·* id quod ex Etymologo V. *Κορώνη* et Eustathio optime Kusterus monuit. Eius libri mentio superest praeterea apud Etymologum in V. V. *Ξέστης* et *Στυγνός.* Accedit Orion Thebanus Etymol. MS. Paris. V. *Ὑπέρινον. τὸ σφόδρα λεπτόν. ἰνῶ ἐστι ῥῆμα τὸ ἐκκενῶ. ὅθεν ὑπέρινον ἄνδρα λέγουσι τὸν λεπτὸν, καὶ κενὸν σαρκῶν. Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ τῆς Ῥωμαίων διαλέκτου.* vnde supplendus Etymol. M. pag. 779, 6. Eundem librum vbi laudat Etymologus p. 71, 25. non Philoxeno illum tribuit, sed Philoni. Suspicabar aliquando cum Fabricio

B. G. Tom. X. pag. 44. compendifactam scribendi rationem caussam fuisse, cur pro Philoxeno Philo laudaretur: etenim obseruaueram in Etymologico Leidensi MS. nomen *Φιλόξενος* pag. 13, 34. 20, 30. 43, 15. 63, 56. quibus in locis *Φίλων* praefert Etymologicum editum. Similiter p. 60, 28. MS. Regius Paris. pro *Φίλων* habet *Φιλόξενος*. Nunc vero parum abest, quin credam, duobus nominibus, id quod saepe vsu venisse constat, eundem Grammaticum innotuisse. Certe, nisi binominem fuisse Grammaticum concedas, nominum *Φιλόξενος* et *Φίλων* sollemnis permutatio etiam Suidam, libros *περὶ Ἑλληνισμοῦ* Philoxeno tribuentem, fefellerit. Nam Etymol. Reg. MS. V. *Ἀκόλαστος. κυρίως ὁ ἀπαίδευτος, ὁ δίχα διαγωγῆς* (l. *ὁ μὴ δ.*) *καὶ κολάσεως τετυχηκὼς τὶς ἐπὶ παιδείαν.* (l. *τουτέστι παιδείας.*) *οὕτω Φίλων ἐν τῷ περὶ Ἑλληνισμοῦ.* vbi quo minus denuo *Φιλόξενος* substituendus videatur, vetat Orion Thebanus Etymol. MS. V. *Κρούειν κυρίως ἐπὶ τῶν κερατοφορούντων· κυρίττειν γάρ ἐστι τὸ τοῖς κέρασι κρούειν. οὕτω Φιλονίδης* (l. *Φιλωνίδης*) *ἐν τῷ περὶ Ἑλληνισμοῦ.* eadem enim sunt nomina *Φίλων* et *Φιλωνίδης*, forma duplici: vid. adscripta ad Gregorium de Dialectis p. 133. [p. 290. ed. Lips.] Sed illuc, vnde abiit, oratio reuocanda est.

Inter Grammaticos, qui vniuersas Graecae linguae

dialectos explicarint, eminuit Apollonius Dyscolus. Is, Suida teste, praeter cetera, scripsit etiam *περὶ διαλέκτων Δωρίδος, Ἰάδος, Αἰολίδος, Ἀτθίδος.* cuius operis desiderium incenderunt inediti eiusdem Apollonii libri *περὶ συνδέσμων, περὶ ἐπιῤῥημάτων* et *περὶ ἀντωνυμιῶν,* quos mihi Ruhnkenii humanitate euoluere licuit.

In ipsis Dialectis tractandis cum variae essent partes, alii aliam partem elegisse videntur, et in re metrica, cuius rationes aliquando e dialectis pependisse doctis constat, inprimis diligenter versatus fuisse Aristocles. Etymologus M. p. 545, 8. *τὸ δὲ θῦμα ἱστορεῖ Ἀριστοκλῆς ἐν τῷ περὶ διαλέκτου ἐκτεινόμενον·* vbi praestat scribere *Ἀριστοκλῆς ἐν τῷ περὶ διαλέκτων·* vt habet, Etymologi loco vsus, recens admodum Oppiani Scholiastes ad Halieut. Lib. I. vs. 223.*) nec aliter Draco Stratoniceus *περὶ μέτρων ποιητικῶν* MS. penes Ruhnkenium: *Εὐκνημὶς μακροκαταληκτεῖ. Ἀριστοκλῆς δὲ ἐν τῷ περὶ διαλέκτων φησὶν Ἀττικοὺς ἐκτείνειν.*

Gregorii Nostri aetate iam perierant antiquissimorum Grammaticorum haec aliaque monumenta, ad dialectos explicandas comparata; ne Tryphonis quidem Alexandrini libris, quos Suidas comme-

*) L. 225. Boisson.

morat, de Dorica inprimis atque Aeolica Dialecto, exceptis. Nam in Praefatione Corinthius Episcopus laudans Tryphonis operam, solum, puto, eius libellum *περὶ παθῶν*, adhuc superstitem, quique fere totus est in tradendis Dialectorum *πάθεσι*, intellexit. In Ioannis autem Philoponi, simul a Gregorio memorati, de Dialectis Opusculo ieiuno valde et exili, quod et ipsum ad tempora nostra peruenit, multa desiderant arbitri harum rerum intelligentes. Quae porro de Dialectis veteres Scholiastae passim opportune monuerant, ea, variis locis sparsa et dissipata, cum taedio et molestia quaerenda erant cognoscendarum dialectorum studiosis. Operae igitur pretium se facturum Noster existimauit, si rem vniuersam de integro sibi exornandam sumeret, collectis potissimum, quas passim optimorum Auctorum, Thucydidis, Aristophanis, aliorumque veteres enarratores suppeditabant, obseruationibus. Nec infeliciter ipsi id cessit; tametsi nimis operam venditat suam, et in Praefatione lectori fucum facit, prae se ferens, et iactans, se, praeter ceteros, Archytam etiam atque Alcaeum, quorum libros nunquam oculis vsurparat, nec vnam inde *ῥῆσιν* in opere suo excitare potuit, *τῆς Δωρίδος καὶ Αἰολίδος κανόνας* secutum fuisse. Sed tale erat ingenium istius aetatis Graeculorum.

Id ipsum, quod dixi, Scholiastarum veterum fontibus illum suos irrigasse hortulos, iam olim Henr. Stephanus in Praefatione ad Corinth. p. 20. animaduertit; neque adeo auctoris hoc consilium obscurum est, cum Thucydidis Scholiis se vsum ipse fatetur §. XXXIV. de Dial. Attica. Praeter Scholia Thucydidis Euripidisque in Capite de Dialecto Attica inprimis ei ad manus fuerunt Comici Aristophanis Scholia, editis pleniora, (vid. §. LX.) quae iis etiam in articulis descripsit, de quibus id Stephanus minime suspicatus fuerat; ita tamen, vt symbolam interdum conferret, vno alteroque loco, quem memoria forte suggerebat, de suo adiiciendo. Exempla peti possunt e §. XVII. XX. XXXV. Saepius eam in rem Gregorii Nazianzeni locis vsus est, v. c. §. XLII. XLIV. L. LXXIV.

Scholiastarum obseruationibus multa e Io. Grammatici libello adtexuit, saepe etiam Veteris alicuius Scriptoris testimonio aucta: vid. §. V. LIII. (de Dial. Ion. §. XXXII. XXXVI.) Sicubi ab eo aperte dissentit, dissensum indicat honesta formula, *καὶ οἶμαι, ἐγὼ δὲ οἶμαι·* vid. §. XII. (et de D. Ion. §. XXIX.) Nec raro tamen, quae Philoponus perperam tradiderat, tacite correxit: id quod liquido patebit cum Io. Grammatico conferenti §. XVII. XXX. LIII. XCIV.

Hermogenem secutus auctorem, *καινοπρέπειαν*

obscruauit in Demosthenis quodam loco §. XV. et *πολυθρύλλητα* illa Platonis verba, *τὰ χωρία καὶ τὰ δένδρα οὐδέν μ᾽ ἐθέλει διδάσκειν*, ad eius mentem accepit §. LXVII. ad Atticam Dialectum non aliam ob caussam referens, quam quod in Platone atque Demosthene, optimis Atticismi magistris, legerentur. Binas vero istas obseruationes ex Hermogenis penu depromtas esse, etsi prudentius ille nihil de Atticismo addidit, nemo dubitabit, qui meminerit, inter Nostri Opuscula inedita ab Allatio etiam celebrari commentarium *εἰς τὸ περὶ Μεθόδου δεινότητος Ἑρμογένους*.

Supersunt nonnulla, quae suis auctoribus reddere non potui; sed nec res erat tanti, et sunt numero pauca.

Et hac quidem ratione in Primo Capite versatus est Gregorius, in reliquis instituto vsus nonnihil diuerso.

Multa quidem, vt in Atticis, sic in Doricis e Io. Grammatico sumsit, et e veteribus Scholiastis: sed plures tamen ipse Dorismos in Theocrito, Pindaro, Aristophane, seruato plerumque eorum ordine, exposuit. Sic ex. gr. Pindarica quaedam ex Olymp. Ode prima sectatus a §. XVI. in eo articulo tangit Odes I. versum 45. at articulo XVII. versum 52. §. XVIII. vs. 66. §. XIX. vs. 80. cett. Similiter Dorica quaedam, quae ex Boeoti persona

in Comici Acharnensibus reperiuntur, explanans, §. XXXVI. respicit eius fabulae versum 770. §. XXXVII. vs. 772. §. XXXVIII. vs. 773. §. XXXIX. et XL. vs. 775. §. XLI. vs. 778. Ex quo specimine reliqua possunt aestimari. Nonnunquam tamen ordinem leuiter migrauit: nec raro locos, ad quos ipse suam obseruationem accommodabat, indicare neglexit.

Posteaquam simili fere pacto Ionica plurima Herodoti in tertio Capite tractauerat, et Io. Grammatici obseruata strenue in rem suam verterat, plurimas subiungit Glossas, cum e Glossario Herodoteo petitas, tum ex Erotiani Hippocrateo.

In vltimo Capite Aeolica paulo negligentius habuit, vixque vlla auctoritate instruxit, Io. Grammatici, eiusque fere vnius, vestigia premens.

In vniuersa operis tractatione et Ioannis Grammatici, et Nostri, tria potissimum requirit Stephanus in Praefatione ad Io. Grammat. p. 12. primum, eos non minimam partem eorum, quae ad idem argumentum pertineant, praetermisisse; deinde, ordinem, quem decebat, non tenuisse; postremo, nonnulla adferre, vel non probanda, vel aliis exemplis munienda: quae, de Nostro inprimis, repetit pag. 20.

Quae Io. Grammaticus commiserit, nihil ad nos pertinent: Episcopi vero Corinthii errores,

tantum abest, vt pertinaciter defendere animus sit, vt in pluribus Stephano adsensum praebere non dubitarim, alia etiam peccata, a me deprehensa, in lucem protulerim. Et quis est de gente Grammaticorum, qui non aliquando turpiter lapsus sit? Quandoquidem autem nonnulla, quae Stephanus vitio vertit Scriptori Nostro, vel excusari possunt, vel iure defendi, equidem, vt editoris partibus satisfaciam, Grammatico suppetias feram, ac Stephani rationibus meas qualescunque rationes opponam. Etenim sic existimo, Stephanum huic Grammatico aliquando fuisse iusto iniquiorem duabus maxime de caussis: cum quod editarum tantum lectionum, saepe corruptissimarum, rationem habuerit, optimo, quem possidebat, Codice neglecto; tum quod verum eius institutum non satis animo perpenderit. Sed in rem praesentem veniamus.

Primum reprehendit Stephanus, non minimam eorum partem, quae Dialectos spectent, praetermissam fuisse.

Vellem mihi dicere liceret, vniuersam de Dialectis materiam plenissime a Nostro esse tractatam. Sed quotusquisque est veterum Grammaticorum, qui, quod tractabat, argumentum ita exhauserit, vt nihil aliorum, idem saxum deinceps voluentium, diligentiae reliquerit? quis messem ita collegit, nullum vt superesset spicilegium? Quando autem

Gregorius exiguas Io. Grammatici Tryphonisque *περὶ παθῶν*, qui soli fortasse eius aetate supererant, de Dialectis copias insigni accessione locupletauit: praestat, mea quidem sententia, ob ea, quibus illorum obseruata auxit, meritis hominem laudibus gratoque animo prosequi, quam propter omissa, quae nec illi attigerant, negligentiae et socordiae reum agere. Vt enim pauca fortasse de Dialectis dixit prae illis, quae dici possent: ita certe multa sunt prae iis, quae ex Io. Grammatici Tryphonisque libellis hauriri ea aetate potuissent.

Deinde Stephanus reprehendit turbatum ordinem: non de verbis, de nominibus, de praepositionibus, similibusque vno eodemque loco, sed sparsim, agi; veluti de Synaloephe tribus locis, et separatim de *μυρσίνα* §. LXXVI. de *θαρσαλέον* et *ἄρσεν*, quorum tamen eadem sit ratio, §. LXXXIV.

Equidem vt non diffitear, in quibusdam concinniorem ordinem iure desiderari (quo inprimis refero, quod primum Atticam Dialectum, tum Doricam, deinde Ionicam, tandem Aeolicam exposuerit; cum Atticae Ionicam, Doricae Aeolicam rectius comitem dedisset:) puto tamen, Stephanum, quae de *μυρσίνα* et *θαρσαλέον* conqueritur, in hunc censum non fuisse relaturum, si Codicem suum in consilium maturius adhibuisset; qui, ad-

dicentibus, praeter Meermannianum, reliquis meis libris scriptis, ista vno articulo complectitur: vid. §. LXXXII. de Dial. Att. Parem nimis festinantis Stephani negligentiam arguimus ad §. LXXIV. Deinde, cum ex iis, quae supra disputata sunt, constet, Gregorium e variis auctoribus, quae conuenire videbantur instituto, in suum libellum transtulisse, et quasi in cinnum coniecisse: mirum videri non debet, si, dum singulorum fere ordinem sequebatur, vt casu ad ea delatus erat, passim sparserit, quae rectius in vnum locum conclusisset. Sic Doricas particulas, vt vnico exemplo defungar, *πόκα*, *ὅκα*, *ἄλλοκα*, *τόκα*, in quibus omnibus par atque eadem Dialecti ratio obtinet, diuersis quidem locis tangit in Capite de Dialecto Dorica; sed *πόκα* §. V. e Theocrito; *ὅκα* §. LV. ex Aristophane, *ἄλλοκα* §. LXX. rursus e Theocrito, tandem *τόκα* §. CLXXII. e Io. Grammatici Doricis. Indidem repetenda est ratio, cur tantum non eadem obseruata aliquando bis legantur, in Doricis praesertim: v. c. de *θᾶσθε* §. XXXVI. de *θᾶσαι* §. LXXV. sed hoc e Theocrito, illud e Comico: *ἔμμεναι* e Pindaro §. XVII. ex Aristophane §. XXXIX. *οἴκαδες* et *κρῆς* ex eodem §. XLII. et XLVII. at e Io. Grammatici tractatu §. CLXIII. et CLXIX. Talia qui ferre nequit in Grammatico non nimis antiquo, quomodo, vt hoc

vtar, Polyaenum acciperet, Scriptorem satis vetustum, quippe Antonino et Vero Imperatoribus libros suos Strategematum inscribentem? Etenim ille, similiter varios in rebus gestis narrandis auctores secutus, eadem saepe Imperatorum consilia, locis fere vicinis, exiguo cum discrimine, bis memoriae prodidit. Quae magnus Casaubonus hac in re dudum obseruauit, nouis quibusdam exemplis cumulari possent; sed haec neque proprie ad Grammaticum pertinent, et a quouis, qui animum attendat, facili opera indagari poterunt.

Quae de exemplis, vel perperam saepe additis, vel ab auctoribus, vnde peti debuerant, non petitis Stephanus porro disputat, ita sunt comparata pleraque, vt, quid contra dicam, nihil magnopere habeam. Iniuria tamen huc refertur §. XIV. de Dial. Att. in quo Atticis in genere tribui nollet Stephanus, quae Thucydidi sint peculiaria; nam ipse adeo Grammaticus in fine articuli addit: *καὶ μᾶλλον ὁ Θουκυδίδης*.

Et haec quidem pro Grammatico Nostro adversus Stephanum, procul habito partium studio, dicta sunto; Stephani enim in linguam Graecam vniuersam, et Atticam inprimis Dialectum, tanta sunt merita, quanta nescio, an neminis. Ego autem de Stephani, aliorumque Virorum magnorum laudibus quidquam temere detrahere, mihi reli-

gioni duco. Sic enim arbitror, nos leuem errorem vnum atque alterum, quos humana natura parum cauit, forte arguere in illis posse; at nos ipsos in mille aliis turpiter aberraturos, nisi illi studiorum viam planam expeditamque nobis reddidissent.

Doricam Nostri supellectilem flocci fecit Stephani gener, Is. Casaubonus, in Lectionibus Theocriteis Cap. XVI. p. 271. ad locum Poëtae, quem Grammaticus §. CLXXVII. de Dial. Dor. tractat, scribens: "Quid enim est *ἀδεμάτου?* Scio in „promtu esse responsionem e Corintho illo, cuius „circumfertur de Dorica Dialecto *συρφετώδης* quae„dam collectio. — Ego vero isti Grammatico fidem „arbitrari pridem desii."*)

Alibi tamen in Lectionibus Theocriteis Nostri auctoritate, sub veteris Grammatici appellatione, non semel stetit Casaubonus; nec opem ferre laboranti recusauit ad Gregorii Nysseni Epistolam p. 140. Profecto, si de erroribus, quos commisit Grammaticus, Lectores admoneantur, non sine magno fructu eos dimittet: imo libellus ipsius de Dialectis, etsi nulla alia dote placere posset, tamen vel hoc nomine literarum studiosis commendatissimus esse deberet, quod Veterum Scriptorum locos nonnullos, qui in eo citantur, emendatiores exhi-

---

*) Non lenius de Gregorio iudicat Toupius, cuius verba in Indice Latino v. Gregorius Corinthius adscripsi. SCHAEF.

bet, quam in vulgatis editionibus circumferuntur. Adde huc, errorum numerum ope Codicum MSS. ita minui, vt maior pars non auctoris, sed librariorum imperitiae tribuenda esse videatur.

Sequitur, vt de subsidiis, quibus instructi ad Gregorium edendum accessimus, breuiter dicamus. Cum studiorum caussa ante aliquot annos in Patria Frisiorum Academia versarer, et cum ceteros Viros eximiae eruditionis laude cumulatos, tum magnum inprimis Valckenaerium audirem, is, vt veluti stimulo quodam ad humaniores literas excolendas me incitaret, ad quarum amorem nescio qua vi blanda disciplinae suae alumnos ducit, trahitque vel invitos, praeter alia quaedam Opuscula inedita, vel cum MSStis collata, hunc etiam de Dialectis libellum, Lugduni Batauorum e Codice Vossiano quantiuis pretii a se iuuene olim descriptum, mecum communicauit. Eum Codicem, inter Vossianos in 4to N. 20. in charta bombycina literis oculum paene fugientibus exaratum, aetatem ferre annorum circiter 400. iudicauit Vir laudatissimus in Praefatione ad Ammonium p. XII. neque enim diuersus est ab illo, vnde Lexicon *περὶ πνευμάτων*, Ammonio subiectum, idem protulit. Istius libri prae vulgatis, quae adhuc lucem viderant, Grammatici editionibus praestantia facile perspecta, de noua editione, Valckenaerio etiam impulsore,

ad Vossianum inprimis Codicem, quo olim in Atticis adornandis Henricus Stephanus vsus fuerat, exigenda, cogitare coepi.

De hoc consilio certior factus Ruhnkenius, Vir iuuandis his literis natus, sine mora ad me transmisit collationes duorum exemplarium, quae vno Codice Regio N. 2662. sed varia manu scripta, continentur. E Regiis istis exemplaribus alterum, quod antiquius puto, Vossiano bonitate proximum est; alterum, vt videtur, recentius, Veterum Scriptorum exempla, quibus dicta Grammaticus adstruit, plerumque omittit. Vtriusque vero collatio, quod dolemus, Attica duntaxat complectitur, et partem Doricorum: videlicet optimum in §. CLII. alterum in §. XXXVII. Capitis Secundi desinit.

Deinde, cum ad Grammaticum emaculandum serio me accingerem, officiosa Theologi eximii, Danielis Gerdesii, *τοῦ μακαρίτου*, opera, conciliatore Ewaldo Hollebekio, adfini carissimo et suauissimo, quem honoris caussa nomino, nactus sum Codicis Vaticani apographum. Codex est chartaceus, inter Vaticanos N. 97. cuius lectiones saepius cum ante editis conueniunt. Vel sic tamen non poenitet illum adhibuisse, quod locis multis veram Gregorii manum conseruauit.

A Codicibus satis, vt mihi quidem videbar,

instructus, antiquiorum editionum, quae Codicum loco habendae sunt, auxilium comparaui.

Primam esse editionem, quam Varinus Camers in Thesauro, seu Hortis Adonidis, Graece apud Aldum edidit, in transcursu obseruauit Vir Nobilissimus, Ezech. Spanhemius ad Callimachum H. in Pallad. vs. 58. Sed ex praemissa Aldi Praefatione cuiuis liquere potest, alias fuisse in Thesauro isto concinnando Camertis partes, varios autem de idiomatis tractatus ab ipso Aldo insertos. Prodiit ea Thesauri, Hortorum Adonidis, vel *Κέρατος Ἀμαλθείας* editio apud Aldum Manucium Romanum, Venetiis anno 1496. in Fol.

Denuo lucem vidit Grammaticus apud Aldum, vna cum Constantini Lascaris Opusculis nonnullis, Cebetis Tabula, Pythagorae et Phocylidis Carminibus A°. 1512. in forma quarti ordinis.

Non ita diu post, cum pro se quisque Lexicis Graecis, quorum tum maxima penuria erat, edendis augendisque operam darent, Gregorii Nostri, siue, vt tunc omnes vocabant, Corinthi, Lexicis istis fere additi, complures etiam editiones publicatae sunt; certe, quam in notis appellaui Gormontianam, Parisiis apud Egidium Gormontium A°. 1523. in Quarto; Basileënses in Folio Valentini Curionis A°. 1525. Ioannis Valderi A°. 1541. et Hier. Curionis A°. 1557. Interim Venetiis

Grammaticum quoque vulgauerat, Constantini Lascaris Grammaticae subiectum, A°. 1546. Hier. Scotus in Octauo. *)

---

*) Subiectus est etiam Constantino Lascari de octo orationis partibus impresso Venetiis 1540. formâ octauâ. Hoc in libro fol. K. legas hunc titulum: "Hoc libello et gr. et lat. habentur haec „videlicet: De graecarum proprietate linguarum ex scriptis de arte „Ioannis Grammatici — Plutarchi de proprietate linguarum, quae „apud Homerum — De graecarum proprietate linguarum ex iis, „quae a Corintho decerpta." Gregorii tractatus sic inscriptus est: *Περὶ διαλέκτων τῶν παρὰ Κορίνθου παρεκ 6 α κ ηθεισῶν* (sic). Ad calcem haec leguntur: "Venetiis per Ioann. Ant. de Nicolinis de „Sabio. Expensis vero Dni Federici et Dni Francisci Asulani. „Anno ab orbe redempto MDXL." Praeterea vtor Parisina editione, hoc titulo inscripta: "Dictionnarium Graecum innumeris locis „auctum ac locupletatum, impressum nunc primum in Gallia his „elegantissimis typis, cui vel assurgere vel cedere iure debeant „dictionaria alia omnia aliubi antehac excusa. In gratiam studiosae „iuuentutis, abs qua non vulgarem quoque gratiam vicissim ex„pectamus ipsi. Cyrilli opusculum de dictionibus, quae accentu „atque apice variant significatum. Ammonius de similitudine ac „differentia quarundam dictionum. De re militari veterum, ac „praefectorum nominibus libellus Graecus, Authore incerto. Or„bicii de ordinibus exercitus. Significata *τοῦ ἤ*. Significata *τοῦ* „*ῶς* (sic). Dictionarium quo latina Graecis exponuntur. Ioannis „Grammatici libellus de differentiis linguarum, adolescentibus „Graecae linguae candidatis non vtilis modo, sed etiam necessarius, „cum nullo alio Lexico impressus. Lutecię. An. M. D. XXI. ad „Calen. Iulias." In fol. In titulo quidem, vt apparet, non nominatur Gregorius Corinthius: sed post Ioannem Grammaticum sequitur 1) *Εὐσταθίου περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ διαλέκτων*, et 2) *περὶ διαλέκτων τῶν παρὰ Κορίνθου παρεκβληθεισῶν*. Vltimus libellus explet decem folia, quorum singula binas columnas tenent. Haec editio saepe congruit cum Parisinis Codicibus. Bast.

Addam titulum Venetae editionis in fol. min., quam Tittmannus noster possidet: "DICTIONARIVM GRAECVM. Cyrilli colle„ctio dictionum quae differunt significato. Dictiones latinae graecis „expositae. Ammonii de similibus, et differentibus dictionibus. „Vetus instructio, et denominationes p̄fectorū militū. Orbicii de „nominibus ordinum militarium. Choerobosci de his in quibus

Atque his quidem editionibus, quarum primam duntaxat Fabricius memorauit, vsus sum: Aldina secunda Wesselingii, Basileënsibus Hemsterhusii atque Albertii, Virorum Summorum, proximis his annis maximo et vix reparando literarum damno rebus humanis ereptorum, insigni beneficio. Gormontianam iam ante a Valckenaerio meo acceperam, et Scotinam a Gerdesio.

Meminit Aldinae tertiae, ad calcem Lexici Asulani ab Aldo vulgatae, itemque quartae, Pauli filii typis A°. 1558. exscriptae, Fabricius Biblioth. Graecae Tom. IV. p. 538. Neutram oculis vsurpare licuit. Sed omnes editiones, quae adhuc prodierint, e duobus vel tribus Codicibus MSStis fluxisse videntur.

Iam magnam Gregorii partem operae profligaverant, cum aliud praesidium suppeditauit Vir

---

„attrahatur ν. Significata. η. et ως. Io. Grammatici de dialectis „cum interp. lat. De faemininis nominibus quae desinunt in ω. „Eustathii de dialectis cum interp. lat. Corinthi de dialectis cum „interp. lat. De figuris soloecis quae cuius sint dialecti. De ano-„malis uerbis cum interp. lat. Tryphonis de passionibus dictio-„num. Herodiani de numeris. Herodiani de encliticis. Io. Gram-„matici de encliticis. Choerobosci de encliticis. Theodori Gazae „de mensibus. Thomae magistri eclogae acticorū noīum, et uerbo-„rum. Phrynichi eclogae atticorum nominum, et uerborum. „Epistolares styli." Ad calcem leguntur haec: "Dictionarium „hoc multis additionibus locupletatum Venetiis Melchior Sessa, „et Petrus de Rauanis socii q̄ diligentissime imprimendum cura-„uerunt, Mensis Decembris die. XXIIII. Anno Dn͞icae incarnatiōis, „M. D. XXV." SCHAEFER.

* * *

Nobilissimus, et in literarum commodis amplificandis nulli secundus, Gerardus Meermannus, communicato mecum, quem vna cum reliqua Parisiensium Iesuitarum Bibliotheca comparauerat, Codice MSto. Quod potui, inde a tertio Capite eum diligenter comparare et in vsum vertere instituì; reliquis varietatibus, quas in Atticis idem et Doricis suggerebat, ne quis omissas quereretur, proximum ante Indices locum dedi.*) Codex, quem a possessore Meermannianum appellaui, chartaceus est, notae satis bonae; quinto decimo seculo fere ineunte, vt videtur, a Monacho quodam Messanensi scriptus. In fine eius notatum inueni: *Ἐν Μεσσήνῃ τὸ πέρας δοθέν.* Lascarianam Messanensium Bibliothecam, ad quam Meermannianum Codicem pertinuisse suspicor, expilatam direptamque sensim euanuisse, disci potest e Viri in paucis doctissimi, Iac. Phil. D'Orvillii Siculis Cap. I. p. 5.

Sentio, eum in locum sponte sua delapsam Praefationem, vt, qua ratione in nostra Grammatici editione adornanda versatus sim, declarandum esse videatur. Paucis itaque, quae huc pertineant, exponam.

Primum nihil mihi antiquius fuit, quam vt

---

*) Has scripturae varietates nostra editio Koenii animaduersionibus suo quamque loco insertas tenet. SCHAEF.

contextus, qui dicitur, quam fieri posset, emendatissime legeretur. In eo constituendo, cum ceterorum MSStorum, vt par erat, rationem habui, tum inprimis Vossiani. Is Codex, omnium, quibus vsus sum, praestantissimus antiquissimusque, multa, quae a vulgatis adhuc editionibus abessent, suggessit; plurima alio, quam quo in illis legerentur, ordine exhibuit. In quibus omnibus optimo libro morem gerendum esse existimaui. Cum vero quosdam articulos idem praetermitteret, qui nec a ceteris MSStis meis agnoscerentur, quique adeo ab aliena manu profecti videri possent: retinui illos quidem, ne quid in hac editione desideraretur, quod in prioribus exstaret, sed a ceteris *νοθείας* aliquo signo distinxi.

Deinde singulis articulis, seu tmematis, suum numerum praefixi; qua in re praeeuntem habui Henricum Stephanum, qui in Appendice Thesauri Attica sic diuisit. Sed cum libellus tertiae fere partis accessione e Codicibus locupletaretur, atque alius subinde articulorum esset ordo, quam quem Stephanus secutus erat, huius rationes mihi deserendae fuerunt.

Priorum editionum versionem Latinam, quae vel ob Codicum lectiones atque additamenta, nisi omnia mutare voluisses, locum inuenire non poterat, prudens neglexi. Grammaticorum Graecorum

scripta, in locutionibus mere Graecis, in iis, quae Graeci in flexu nominum, in verborum formis, similibusque habent peculiaria, explicandis occupata, eius sunt indolis, vt, si Latine vertantur, omni careant vtilitate. Nam qui in Graecis vel mediocriter sunt versati, nullum inde fructum ferent: rursus qui Graeci sermonis plane rudes sunt, eos quiduis potius agere, par est, quam in Grammaticorum placita inquirere.

Si qui tamen reperiantur, qui nostri libelli versionem consulere cupiant, etiamsi priores editiones, quibus omnibus, si ab Aldina prima discesseris, Latina interpretatio accessit, conferendi copia destituantur: omnium in manibus versantur Ioannis Scapulae et Io. Crispini Lexica. Vterque, id quod malo exemplo in Thesauro Graecae Linguae primus instituit Stephanus, qualemcunque versionem, (quam Aldi Manutii putem, a Stephano nonnihil immutatam,) eamque solam, Graeco contextu omisso, dederunt.

Ipsis Grammatici verbis recte atque ordine constitutis, proxima cura fuit, vt in notis, quas addidi, variantium lectionum series accurate exhiberetur, receptae autem, si necesse esset, rationibus exemplisque adsererentur: nam Stephani observata, quantumuis exquisitae eruditionis plena, quibus Nostri Caput Atticum ornauit, dum varios ar-

ticulos iunctim saepe tractauit, ceteras vero Dialectos ne attigit quidem, huic editioni commode subiici posse non videbantur. Tum attuli in medium, quae, ad Grammaticum illustrandum accommodata, in promtu erant; ordinem, quem, etiam non indicatis, quos sequitur auctoribus, plerumque obseruauit, indagaui; paucos ipsius errores indicaui; quae recte monuerat, nouis quibusdam exemplis, vt potui, instruxi. Nec vereor, ne quis hanc opellam inutilem putet et superuacuam, veluti scriptam post Homerum Iliadem, cum Dialectos accuratissime exposuerit, magna vi exemplorum congesta, Vir doctissimus et accuratae diligentiae, Michaël Maittairius. Etenim si quis obseruationes nostras cum vtilissimo Maittairii libro conferre velit, diuerso vtrumque nostrum instituto vsum esse, facile animaduertet. Deinde, in Doricis, cuius Dialecti maxima prae ceteris est difficultas, ad manus fuerunt, quae Maittairio videre non licuit, Mazochianae Heracleënses Tabulae, Illustrissimi Comitis Caylusii Inscriptio Cumea: Marmor etiam Aeolicum ineditum, cuius apographum mecum communicauit Marmoris possessor humanissimus, P. Burmannus Secundus; ne Apollonii Dyscoli MSSta Opuscula, aliaque inedita, quae Ruhnkenii beniuolentiae debeo et Valckenaerii, nunc commemorem.

Oblata opportunitate Veterum Scriptorum locis, quibus vel Dialecti inscitia nocuisset, quiue aliam ob rationem labe quadam infecti viderentur, medicinam facere tentaui. Rectene, an secus, penes alios esto iudicium. Quod si vero emendationum proferendarum occasionem iuuenili ardore ablatus interdum studiosius, quam deceret, quaesiuisse videar, pro laude veniam mihi depeciscor. Nec tamen est cur propterea in hoc studiorum tirocinio aequi Lectoris iudicium valde extimescam, cum Viri etiam doctissimi in grauioris momenti operibus similiter ingenio indulsisse deprehendantur.

Gregorio adiunxi, ob argumenti similitudinem, duorum Grammaticorum de Dialectis Opuscula, e MSStis Leidensi et Meermanniano descripta; de quibus ad initium vtriusque libelli breuiter dixi. Vterque tractatus in vulgatis editionibus, quae vna cum nostro Grammatico fere prodierunt, Ioanni Grammatico tribuuntur; neque tamen eundem auctorem habere videntur. Posteriori Gregorius strenue vsus est, in Praefatione testatus, de Dialectis scripsisse Ioannem Philoponum; quod nescio an sufficiat refellendae Conradi Gesneri coniecturae, qui, Fabricio referente B. G. Tom. IX. pag. 366. Ioannis Characis esse suspicabatur. Philopono abiudicauerat, vel saltem ipso indignum censuerat,

Henricus etiam Stephanus Praef. ad Io. Grammat. pag. 12.

Tandem operi tres Indices adieci: primum Auctorum, quos ipse Gregorius ad partes vocauit; alterum eorum, quibus in notis prodesse studui; tertium denique rerum et verborum, quae iisdem in notis obiter sunt illustrata.

Nihil adeo restat, de quo te, Lector erudite, admoneam. Tu si quid a nobis commissum repereris, vel ignosce errantibus, vel comiter emenda, studiisque nostris faue.

PRAEFATIO

GODOFREDI HENRICI SCHAEFERI.

De ipso Gregorio Corinthio Gisbertus Koenius*), inter principes Belgii philologos et litteratores numerandus, in praefatione huic nostrae praefixa tam copiose tamque accurate disputauit, nihil vt nobis reliquum faceret, si paucissima illa excipias, quae in notis ad Koenianam praefationem addidimus. Itaque hoc

*) Koenii editio hoc titulo inscripta est: *ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ, ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΚΟΡΙΝΘΟΥ, ΠΕΡΙ ΔΙΑΛΕΚΤΩΝ.* Gregorius, Corinthi Metropolita, de Dialectis. E Codicibus MSS. emendauit et notis illustrauit Gisbertus Koen, ICtus. Accedunt Grammatici Leidensis et Meermanniani de Dialectis Opuscula ab iis, quae sub Ioannis Grammatici nomine vulgo circumferuntur, longe diuersa. Lugduni Batauorum 1766. 8.

vnum restat, vt de noua huius de Dialectis Linguae Graecae syntagmatis editione adminiculisque ad eam curandam collatis agamus: id quod faciemus more nostro *ἀϱγολίζοντες*.

Vix officinam typographi reliquerat Maittairius Sturzii, cum Weigelius, libri illius redemtor, de Graeca litteratura bene mereri tanto studio, quanto librariorum nostratium nemo vnus, connitens, cuius studii testes satis locupletes nuper in publicum prodierunt Aesopus*) et Longinus**), mox prodibunt multo locuple-

---

*) Haec Aesopi editio facta est permittente adeoque iubente editore Italo, cuius additamenta, quibus caret Florentina, accesserunt. Igitur vehementer miratus sum, cum Lipsiensem, quae, perinde vt archetypum Florentinum, pro *genuina* habenda est, a nonnemine dici *adulterinam* audiuissem. Magis etiam miratus sum, aut, vt verius dicam, obstupui, in criminis societatem simul vocatâ nuperâ *Fragmentorum Empedoclis et Parmenidis* editione, quam primum hîc Lipsiae excusam (neque enim antea in Italia prodierat) eidem Weigelio debemus.

**) Tenet hic Longinus, praeter omnia editionis Oxoniensis bona, disputationes, notas indicesque vtilissimos noui editoris, B. Weiskii, non comparandi quidem illius cum Ruhnkeniis et Toupiis, sed tamen docti et acuti hominis, itemque notas aliquot egregias Bastii: quibus accesserunt largissimae ad Criticen in Rhetore exercendam

tiores, Bucolici poëtae, Euripides, Hephaestio cum Dracone Stratonicensi, Pindarus, Plato, alii *), Grammaticorum de Dialectis Linguae Graecae libellos in vnum corpus redigendi consilium cepit. Initium a Gregorio Corinthio ceterisque, quos editor Batauus illi comites addiderat, cum facere constituisset, rogauit Sturzium, vt novae editionis curam sibi imponi pateretur. Hanc pro suo litterarum bonarum amore primum haud grauate susceptam vir doctissimus, mox, quod Cassii Dionis expoliendi et illustrandi negotium, cui nunc vnice incumbit, tam operosum spissum-

---

opes, ex Italiae Galliaeque bibliothecis nauiter conquisitae, et nunc primum publici iuris factae. Tam rarum nostris temporibus librarii studium qui inuidiose criminando deprimere student, videant ne litteris nostris vulnus infligant vix sanabile.

*) Ne hoc iactantius addidisse videar, obiter moneo, in *aliis* illis esse etiam Marinum, cuius eximium Codicem, vnde salus multis illius locis foede corruptis affulsit certissima, in vsum Boissonadi, noui editoris, ipse excussi. Non habent igitur quod rideant hos *alios*, si qui nuper riserunt *immensam segetem* e libris manu scriptis futurae Bucolicorum editioni paratam: vt temere risisse dicantur, diligenter se curaturos receperunt editor cum redemtore.

que fore praeuideret, vt interim aliis laboribus renuntiandum videretur, rursus deposuit. Tum itum est ad me. Ego vero, cui tanquam fatali necessitate destinatum est, vt in prouincias ab aliis derelictas, idque non raro imparatissimus, vocer, amici preces hoc promtius audiendas censui, quo plura et exquisitiora rei cum nonnullo successu gerendae adminicula e Codicibus MSS. ostendebantur. De his primo loco dicam.

Simulac nuntiaueram Bastio, cuius in amicitiam communia litterarum studia rarusque fortunae fauor paullo antea me insinuauerant, hoc agi Lipsiae, vt Gregorius cum comitibus mea cura ederentur: vir illustris, qui nobile illud, *Τὰ τῶν φίλων κοινά*, non verbis iactat, sed re praestat, humanissime promisit, quae vel sua ipsius scrinia, vel Imperialis Bibliothecae thesauri ad nouam editionem ornandam vtilia tenerent, se largiter collaturum. Mox quod pollicitus erat ita exsoluit, vt spem meam, quantumuis magnam, longe longeque superaret. Nam primum meos

in vsus cum editione Koeniana accuratissime contulit quinque Gregorii apographa Parisina, quorum tria a nemine antea, duo olim a Ruhnkenio, certe in Ruhnkenii gratiam a nescio quo, excussa erant. Horum librorum hic elenchus est:

Codex 2423. nobis notatus litterâ a. Libri huius, ceteris vetustioris, primum folium, vbi incipit Gregorius, tineae dimidium depauerunt: quae causa est, cur scripturae diuersitates inde a pagina demum 27. ed. L. B. (p. 65. ed. Lips.) plene enotari potuerint.

Codex 3047. nobis notatus litterâ b.

Codex 2678. nobis notatus litterâ c.

Hos libros Bastius primus contulit. Qui cum ex aliquot exemplis intellexisset, collationes duorum illorum apographorum, quae vno contenta Codice Regio 2662.*) Ruhnkenius aut ipse comparauerat, aut, quod credere malim, alius oculis commiserat comparanda, satis negligenter factas esse: laborem perquam tae-

*) V. Koenium in praefat. p. XXXV. ed. L. B. (p. XXX. ed. Lips.)

diosum*) subiit ambo in nouae vsum editionis denuo excutiendi. Haec apographa, Koenii sequentes exemplum, insigniuimus litteris A. et B. Ceterum hic Codex non vno nobis modo profuit. Nam ex eodem nunc primum euulgatur repertus ibi a Bastio MANVELIS MOSCHOPVLI libellus argumenti non multum dissimilis, *de vocum passionibus:* quem cuinam Grammaticorum Graecorum tribueret, cum ab initio vir doctissimus dubitasset, paullo post verum scriptoris nomen patuit**).

Initio commodum facto nouae editionis excudendae, amicus vndique subsidia studio indefesso conquirens auxit me Excerptis Codicis Palatini nuper Româ Lu-

---

*) Taedium excutientis hunc Codicem facile augeat indoles eius tam mira, vt Bastius, qui tot tractauit libros manu scriptos, similem eius alium se vidisse neget. Etsi enim vix centum foliorum est, tamen fere quarta quaque quintaue pagina incipit noua materia, librario interim plane tacente, vnde petita sit. Sic, vt hoc vtar, in vno eodemque versu, ne minima quidem facta seiunctione, scriba a Scholiis Lucianeis repente transilit ad Sophoclea. Conf. de hoc Codice etiam Bastii notas ad Gregor. p. 123. et 126. sq.

**) V. pag. 675. sqq. coll. pag. 908. sqq.

tetiam allati. Haec quod in notis ad ipsum Gregorium expromere non licuit, ad calcem posui Appendicis minora Grammaticorum de Dialectis scripta complexae*).

Neque satis habens vir praestantissimus, suâ ipsius operâ e Codicibus MSS. quaecunque posset ornamenta in Gregorium congessisse, statim indicauit mihi, vbi alia reperturus essem. Monitus enim ab eo, penes Godofredum Hermannum collationem esse Codicis Augustani**), rogaui virum doctissimum, vt hoc subsidio nouam editionem iuuaret. Is, vt est paratissimae ad litteras augendas voluntatis propensissimique in me, veterem amicum, animi, quae petieram Excerpta, commissa illa marginibus Koenianae editionis, statim mihi vtenda tradidit. Quae qualia sint, ipsius viri clarissimi verbis dicam. "Diligentissime „contuli" inquit "cum Codice Augustano „p. 24. n. 19. in Reiseri Catalogo Grego-

---

*) V. pag. 683. sqq. coll. pag. 912.

**) Didicerat id Bastius ex Hermanni adnotationibus ad Vigerum pag. 783.

„rium Corinthium." In eodem libro reperi Grammatici anonymi de Dialectis Fragmentum, ab Hermanno ex alio Codice Augustano descriptum. Hoc cum luce publica non magis indignum videretur, quam quos Koenius Grammaticorum libellos Gregorio adiunxerat, in eadem illa Appendice Grammatici Meermanniani opusculo subieci *).

Iam operae ad §. LXV. Dialecti Doricae processerant, cum amicus in paucis carus, Io. Aug. Henr. Tittmannus, edito Zonarae Lexico inter litteratissimos Theologos perennem ingenii doctrinaeque famam adeptus, forte comperto quid molirer, eiusdem illius Augustani Codicis Collationem, pariter in marginibus Koenianae editionis perscriptam, vltro mihi obtulit. In primo libri folio notauit haec: "Gregorium Corinthium contuli cum praestantissimo Codice bombycino, Augustano, p. 24. 19. Reiseri. Est is literis minutis scriptus, seculi sine dubio XIII.

*) V. pag. 667. sqq.

„cuius notitiam dedi in Praefat. ad Lex. „Augustan.*) Moneo, ea quae vncis in„clusi, non fuisse in Codice, qui optimae „notae est, et multas bonas lectiones ex„hibet, vt inspectio docebit." Ex hac amicissimi viri Collatione nonnulla excerpsi, quae Hermannus aut omiserat, aut aliter scripta legerat.

Hactenus de nouis librorum manu scriptorum subsidiis, quibus, absque Bastio meo fuisset, Gregorius aut prorsus, aut maxima ex parte cariturus erat. Sed multo etiam maioribus beneficiis vir laudatissimus me sibi Grammaticumque deuincire voluit. Neque enim nuda transmisit Codicum Excerpta, sed comitata immenso numero lectissimarum animadversionum insignique copia anecdotorum, quibus in vulgus proferendis summum neque vnquam intermoriturum decus nostrae editioni accederet. In his animadversionibus latine vertendis quod meum Bastio studium adprobare potui, tanto

*) Conf. Anecdota e variis Codicibus collecta post Prolegomena ad Zonarae Lexicon pag. LXXVII.

magis laetor, quanto maiorem ipse dolorem ex simili alius conatu, sed parum prospero, olim suscepit.

Non minima pars harum notarum, sicvt ceterorum Bastii scriptorum, talis sunt materiae, in qua vir illustris vnus omnium adeo excellit, vt exquisitior eius scientia ne cogitari quidem posse videatur. Habemus igitur cur his litteris serio gratulemur, quod meis et aliorum, qui quantum in rebus valeat palaeographicis perspectum habent, precibus expugnatus libellum conscripsit, quo et complecteretur quicquid talium obseruationum in notis ad Gregorium, itemque in Epistola Critica ad Boissonadum et eius Appendice, dispersum est, et vero nouas, vbi ferret occasio, e thesauris Bibliothecae Parisinae inexhaustis depromeret. Hic libellus, tabulis aeneis septem illustratus, (prodromus, si quid vota nostra valent, integrae Palaeographiae) Gregorii nouae editioni tanquam coronidem imponit. Cui cum ego, legendis Codicibus parum exercitatus, de fundo palaeographico nihil ad-

modum, quod tali comitatu satis dignum videretur, adiungere possem: hoc contentius laborandum putaui, vt hunc defectum accuratâ ac paene morosâ latine vertendi diligentiâ quodam modo compensarem.

Quo tempore a Bastio inter amicos receptus sum, idem ille fortunae fauor etiam Boissonadi, doctissimi Galli, quem, paucis abhinc annis nobilitatum edito Philostrato, mox nouis laureis condecorabunt Eunapius, Marinus, Proclus, summam mihi beneuolentiam conciliauit. Huius beneuolentiae nunc quidem non potui fructum ferre iucundiorem, quam quod vir egregius meis precibus hoc dedit, vt quae ad Gregorium suos in vsus notauerat, aucta variis Codicum Parisinorum Excerptis, mecum communicaret. Quo beneficio quantum me obstrinxerit, quamque bene de noua Gregorii editione meritus sit, gratissimo semper animo meminero ac profitebor. Ceterum cum Boissonadus in notis scribendis Latina ipse lin-

gua vsus esset, sic, vt ab eius manu profectae erant, operis excudendas dedi.

Post tales duumuirorum praestantissimorum labores de meo dicendum est verecundissime. Textum Gregorii iis refinxi locis, vbi Codices praeberent quod ab ipso Grammatico scriptum non sine quadam veri specie videretur. Sed longe maximam diuersarum lectionum partem, saepe tam enormiter inter se discrepantium, vt clarissime appareat, Gregorii libellum multis esse modis expertum manus interpolantium, satis habui in notis commemorasse. In conscribendis his notis quam sim rationem secutus, quaque vsus (vtinam ne abusus dicar!) libertate exspatiandi, inprimis quando ad ingenium redeundi Criticesque factitandae occasio suppeditaret, opinione facile praecipient, qui, quae antea edidi, inspicere dignati sunt. Illa iudices tam aequos habuerunt, vt operae me impensae non poeniteat: his nouis si obtigerint similes, satis me fortunatum praedicabo.

Koenii notas, vtilissimarum plenas obseruationum testantesque alumnum disciplinae Hemsterhusianae, integras et illibatas repetii. Quae ad calcem editionis Batauae Addenda leguntur, vt lectorum commoditati prospicerem, ipsis viri doctissimi notis suo quodque loco inserui.

Multo maiorem Addendorum numerum noua tenet editio. Haec lectores rogatos volo vt diligenter consulant. Insunt in illis nonnulla mei penoris; alia Godofr. Hermanni, cui singulas Gregorii plagulas petenti dederam perlustrandas; longe plurima Bastii, quorum magna pars e Codicibus depromta est.

In locum trium Indicum editionis Koenianae, qui vberrimis nostrae copiis parum responderent, suffeci quinque nouos, labore confectos contentissimo, eosque ita, opinor, locupletes, vt omnia Grammaticorum opera similibus instructa facile optes, passimque auctos obseruationibus vel Bastii vel meis, in quas sero incideramus.

Haec fere habui quae nostro Gregorio, secundis, vt spero, auibus in publicum prodeunti, praefarer. Finem ergo praefationi imponam, vbi hoc vnum addidero, si redemtoris instituto aequum iustumque colentes litterarumque bonarum vere amantes viri fauerint, breui Ioannem Grammaticum cum aureo Henrici Stephani de Dialectis libro secuturum esse.

Scrib. Lipsiae ineunte anno 1811.*)

---

*) Omnia iam absoluta typothetisque tradita erant, cum a Bastio haec accepi;

"*Irenaei Atticistae*, de quo Koenius in praefat. „p. XVIII. [p. XVI. ed. Lips.], meminit etiam Basilius MS. „in Gregor. Nazianz. orat. *εἰς τὰ Θεοφάνια* p. 229. ed. Her- „vag. v. 4., vbi ad verba *μὴ στιβάδας ὑψηλὰς πηξώ- „μεθα κ. τ. λ.* haec notauit: *Στιβάς, στρωμνὴ, χαμαι- „κοίτιον, ὡς Εἰρηναῖος ὁ Ἀττικιστὴς, καὶ Ἀριστοφάνης „ἐν στρατείαις ὁ Κωμικὸς, καὶ ἐν Δραπέτισι Κρατῖνος, „καὶ τῶν ῥητόρων οἱ πλεῖστοι. ἀλλὰ τὴν κλίνην οὗτος στι- „βάδα καλεῖ, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Στηλιτευτικῶν ἐπὶ „στιβάδος ὑψηλῆς καὶ μετεώρου φησὶν ἀνακείμενος. μὴ „χρῆναι οὖν παραινεῖ ὁ διδάσκαλος ἐν στιβάσιν ὑψηλαῖς „δι' ὑποστρωμάτων ἀλλεπαλλήλων ἀνακειμένους κεχρῆσθαι „τρυφῇ τῇ γαστρὶ οὕτως. ταῦτα δὴ τὰ τῆς βλακείας καὶ „θρύψεως κ. τ. λ.* Hic locus maxime propterea memora- „bilis est, quod *Ἀριστοφάνης ἐν στρατείαις* (?) citatur. „Ego quidem Comici fabulam hoc titulo inscriptam non „noui. Vox *χαμαικοίτιον*, nondum, quod sciam, a Le-

„xicographis in ordinem recepta, legitur etiam in Suida „v. *στιβὰς*, quam vocem Lexicographus interpretatur „*χαμαικοίτιον, ἀκκούβιτον ἀπὸ ῥάβδων.*"

"Addam nonnulla ad locum Etymologici Reg. MS. v. „*Ἀκόλαστος*, de quo Koenius in praefat. p. XX. [p. XVIII. „ed. Lips.] egit. Codex Sorbon. dat *ὁ δίχα ἀ γωγῆς καὶ* „*κολάσεως τετυχηκώς τις ἐπὶ παιδίαν* (sic). Ambo, et „Sorbon. et Reg., itemque Etymolog. M. pag. 50, 17. sqq. „(quo quidem auctore Koenius *τουτέστι παιδείας* pro *τις* „*ἐπὶ παιδείαν* legendum censuit) hauserunt ex Orione „MS., vbi articulus sic scriptus legitur: *Ἀκόλαστος, ὁ* „*ἀπαίδευτος, διὰ τὸ μὴ ἀγωγῆς καὶ κολάσεως τετυχέναι* „(sic) *τῆς ἐπιτηδείας.* (E duabus his vocibus ortum „vitiosum illud *τις ἐπὶ παιδείαν.*) *Οὕτω Φίλων. τινὲς δὲ* „*αὐτὸν* (Sorbon. et Reg. *οὕτω*) *καλοῦσι καταφερῆ* (Sorbon. „et Reg. *τὸν κατωφερῆ*) *πρὸς συνουσίαν. διὰ τὸ μὴ κολά-* „*ζεσθαι* (Sorbon. et Reg. *κολάζειν*) *τὴν ἐπιθυμίαν, ἀκό-* „*λαστος ἀκούει τις.*"

GREGORIVS
CORINTHIVS
DE
DIALECTIS.

PARS POSTERIOR

APPENDICEM

AD

GREGORIVM CORINTHIVM

COMPLECTENS.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΚΟΡΙΝΘΟΥ

ΠΕΡΙ ΔΙΑΛΕΚΤΩΝ [1]).

Ἰδού σοι [2]) *καὶ τὰς διαλέκτους ἐγχειρίζω* [3]), *σεβαστῶν* [4]) *μοι* [5]) *πάντων φιλολογώτατε, περὶ ὧν ὅ,τε* [6])

---

1) *Τοῦ μακαριωτάτου Ἐπισκόπου Κορίνθου περὶ τῶν ἰδιωμάτων τῶν Διαλέκτων.*] Hunc titulum Codex Voss. exhibuit, ab H. Stephano dudum prolatum in praef. ad Corinth. p. 19. Regius A. *τοῦ μακαριωτάτου ἀρχιερέως Κορίνθου περὶ Γραμματικῆς.* B. *τοῦ μ. ἀ. Κ. περὶ τῶν ἰδιωμάτων τῶν διαλέκτων.* Meermannianus *Γρηγορίου Μητροπολίτου Κορίνθου περὶ Διαλέκτων.* Priores editiones, quibus MS.Vatic. accedit, *περὶ διαλ. τῶν παρὰ Κορίνθου* [peius Valderus et H. Curio dederunt *παρὰ Κορίνθῳ*] *παρεκβληθεισῶν.* Koen. In locum tituli Codicis Vossiani, quem habet Koeniana editio, suffeci epigraphen Codicis Meermanniani. Idem, si res integra fuisset, ipse Koenius facturus erat: nam in Corrigendis in Grammatici contextu, quae ad libri calcem leguntur, „In superiori parte singularum paginarum," inquit, „si Meermanniano Codice maturius vti licuisset, edi curassem: *ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΜΗΤΡ. ΚΟΡ. ΠΕΡΙ ΔΙΑΛΕΚΤΩΝ.*" In Codice a. titulus libelli hic est: *περὶ τῶν διαλέκτων;* in b. *περὶ διαλέκτων.* Ambo incipiunt a verbis: *Διάλεκτός ἐστιν ἰδίωμα γλώσσης.* Tum, absolutis iis quae de Dialectis in vniuersum traduntur, Gregorii praefatio sequitur, cui praeponitur haec epigraphe: *Περὶ τῶν διαλέκτων τῶν παρὰ τοῦ Κορίνθου* (Cod. b. *κορίνου*) *παρεκβληθεισῶν.* Denique in Cod. c. titulus est: *τοῦ μακαριωτάτου Κορίνθου περὶ διαλέκτων.* In Cod. August. *Περὶ διαλέκτων. τοῦ ἁγιωτάτου μητροπολίτου Κορίνθου.* Ceterum conf. Sturz. ad Maittair. p. XXXI. Schaef.

2) *Ἰδοῦ σοι*] Sic vulgo. Codd. a. b. et c. *ἰδού σοι*. Hos secutus sum. Secundum regulam enim, qua vtuntur *οἱ ἀκριβέστεροι*, *ἰδοῦ* scribitur, vbi vim verbi habet, vt in Euripideo Hec. v. 802. Pors. *ἰδοῦ με, κἀνάθρησον οἷ᾽ ἔχω κακά· ἰδού*, vbi aduerbialiter dicitur. V. Graeuius ad Lucian. T. III. p. 572. et Oudendorpius ad Thom. Mag. p. 468. Schaef.

3) *ἐγχειρίζω*] Cod. c. *ἐγχειρίσω*. Schaef.

4) *σεβαστῶν*] Sic, praeter Vossianum, ex quo, olim suo, Stephanus ad Io. Grammat. pag. 12. hanc lectionem produxit, etiam Vatic. pro *νέων μοι π. φ. σεβαστῶν* habet etiam MS. Meerm. sed mox corrupte *φιλοσοφωτάτη*. Totum autem hoc qualecunque prooemium, in Voss. et Vat. illis, quae de dialectorum appellatione adduntur, demum subiectum, ab vtroque Reg. abest. Koen. Codd. a. et c. *σεβαστῶν μοι*. Sic etiam Cod. August. Sed Cod. b. *νέων μοι*. Bastius: „Conf. Koen. ad Dialect. Attic. §. XVIII. pag. 24.“ Scilicet in illa adnotatione post „*γάρ*“ in editione Lugduno-Bataua haec leguntur: *Pro hac vocula in Voss. legi videbatur Γεώργιος, aut Γεώργιε, vt id nominis fuerit iuueni, cuius in gratiam libellum de Dialectis Noster conscripsit.* In Corrigendis Koenius deleri iussit. Schaef.

5) *μοι*] Exime pronomen *μοι* post *σεβαστῶν*. Koen. Bastius: „Koenius cur voculam *μοι* delendam censeat, parum intelligo.“ Neque ego intelligo. Euripides Iphig. Aul. extr.

χαίρων δ᾽ ἐπάνηκε
κάλλιστά μοι σκῦλ᾽ ἀπὸ Τροίας ἑλών.

vbi Marklandus: „*Πλεονάζει* vox *μοι*, vt saepe.“ Idem Heraclid. v. 574.

χώρει προσειποῦσ᾽ ὕστατον πρόσφθεγμά μοι.

quod nollem Tyrwhittus tentasset. In Plutarchi Moral. T. I. p. 32. miror Wyttenbachium non recepisse tot librorum elegantem scripturam: *Πάντων δέ μοι μάλιστα τὴν μνήμην τῶν παίδων ἀσκεῖν καὶ συνεθίζειν.* Vulgo pronomen elisit syllaba prima vocis proxime sequentis. Schaef.

6) *ὅ,τε*] Sic Cod. a. Sed Codd. b. et c. *ό τε*, accentu neglecto. Bastius: „Saepe in Codicibus legitur *ό τε* pro *ὅ, τε*, vt nunc scribimus.“ Itaque non mirum, has voculas passim in *ὅτε* coaluisse, veluti in Antigoni Caryst. c. XXIX.*)

*) Ibidem legitur *ὅθεν δῆλον καὶ ὁ ποιητὴς τὸ θρυλλούμενον ἔγραψεν.* Interpres: *Vnde nimirum* —. Mira haec vis adiectivi *δῆλον*. Bastio meo legendum videtur: *ὅθεν δηλονότι* —.

Φιλόπονος Ἰωάννης ἐφιλοπόνησε[7]), *καὶ Τρύφων ὁ γραμματικὸς, καὶ ἄλλοι πολλοὶ, οἷς ἱκανὴ περὶ τὰ*

---

vbi Codex recte habet *οἷον ὅ,τε πολύπους*. V. Bastium ad h. l. in editione latina Epistolae Criticae p. 85. Obiter moneo, Niclasium illic perperam coniecisse *ὅγε*. Fefellit virum egregium mutata in capite tricesimo verborum constructio: vbi cum Antigonus, quod ob praegressam particulam *τε* exspectes, sic pergere potuisset, *καὶ ὁ χαμαιλέων*, s. *ὅ,τε χαμαιλέων*, inflexa syntaxi, vt saepissime fieri solet, inprimis vbi plura *παρενθέτως* interposita praecesserunt, narrationem hoc modo continuauit: *Γίνεται δὲ ταυτὸν καὶ περὶ τὸν χαμαιλέοντα.* Conf. Heindorf. ad Platon. Phaedr. p. 352. [In eod. cap. legendum: *τὸν δ᾽ αὐτὸν τρόπον κ. τ. λ.*] Schaef.

7) *Ἰωάννης ἐφιλοπόνησε*] Cod. b. *Ἰῶ ἐφιλοπόνησε. ἐφιλοπόνησε* etiam Cod. August. Idque recepi, quod lusus hic verborum, *ὁ Φιλόπονος — ἐφιλοπόνησε*, Grammatici nostri ingenio satis dignus videretur. Vulgo *Ἰ. ἐπόνησε*. Photius Bibl. c. 324. 37. *ἐπαγγέλλεται καὶ ἄλλους τοσούτους φιλοπονήσασθαι*. Schaef.

x

„Scilicet, inquit, in libris manu scriptis compendium *δη* (sine accentu), siue, qua vtitur nota eximius ille Codex S. Germ., *δηζ* (Conf. Apollon. Villois. tab. III. v. *μεγάλα* et *παραβολῆς*. Sic *ἀχιζ* pro *ἀχιλλεύς*. In Scholiis Venetis ad Il. *Δ*, v. 37. legitur *μήπως ἡ ἀμφιβοζ αὔτη ἐμοὶ καὶ σοὶ πόλεμος γένηται*, i. e. *ἡ ἀμφιβολία αὔτη*, non *ἡ ἀμφιβολη αὔτη*, vt Villoisonus male dedit.), prout verborum poscit contextus, has voces significat: *δῆλα*, *δῆλον*, *δηλαδὴ* [Conf. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. v. 598. Schaef.], *δηλοῖ* (v. quae infra ad Dial. Dor. §. XCVII. monui), *δηλοῦν*, *δηλούμενον*; saepissimeque *δηλονότι*, toties obuium in Scholiis inter versus adscriptis, fereque, vt *ἤγουν* aliaque id genus, compendio exaratum. In Etymol. M. passim reperias *δῆλον* pro *δηλονότι*, quod Sylburgium, Graecitatis peritissimum, iure offendit. V. eum ad p. 77, 53; 190, 38; 315, 5 et 280, 13. Loco vltimo in ordinem recepit *ὅτι*, hac nota addita: *in vulgata est tantummodo δῆλον absque ὅτι, ellipsi parum vsitata.* Imo, opinor, *plane repudianda.* Pag. 190, 38. Etym. M. (vv. *βάσκ᾽ ἴθι*) exstant haec: *τὰ εἰς ι παραχθέντα προστακτικὰ κατ᾽ ἀρχὴν οὐ συντίθενται, πλὴν τῶν προθέσεων, ὥστε δῆλον ἐν παραθέσει δεῖ ἀναγινώσκειν αὐτό.* Cito haec verba, vt moneam, pro illis, *τὰ εἰς ι παραχθέντα*, paene malle me cum Etym. Sorbon. legere, *τὰ εἰς θι περατωθέντα* (*πρατθέντα*). Transscripta haec sunt ex Scholiis ad Homer. Il. *Β*, v. 8. vbi Cod. Venet. A. (p. 44. ed. Vill.) habet *τὰ*

βιβλία τριβὴ[8]) καὶ ἄσκησις γέγονεν. Οὔπω δέ τις μέχρι καὶ τήμερον τὸ πᾶν ἑκάστης τῶν διαλέκτων ἐγνώρισε. Καὶ μὴ νομίσῃς ἡμᾶς ἐκ τοῦ ταῦτα λέγειν οἴεσθαί τι μέγα περὶ ἑαυτῶν· ἡ γὰρ γλῶττα[9]), κατὰ Λυσίαν τὸν ῥήτορα, νοῦν[10]) οὔτε πολὺν, οὔτε μικρὸν

---

8) *τριβὴ*] Ex MSS. pro *διατριβὴ*, vt et *οὐδέπω* pro *οὔπω*, et *ταῦτα λ.* inuerso ordine, pro *λέγειν τ.* ex Voss. *τριβὴ* etiam Meerm. Mox *ἑαυτῶν* ex Vat. recepi, cum in editis esset vel *αὐτῶν*, vel *αὑτῶν*, in Voss. autem *ἡμῶν*, cuius loco *ἑαυτῶν* nonnunquam vsurpari, praeter ceteros docuit Cl. Salmasius ad Inscript. Herodis Att. p. 14. Etiam Meerm. habet *ἑαυτῶν*. Koen. *τριβὴ* habent etiam Codd. a. b. c. et August. Sed mox omnes quatuor *οὔπω δέ τις*, quod Koenianae scripturae, *οὐδέπω δέ τις*, praetuli. Deinde Cod. b. *ἐτήρησε* pro *ἐγνώρισε*, quod Codd. a. et c. seruant. Post Cod. b. *ἡμᾶς μέλλοντας ταῦτα λέγειν*. Cod. August. *ἡμᾶς λέγειν ταῦτα μέλλοντας*. Denique Codd. a. et August. *ἑαυτῶν*. Codd. b. et c. *αὐτῶν*. Schaef.

9) *γλῶττα*] Editt. *γλῶσσα*. Voculae *ἡ γὰρ γλ.* et deinde *πολὺ* in Vat. non legebantur, sed iustum illis spatium librarii manus reliquerat. Quae vero tanquam Lysiaca Noster praebet, atque hinc inter Lysiae fragmenta recepit Clariss. Io. Taylorus p. 666. aliis enodanda relinquo. — In sequentibus Vat. omittit *περὶ τοῦτο*, ex quo mox, quum Voss. Codicis suffragium accederet, *κατηγορήσαμεν* pro — *σομεν* reposui. Koen. Cod. August. *γλῶσσα*. Schaef.

10) *νοῦν*] Codd. b. et August. *ῥοῦν*. Bastius: „*ν* et *ρ* saepius permutantur: quod non miraberis, si teneas, quo ductu librarii litteram *ν* olim scripserint. Vid. Tab. aen. I. Hunc ductum vel in decimi quarti seculi ineuntis Codicibus durasse reperias. Ceterum Lysiacus locus, quem Koenius aliis enodandum reliquit, non videtur intellectu difficillimus. *ἔχει* enim, nisi fallor, ponitur pro *παρέχει*. V. *Lettre Critique* p. 22. [Add. Musgrav. ad Euripid. Heraclid. v. 895. Brunck. ad Aristophan. Vesp. v. 712. Wolf. praefat. ad Herodian. p. XVII. Et sic, vt satis constat, Latini scriptores verbo *habere* vtuntur. Schaef.] Iam sic vertas licet: *Lingua intelligentiae nec multum nec parum*

διὰ τοῦ ϰ̄ *παραχθέντα. Παραχθέντα* cum *διὰ* seruari potest, nec male habet; sed pro ϰ̄ restitue ex Etym. M. ῑ aut θῑ." Schaef.

ἔχει· ὁ δὲ νοῦς, ᾧ μὲν πολὺ, πολύς· ᾧ δὲ μικρὸν, μικρός. Οὔκουν περιαυτολογοῦντες [11]) τῶν ἀνδρῶν περὶ τοῦτο τὸ μέρος κατηγορήσαμεν, ἀλλὰ, φίλων ὄντων, προτιμῶντες αὐτῶν τὴν ἀλήθειαν, ὥς που καὶ Πλάτων [12]) ὁ φιλοσοφώτατος ἔφησεν. Αὐτοὶ [13])

---

impertit — loquentia non est necessario iuncta intelligentiae — Cui multum est intelligentiae, multum valet intelligentiâ; cui parum, parum. Verum hoc esse, quis negare ausit? Ex ῥοῦν quidem nihil, opinor, extuderis: nam merus est librariorum error. Ad neutrum πολὺ autem subaudio τοῦ νοῦ. ὁ νοῦς ἐςὶ πολὺς, ᾧ μέν ἐστι πολὺ τοῦ νοῦ, κ. τ. λ." SCHAEF.

11) περιαυτολογοῦντες] Meerm. περιττολογοῦντες. KOEN. In Cod. b. locus sic legitur: οὔκουν παρὰ τοῦτο τῶν ἀνδρῶν ἀξίως κατηγορήσομεν, ἀλλὰ etc. Cod. a. consentit cum Koeniana editione: item c. et August. nisi quod ambo κατηγορήσομεν habent. SCHAEF.

12) ὥςπερ καὶ Π.] Καθὰ καὶ Π. Vatic. ὥς που καὶ Π. nonnullae edd. — Decantatum dictum, quod Platoni hic tribuitur, ab Aristotele potius desumtum videri, obseruauit amicissimus Eldikius, qui edito nuper eleganti Suspicionum specimine optime famam auspicatus est. Ita autem Aristoteles Ethic. ad Nicomach. I, 6. ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν, ὅσιον προτιμᾷν τὴν ἀλήθειαν. Eldikii obseruatione excitatus suspicabar, in Nostro, amoto Platonis nomine, legendum esse: ὥςπερ καὶ ὁ φιλοσοφώτατος ἔφησεν. *Sicut enim Vrbs Romam, Maronem Poëta exprimit; sic et Philosophi nomen circa Aristotelem, vtentium placito, contractum est,* auctore Io. Saresberiensi de Nug. Cur. VI, 6. p. 414. — Ῥῆσιν Aristotelicam hinc excitauit Gilb. Cognatus in Adag. p. 454. KOEN. Codd. a. b. c. et August. ὥς που, quod recepi pro Koeniano ὥςπερ. *vt alicubi.* Bastius: „Περ et που in Codicibus Platonis interdum commutata vidi. V. etiam Findeisen. ad Gorg. p. 122. Inter varia enim syllabae περ compendia (tria mihi oblata sunt) hoc quoque reperias π. Vbi si lineolam addideris, ex σ fit ϩ. Vid. Tab. aen. II." Mox Cod. c. Πλάτων ὁ φιλόσοφος. quod laudo: magis etiam laudarem, si Πλάτων omisisset, adscriptum illud fortasse a lectore Gregorii, qui parum sciret, quisnam κατ' ἐξοχὴν diceretur ὁ φιλόσοφος. Boissonadus: „Synesius ep. 153. p. 292. D. εἰ δὲ

τοίνυν Ἀττικῆς μὲν φράσεως [14]) κανόνα τὸν κωμικὸν Ἀριστοφάνην προθέμενοι, καὶ Θουκυδίδην τὸν συγγραφέα, καὶ [Δημοσθένην τὸν] ῥήτορα [15]), Ἰάδος δὲ Ἱπποκράτην τὸν Ἴωνα, καὶ τὸν Ἁλικαρνασέα Ἡρόδοτον, Δωρίδος δὲ τὸν Ταραντῖνον Ἀρχύταν [16]), καὶ Θεόκριτον τὸν τὰ βουκολικὰ συγγραψάμενον, καὶ τῆς Αἰολίδος Ἀλκαῖον [17]), ἴσως ἂν περὶ τῶν διαλέκτων

μὴ φανεῖταί σοι τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκοῆς ἄξιον, καὶ σὺ δὲ δήπου μετ' Ἀριστοτέλους πρὸ τοῦ φίλου τὴν ἀλήθειαν θήσῃ. vbi Schol. in codice Paris. 1038. λέγει γάρ· δυοῖν ὄντοιν φίλοιν, φιλτέρα μοι ἡ ἀλήθεια." Schaef.

13) *Αὐτοὶ*] Cod. c. ἐπεὶ. Cod. August. αὐτίκα, quod non facile spernam. Schaef.

14) *φράσεως μὲν Ἀττικῆς*] Hoc ordine Koenius. Genuino ordine Codd. a. b. et c. ἀττικῆς μὲν φράσεως. Cod. August. ἀττικῆς φράσεως, omissa particula μέν. Schaef.

15) *καὶ [Δ. τὸν] ῥήτορα*] Haec verissima est Clarissimi D. Ruhnkenii emendatio. Editt. omnes et MSS. conspirant in prauam lectionem: καὶ Θουκυδίδην τὸν Συγγραφέα καὶ Ῥήτορα, quam nolui propagare. Ex Demosthenis Orationibus depromta loca inferius adferuntur in Cap. de Dial. Attica. — Cetera ex MSS. constitui. Koen. Codd. a. b. et c. συγγραφέα, καὶ ῥήτορα. Neque Cod. August. habet verba a Ruhnkenio suppleta. Boissonadus: „Scribendum videtur, repudiata Koenii interpolatione: Θουκυδίδην τὸν συγγραφέα, καὶ τὸν ῥήτορα. Nempe Demosthenem, qui κατ' ἐξοχὴν vocatur ὁ ῥήτωρ, cum ab aliis, tum ab ipso Gregorio p. 52. §. LXI." Facile assentirer amico, nisi tale scriptorum genus concinnitatem membrorum paullo studiosius consectari nossem. Certe scripsisset Grammaticus, etiam Thucydidis nomine omisso: καὶ τὸν συγγραφέα, καὶ τὸν ῥήτορα. Conf. p. 24. §. XVIII. Sed fortasse verba καὶ ῥήτορα, vtpote illata e margine in textum, plane eiicienda sunt. Quantopere enim librariorum manus in hoc libello, nunc addendo, nunc demendo grassatae sint, paene singulae paginae demonstrant. Schaef.

16) *Ἀρχύταν*] Cod. August. Ἀρχίταν. Schaef.

17) *Ἀλκαῖον*] Cod. c. Ἀλκμαίωνα. Ἀλκμαίων idem est qui Ἀλκμάν. Diodorus Sicul. IV. c. 7. ὀλίγοι δὲ τῶν ποιητῶν, ἐν οἷς ἐστι καὶ Ἀλκμὰν, κ. τ. λ. vbi Cod. Clar. Ἀλκμαίων. V. Iacobs. ad Anthol. Graec. II. 3. p. 325. Sed

ἱκανῶς διαλάβοιμεν[18]). Εἰ δέ τι καὶ ἡμῖν κατὰ λήθην παραλειφθήσεται, οὐ τῆς ἴσης τοῦτο[19]) κατηγορίας παρὰ τοῖς εὐγνώμοσιν ἄξιον[20])· τοῖς μὲν γὰρ[20*]) τὰ πλείω παρείθησαν[21]), ἡμῖν δὲ[22]) ὀλίγ' ἄττα[23]) τυχὸν οὐκ εἰρήσεται.

---

rectius p. 170. Alcman inter eos refertur, qui dialecto Dorica eaque Laconica vsi sunt. SCHAEF.

18) *διαλάβοιμεν*] Codd. a. et b. *διαλάβωμεν*. Male. *Διαλαμβάνειν, disserere.* Macrobii verba in Somn. Scip. I. c. 16. *Ac prius de nouitate, post de magnitudine disseremus*, vertit Maximus Planudes (in Cod. Augustan. secund. Reiserum p. 76. n. 9.): *Καὶ δὴ πρότερον περὶ τῆς καινότητος, εἶτα καὶ περὶ τοῦ μεγέθους διαλάβωμεν.* Rarior vsus verbi medii. Scholiastes in Dionys. Thrac. (in Bastii *Lettre Critique* p. 110.) *Εἰ γοῦν τὰ γράμματα ἀναγκαιότατά εἰσι, περὶ δὲ γραμμάτων ἡ γραμματικὴ διαλαμβάνεται, κ. τ. λ.* Alibi est *exponere, narrare.* Eudocia p. 97. *οὕτως ὁ μῦθος διαλαμβάνει.* p. 98. *ἡ δὲ ἱστορία οὕτω διαλαμβάνει.* SCHAEF.

19) *οὐ τῆς ἴσης τοῦτο*] Cod. c. *οὐ παρὰ τοῦτο.* SCHAEF.

20) *παρὰ τοῖς εὐγνώμοσιν ἄξιον*] Alio ordine verborum Codd. a. b. et August. *ἄξιον παρὰ τοῖς εὐγνώμοσι.* SCHAEF.

20*) *τοῖς μὲν γὰρ*] Cod. c. *εἰ γὰρ*, mox omisso *δὲ* post *ἡμῖν*. SCHAEF.

21) *παρείθησαν*] Cod. a. *παρ θησε*, exiguo spatio relicto inter *ρ* et *θ*. SCHAEF.

22) *δὲ*] Meerm. *καὶ*. KOEN.

23) *ὀλίγ' ἄττα*] Editt. et Vat. *ὀλίγα*. Meerm. *ὀλίγα τάχα τυχὸν*. Vossiani *ὀλίγαττα* vsitato more, a quo temere in Miscell. Crit. p. 302. R. Dawesius secessit, in *ὀλίγ' ἄττα* separaui, vsurpatum ab Aristoph. Vesp. vs. 55. Dione Chrysost. Or. X, p. 149. C. Max. Tyrio Diss. XXXII, §. 7. p. 385. Luciano T. II, p. 578. Iamblicho Protrept. p. 6. Theoph. Coryd. Rhet. Expos. §. 2. et §. 22. etc. Egregia est summi Hemsterhusii ad Thomam Mag. obseruatio. Helladius in Chrestom. *ὅτι τὸ ἄττα, φησὶ, ψιλοῦσθαι* [L. *ψιλοῦται*·] *οἱ δὲ ἄλλοι ἀκριβέστερον εἰς τὰ σημαινόμενα διαιροῦντες, οἰκειότερον καὶ περὶ τῶν πνευμάτων διείλοντο.* Simili modo numeri vocabulis *τινὲς* et *τινὰ* iunguntur. Vid. D. Heinsii Lect. Theocrit. Cap. II, p. 295. et H. Stephan.

App. de D. A. p. 79. [et Pricaeus ad A. A. p. 208. Boisson.] Animaduersione dignum est ἔνιοί τινες apud Lysiam c. Philon. p. 489. Isocrat. Archid. p. 254. et Panath. p. 470. Koen. Pro ὀλίγ' ἄττα Codd. a. b. et August. ὀλίγα. Cod. c. ὀλιγατα, sine accentu. Bastius: „Id documento est, librarium ad hanc vocem offendisse. Ceterum quae Koenius de pronomine indefinito τὶς adnotauit, iis accedant haec. Eiusdemmodi est locutio πᾶς τις, de qua erudite egit Boissonadus ad Eunap. p. 127. s. Scilicet τὶς illud librarii saepius omiserunt, non solum vbi additum erat adiectiuo πᾶς, item in formulis τι τοῦτο (v. Biblioth. Crit. I. 1. p. 47.) et οὐδείς τις, verum etiam vbi alia adiectiua comitabatur. Schol. Theocr. I. 87. (p. 19. ed. Reisk.) βουκόλος γὰρ ὢν ὤφειλες μεγαλοπρεπὴς * εἶναι. Cod. Paris. 2758. habet μεγαλοπρεπής τις εἶναι. Sic etiam VIII. 72. (p. 133. Reisk.) ὅτι καὶ αὐτὸς ἐπέραστός τις ἐστὶν, vbi τὶς in editionibus deest. Themistocl. epist. IX. ἀλλ' ὅτι τέως μὲν ὀλιγοχρόνιος ἦν ὁ φθόνος. Cod. Palat. num. 398. habet ὀλιγοχρόνιός τις ἦν ὁ φθ. V. etiam Boeckh. in Plat. Min. p. 165.*) — Ὅσος τις rarius, si recte memini, legitur. Liban. IV. p. 532. ἔστι καὶ σωμάτων ἀτάφων ἰδεῖν ὅσον τὶ πλῆθος, vbi Reiskio ὅσον δή τι placet. Aristides vol. II. p. 511. τὸ μὲν οὖν κατ' εἶδος πάντα διεξιέναι, ὅσα τινὰ (Iebb. coni. τινὶ, male) πρόςεστιν ἢ ποταμῷ, ἢ πόλει, ἢ πεδίῳ, διαφορεῖ τὴν ἀφέλειαν." Add. Dionys. Halic. Antiquit. Rom. I. c. 38. T. I. p. 97. Reisk. ὅσον τὶ μικρὸν ὕστερον ἐαρινῆς ἰσημερίας. Ceterum de negligentia illa librariorum omittentium pronomen τὶς v. etiam Porsoni Addenda ad Euripid. Hecub. v. 1169. p. 103. s. ed. Lips. alter. (p. 82. s. Cantabr.) et Weisk. ad Longin. p. 573. Boissonadus: „De ἔνιοί τινες vide Corayum ad Isocr. p. 96. Isocrates Plat. §. 6. p. 298. ἔνιοί τε μὲν γάρ: legerem ἔνιοί τινες γάρ. Confer Corayum

*) Nec tantum omittendo pronomine indefinito, vbi adiectiua comitatur, saepe peccatum est, sed passim etiam male legendo. Sic in Schol. Venetis ad Il. B, 219. (p. 58. Vill.) editum legimus: φοξὰ κυρίως εἰσὶ τὰ πυριῤῥαγῆ [Notanda haec forma, vt minus obuia, ac fortasse a librariis passim oblitterata. Conf. Kuster. ad Suid. T. III. p. 245. et Brunck. ad Aristophan. Acharn. v. 933. Schaef.] ὄστρακα, φλοξευτικὰ ὄντα. Φλοξευτικὰ vox est nihili, quales vix puto Grammaticos procudisse. Villoisonus codices paullo negligentius inspexit. Ambo enim, et A, et B, quos nunc Lutetia possidet, recte habent: φλοξά τινα ὄντα. Φλοξὸς autem Grammatici finxerunt, vt inde φοξὸς deriuarent. Bast.

ΠΕΡΙ ΔΙΑΛΕΚΤΩΝ[24]).

Διάλεκτός ἐστιν ἰδίωμα γλώσσης, ἢ διάλεκτός ἐστι λέξις ἴδιον χαρακτῆρα τόπου[25]) ἐμφαίνουσα.

---

p. 226. cuius emendationem *ἐνίοις ὑμῶν γὰρ* laudo quidem, sed facilior videtur mutatio vocum *τε μὲν* in *τινες.*" Quid Koenio in *ἔνιοί τινες* animaduersione dignum videatur, parum perspicio. Sed fortasse, quae multorum opinio est, *ἐκ παραλλήλου* posita habuit: falso. Vere Coraius ad Isocrat. p. 96. „*Ἔστι δὲ τὸ, Ἔνιοί τινες, οὐδὲν ἕτερον ἢ αὐτὸ τὸ, Ἔνι οἵτινες (τοῦ, Οἵτινες, ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ, Οἳ, λαμβανομένου), τουτέστιν Εἰσὶν οἵτινες.*" Schaef.

24) *ΠΕΡΙ Δ.*] Haec inscriptio, et quae sequuntur, *Διάλεκτος — ἐμφαίνουσα,* exulabant ex Voss. et Regiis, forte ex Io. Grammatici collatione, vt plura, studiosi Lectoris manu huc deriuata. Meerm. omissa hac inscriptione pro sequentibus praebet: *Διάλεκτοι εἰσὶ πέντε, Ἰὰς, Ἀτθὶς, Δωρὶς, Αἰολὶς καὶ Κοινή. Ἰὰς ἐκλήθη ἡ τῶν Ἰωνων ἀπὸ υἱοῦ τοῦ Α. καὶ Κ. τῆς Ε. θυγατρός. Ἀτθὶς ἡ τῶν Ἀττικῶν ἀπὸ τῆς Ἀτθίδος τῆς τοῦ βασιλέως Κραναοῦ θυγατρός. Δωρὶς δὲ ἡ τῶν Δωριέων ἀπὸ Δ. τοῦ Ἕ. Αἰολὶς ἡ τῶν Αἰολέων ἀπὸ Αἰ. τοῦ Ἕ. Κοινὴ δὲ ᾗ πάντες χρώμεθα.* Tum *Ἀτθίδι ἔγραψεν Ἀριστοφάνης, Ἰάδι Ὅμηρος, Δωρίδι Θεόκριτος, Αἰολίδι Ἀλκαῖος, Κοινῇ Πίνδαρος.* Koen. Omnia haec vsque ad *ἔχει οἰκεῖον ἰδίωμα* p. 12. omittunt Codd. A. c. et August. Schaef.

25) *τύπου*] Haec scriptura confirmatur ab omnibus Nostri et Io. Grammatici editionibus, et hic a MS. Vat. nam a ceteris plane dixi abesse. Tamen in *τόπου* proclivior sim ob Clementem Alex. Strom. L. I, p. 404. *Διάλεκτός ἐστι λέξις ἴδιον χαρακτῆρα τόπου ἐμφαίνουσα, ἢ λέξις ἴδιον ἢ κοινὸν ἔθνους ἐμφαίνουσα χαρακτῆρα.* Idem Strom. L. VI, p. 805. *Διάλεκτον ὁρίζονται λέξιν ἐθνικῷ χαρακτῆρι συντελουμένην.* Vbi in notis adducuntur Nostri verba, sic scripta: *Δ. ἐ. λ. ἴ. χ. τόπου ἐμφαίνουσα.* dictio

Ἰὰς ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ Ἴωνος, τοῦ υἱοῦ[26]) τοῦ Ἀπόλλωνος[27]), καὶ Κρεούσης, τῆς Ἐρεχθέως θυγατρὸς, ᾗ ἔγραψεν Ὅμηρος.

Ἀτθὶς ἀπὸ τῆς Ἀτθίδος, τῆς Κραναοῦ[28]) θυγατρὸς, ᾗ ἔγραψεν Ἀριστοφάνης.

---

proprium characterem loci ostendens. Optime Schol. ad Aristoph. Nub. vs. 317. *Διάλεκτος — ἐστι φωνῆς χαρακτὴρ ἐθνικός.* Plura dabit Salmas. de L. Hellen. p. 450. Koen. Codd. a. et b. omittunt *ἡ διάλεκτος — ἐμφαίνουσα.* Pro *τύπου*, quod Koenius seruauerat, dedi *τόπου.* Perpetua commutatio nominum *τόπος* et *τύπος.* Bastius: „V. Wyttenbach. ad Pseudo-Plut. de flum. c. 2. §. 1. Heeren. ad Menandr. p. 86. Schol. Venet. A. ad Iliad. B. p. 83. *συνήθης δὲ ὁ τοιοῦτος τόπος παρώνυμος* (scilicet *Τυφωεὺς* pro *Τυφὼς* s. *Τυφὼν*), pro quo sine dubio legendum *τύπος παρώνυμος;* quamquam etiam in Codice *τόπος* reperi." Adde Fabric. ad Sext.-Empir. p. 11. Alberti Pericul. Critic. p. 44. s. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 35. 168. T. II. p. 522. Bernard. ad Thom. Mag. p. 464. Struchtmeyeri Epist. Crit. in Gloss. Nom. p. 77. Sed nusquam saepius confunduntur quam in scriptis Rhetorum Graecorum. V. Sylburg. ad Dionys. Halic. T. V. p. 3. et Martyni-Laguna *in dem Allgem. Litterar. Anzeiger* 1796. m. Decemb. col. 519. Schaef.

26) *ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ Ἴωνος, τοῦ υἱοῦ*] Editt. *ἀπὸ Ἴωνος υἱοῦ* etc. Iamblich. de V. Pyth. S. 243. *τρίτην δὲ τὴν Ἰάδα, γενομένην ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου.* Imo *λεγομένην*, quod Obrechti versio expressit. Audaciorem coniecturam in sequentibus apud Iamblich. prodigiose corruptis malim premere. Koen. Cod. b. *ἀπὸ Ἴωνος, υἱοῦ κ. τ. λ.* Schaef.

27) *τοῦ υἱοῦ τοῦ Ἀ.*] Margo Codicis Voss. *γρ. τοῦ σκύθου*, pro *Ξούθου* procul dubio, vt in Io. Grammat. est. Apollinis enim et Creüsae filius *τῷ γόνῳ* Ion, Xuthum patrem habere *τῷ λόγῳ* dicebatur. Quae tanquam de Creontis, Regis Corinthi, filia dicta accepit Scholiastes in Euripidis Med. vs. 19. de Erechthei videtur dixisse Clitodemus, *Κρέουσαν καλεῖσθαι, γήμασθαι δὲ Ξούθῳ.* A Xutho nonneminem Iones dixisse *Ξουθίδας*, notauit Hesychius. Koen.

28) *τῆς Κραναοῦ*] Editt. *Ἀτθὶς δὲ ἀπὸ τῆς Ἀ.* vt et de-

Δωρὶς ἀπὸ Δώρου, τοῦ Ἕλληνος [29]), ᾗ ἔγραψε Θεόκριτος.

Αἰολὶς ἀπὸ Αἰόλου, τοῦ Ἕλληνος [30]), ᾗ ἔγραψεν Ἀλκαῖος.

---

inde *Αἰολὶς δὲ* —. Cranai, qui Atthidis pater fuit, nomen, in Veterum scriptis varie corruptum, diligenti opera aliquoties instaurauit Io. Meursius de R. Athen. I, 13. *Agranus* vocatur, librariorum vitio, in Isidori Orig. IX, 2. et *Graius* XIV, 4. Vtroque loco optimae notae MS. Groninganus *Granus* praefert, quod a vero parum abest. Koen. Cod. a. *ἀτθὶς, ἀπὸ Ἀτθίδος*. Cod. b. *ἀτθὶς δὲ ἀπὸ Ἀτθίδος*. Schaef.

29) *Δώρου τοῦ Ἕλληνος*] Merito: Hellenem enim Dori patrem nominant omnes, si a Iamblicho discesseris de V. Pyth. S. 242. *Λέγειν δέ τινας φησὶ, Δευκαλίωνος τοῦ Προμηθέως καὶ Πύῤῥας τῆς Ἐπιμηθέως γενέσθαι Δῶρον· τοῦ δὲ Ἕλληνα· τοῦ δὲ Αἴολον, αἷς ὑφηγήσεσιν ἀκολουθῆσαι καὶ αὐτὸν Ἡρόδοτον.* [I, 56.] Sed luxatus locus hoc pacto integritati restituendus est: *λέγειν δέ τινας φ. Δ. τοῦ Π. καὶ Π. τῆς Ἐ. γενέσθαι Ἕλληνα· τοῦ δὲ Δῶρον καὶ Αἴολον* etc. Hellenem scilicet alii Deucalione natum memoriae tradiderunt, ipso Ioue ortum dixerunt alii. Vid. notae ad Clement. Alex. Strom. L. VI, p. 805. Vtra traditio verior sit, non facile esse posteris, de re adeo antiqua certe iudicare, addit Iamblichus: *ὁποτέρως μὲν οὖν ἔχει, περὶ τῶν ἀρχαίων οὐκ εὔμαρὲς ἐνδέχεσθαι τἀκριβὲς τοῖς νεωτέροις καταμαθεῖν, ὁμολογουμένως δὲ* etc. Male *δέχεσθαι* vulgatur. Koen. Bastius: „In loco Iamblichi Koenius dedit *Αἴολον:* atque hunc accentum libri typis exscripti fere habent. Sed Parisini Codices Iamblichi *παροξύνουσιν, Αἰόλον*. Eademque est huius nominis *τόνωσις* in Codicibus aliorum scriptorum. Conf. *Lettre Critique* p. 175.“ Kusteriana Iamblichi editio habet *Αἰόλον*. Et sic *Αἰόλοι* ipse Koenius in adnotatione quae proxime sequitur. Cum adiectiuum sit paroxytonon, (Etymolog. M. c. 531. 51.) nomen proprium videtur debere *προπαροξύνεσθαι*. Schaef.

30) *Α. τοῦ Ἕλληνος*] E communi veterum Scholiastarum opinione, de qua notauit T. Hemsterhusius, V. Cl. ad Lucian. T. I, p. 177. Schol. ad Homeri Od. K. vs. 2. *Αἰόλοι δύο. οὗτος μὲν* (cuius meminit Homer.) *Ἱππότου.*

Κοινὴ δὲ[31]), *ἣ πάντες χρώμεθα, καὶ ἣ ἐχρήσατο Πίνδαρος*[32]), *ἤγουν ἡ ἐκ τῶν δ συνεστῶσα. Ἑκάστη δὲ διάλεκτος ἔχει οἰκεῖον ἰδίωμα.*

ἕτερος δὲ Ἕλληνος, τοῦ Διὸς, οὗ καὶ Ἡσίοδος μέμνηται. In Palaephato *π. ά.* Cap. 31. pro *Ἀθάμας ὁ στόλου τοῦ Ἕλληνος* dudum ante Tollium et Galeum *Ἀθάμας ὁ Αἰόλου τοῦ Ἑ.* legit Vir magnus P. Leopardus Emend. VII, 23. Koen.

31) *Κοινὴ δὲ*] Bastius: „Haec dialectus cur *κοινὴ* dicta sit, Phauorinus (v. *κλῦθι*) hanc causam edit: *ὅτι αἱ ἠριθμημέναι πᾶσαι (διάλεκτοι) χρῶνται αὐτῇ, καὶ αὕτη* (l. *αὐτὴ*) *πάσαις αὐταῖς.* In Cod. Paris. 2562, Lexicon complexo ineditum, quod Phauorinus exscripsit, haec adduntur: *ἑαυτὴν χρῆσθαι παρέχει.*" Hermannus communem dialectum, qua Pindarus vsus sit, de certa quadam forma poëseos lyricae intelligit. „Epicam poësin, inquit, consequuta est lyrica, quae initio modeste ab epica digrediens, mox, relicto epicorum exemplo, singularum gentium linguis sese applicuit, ita tamen, vt quaedam ab epicis, tamquam vniuersae poëseos communia, deriuaret. Nullum est enim genus poëseos, quod non aliquid certe ab epicis acceperit. Ac lyricae quidem poëseos tres maxime formae sunt, antiquissima, quae Ionismum epicorum sectata est, tum Aeolica ac Dorica, denique communis quaedam. Etenim quum Ionica non sat dignitatis habere videretur, Aeolica autem ac Dorica, quod paucarum gentium propriae essent, apud reliquas gentes nimis peregrinae haberentur, alia inuenta est forma, quae neque Dorismi granditate careret, neque notam haberet peregrinitatis. Haec igitur e moderato Dorismi vsu et epico sermone conflata est: vnde communem vocant grammatici. Eius illustre exemplum in Pindari carminibus exstat." Obseruationes de Graecae linguae dialectis p. VII. Idem Obseruatt. de dialecto Pindari p. IV. s.: „Qui communem linguam Pindaro tribuerunt, hoc dixisse censendi sunt, dialectum, qua vtitur, singulari quodam temperamento paene ex omnibus dialectis mixtam videri. Id quomodo factum sit, apertum est. Est enim Pindari dialectus epica, sed colorem habens Doricae, interdum etiam Aeolicae linguae. Aliis verbis, fundamentum huius dialecti est lingua epica, sed e Dorica

ΠΕΡΙ ΑΤΘΙΔΟΣ[33]).

§. I.[34]) Λῆρον ληρεῖς. Ἀττικὴ δὲ ἡ φράσις[35]) καὶ τὸ σχῆμα, ὡς τὸ μανίαν μαίνῃ. ἔστι γὰρ τῆς Ἀττικῆς

---

dialecto tantum adsciuit Pindarus, quantum et ad dictionis splendorem et ad numerorum commoditatem idoneum videretur, repudians illa, quae aut interioris essent, aut vulgaris, aut certis in locis vsitati Dorismi. Nec primus hoc fecit Pindarus, sed sequutus alios, ipse quoque post in exemplis habitus." Schaef.

32) *καὶ ἧ ἐ. Π.*] Priores editt. *ἀλλὰ καὶ Πίνδαρος ταύτῃ ἐχρήσατο*, omissis ceteris, quae Voss. et Reg. B. praebuerunt, et habet Io. Grammat. Qua ratione Pindarus dicatur vti *τῇ κοινῇ διαλέκτῳ*, multa disputat Salmas. de L. Hellen. p. 28. 29. Pariter autem Theodos. Alex. in Scholiis MSS. ad Dionysii Thracis Grammaticam ineditam: *κοινὴ δὲ, ᾗ πάντες χρώμεθα, [καὶ] ᾗ ἔγραψε Πίνδαρος.* Koen. Codd. a. et b. *ἀλλὰ καὶ Πίνδαρος ταύτῃ ἐχρήσατο*, omittentes *ἤγουν — ἰδίωμα.* Schaef.

33) *ΠΕΡΙ Α.*] MS. Reg. B. *περὶ τῆς Ἀτθίδος διαλέκτου.* Meerm. *Περὶ Ἀττικῆς διαλέκτου.* Reliqui ab editis non discedunt. Koen. Codd. a. et b. *περὶ Ἀτθίδος.* Cod. c. *περὶ τῆς Ἀτθίδος.* Schaef.

34) §. I.] In Cod. c. sic legitur: *Ἔστι τῆς ἀττικῆς — ἐπαγ. ῥῆμα, τὸ ἀπὸ πράγματος παραγόμενον, ὡς τὸ φυγὴν φεύγεις, ὕβριν ὑβρίζεις, λῆρον ληρεῖς, λόγον λέγεις, μανίαν μαίνῃ, καὶ τοιαῦτα ἕτερα πλείονα. ἐστὶ δὲ τοῦτο τρόπος ἐτυμολογικός.* Schaef.

35) *Ἀ. δὲ ἡ φράσις*] In Reg. A. *Λ. λ. Ἀττικὸν τὸ σχῆμα, μανίαν μαίνῃ.* B. *Λ. λ. μανίαν μ. Ἀττικὸν τὸ σχ.* Ab edita lectione stant Voss. Vatic. et, cuius praeëuntis vestigia Noster presse legere solet, Scholiastes Aristophanis ad Plut. vs. 517. Paria quoque Suidas habet ex eodem fonte. Ipsum loquendi genus, cum ab Attice scribentibus potissimum, tum ab aliis frequenter vsurpatum, multo-

ἰδίωμα φράσεως, τὸ εἰπόντα τὸ πρᾶγμα ἐπαγαγεῖν ῥῆμα, τὸ ἀπὸ τοῦ πράγματος παραγόμενον [36]), ὡς τὸ, ὕβριν ὑβρίζεις, καὶ φυγὴν φεύγεις.

§. 11. Χρῶνται τοῖς προςτακτικοῖς οἱ Ἀττικοὶ [37]) ἀντὶ ὑποτακτικῶν ἀπαγορευτικῶν, καὶ αὖ τοῖς προςτακτικοῖς [38]) ἀντὶ ὁριστικῶν. Κἀκείνου μὲν τὸ Ἀριστοφάνους ἐν Θεσμοφοριαζούσαις [39]) παράδειγμα·

---

rum cura fuit illustratum: excitat nonnullos G. I. Vossius in Arist. T. II, p. 409. Koen. Codd. b. et August. ἀττικὴ ἡ φράσις. Boissonadus: „Conf. Scholiasten Philostrati Her. p. 382. cum Editoris nota, et adde Schol. Soph. Oed. T. 2. Borgerum V. C. ad Galat. p. 96. Vorstium ad Iustin. XI. 12. §. 10.“ Schaef.

36) παραγόμενον] Cod. August. παρηγμένον. Vtrumque bonum. Infra Dial. Ion. §. IX. παρήχθησαν, παραχθέν: Diogenianus Prouerb. II. 97. p. 197. Ἀρχὴ ἥμισυ παντός. Ἐπὶ τῶν εἴς τι προκοπτόντων. παρῆκται δὲ ἐκ τῆς Ἡσιόδου. Hemsterhusius ad Lucian. T. I. p. 6.: „vel scribendum ἐκ τῶν Ἡσ. vel haec, quod potius credo, mutilata sunt; suspicor autem hunc ad modum in integrum restitui posse: παρῆκται δὲ ἐκ τῆς Ἡσ. παροιμίας, πλέον ἥμισυ παντός.“ Nihil in Diogeniano nec mutandum, neque addendum. Ad τῆς enim subaudi παροιμίας. Quam ellipsin cum in additamentis ad L. Bosium omiserim, nunc aliquot eius exempla commemorabo. Photius Lex. c. 419. Τὰ Σαμίων ὑποπτεύσεις. αὕτη λέγεται ἐπὶ τῶν δεδιότων κ. τ. λ. c. 434. Τί οὐκ ἀπήγξω, ἵνα Θήβησιν ἥρως γένῃ. κέχρηται αὐτῇ Πλάτων κ. τ. λ. c. 438. Τὸ σκαμβὸν ξύλον οὐδέποτε ὀρθόν. αὕτη δημώδης ἐστὶ καὶ φανερά. Scholia in Platon. p. 60. Ruhnk. Οὐ πόλεμον ἀγγέλλεις, ἐπὶ τῶν ἀγαθὰ ἀγγελλόντων. Ἐμνήσθη ταύτης καὶ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Νόμων. Schaef.

37) Χρῶνται τοῖς προςτακτικοῖς οἱ Ἀττικοὶ] Cod. b. Χρῶνται δὲ τοῖς προςτακτ. Ἀττικοί. Cod. c. Χρῶνται οἱ ἀττικοὶ τοῖς πρ. ἀντὶ —. Schaef.

38) αὖ τοῖς π.] Haec Aldi, Scoti et Gormontii lectio, quam vt concinniorem recepi. Ceterae editt. καὶ αὐτοῖς π. MSS. [etiam Meerm. nisi quod caret articulo τοῖς] καὶ αὖ αὐτοῖς τοῖς π. Schol. ad Eurip. Hecub. vs. 225. ex quo haec desumta, καὶ αὐτοῖς τοῖς π. vt infra §. 47. καὶ αὐτὰ τὰ πρωτότυπα, nisi et ibi καὶ αὖ τὰ π. praeferatur.

Μὴ ψεῦσον[40]*, ὦ Ζεῦ, τῆς ἐπιούσης ἐλπίδος*[41]*. ἀντὶ τοῦ, μὴ ψεύσῃς· τοῦ δευτέρου δὲ πάλιν τὸ Μενάνδρου*[42]*·*

Οἶσθ' ὅ,τι ποίησον[43]*;*

Mox *ἀντὶ τοῦ μὴ ψ.* abest a Voss. Vat. Aldi et Scoti edd. In fine, tametsi nihil mutat Schol. Euripidis, legi tamen mallem *τοῦ δευτέρου δὲ τὸ Μενάνδρου.* Koen. Codd. a. et b. *αὖ τοῖς πρ.* Cod. c. *αὖθις τοῖς πρ.* Codd. A.B. et August. *αὖ αὐτοῖς τοῖς.* Deinde *ἀντὶ τοῦ, μὴ ψεύσῃς* omittunt etiam Codd. c. et August. Schaef.

39) *ἐν Θεσμοφοριαζούσαις*] Cod. b. *ἐν θεσμοφορία.* Sch.

40) *Μὴ ψεῦσον*] Thesm. vs. 877. tanquam *καινὸν* notatum Herodiano in fragm. post Moerin p. 479. quod ex Thomae M. collatione v. *Μὴ* sic possit constitui: *Τὸ μὴ ἀπαγορευτικὸν οὐ συντάσσεται ὑποτακτικοῦ ἐνεστῶτι, προστακτικοῦ δὲ, καὶ ὑποτακτικοῦ ἀορίστῳ· οἷον μὴ ποιῇς οὐκ ἐρεῖς, ἀλλὰ μὴ ποίει. μὴ ποιήσῃς δὲ ἐρεῖς, καὶ μὴ ποίησον οὐκ ἐρεῖς. τὸ δὲ μὴ ψεῦσον καινόν.**) Apud alios

*) Bastius: „Codex Reg. Ruhnk., a Piersono p. 479. citatus, idem est, qui apographa A. et B. Gregorii Corinthii complectitur, Num. 2662. Is a prima manu (nam locum diligenter consului) habet *ὑποτακτικοῦ ἐνεστῶτι, ὑποτακτικῷ δέ. ὑποτακτικῷ* corrector deleuit atramentoque saturatioris coloris superscripsit *ἀορίστῳ.* Alterum hoc *ὑποτακτικῷ* corruptum esse quis neget? Olim, nondum excussis Grammaticorum aliorum locis, vbi de eadem re disputatur, margini Moeridis adscripseram, corrigendum videri *προστακτικῷ*, sic vt tantummodo *ὑπο* et *πρὸς* commutata suspicarer: sed nunc vnice probo Koenii rationem *προστ. δὲ, κ. ὑποτ. ἀορίστῳ* legentis. Mouet me, quod Thomas Mag., cum Herodianum exscripserit, (id quod etiam alibi fecit: conf. p. 456. etc.) locis huius corruptis certissima videtur remedia adhibere. Omnino Grammaticorum loca, quae vitium contraxerunt, non corrigas felicius, quam si ex aliis Grammaticis, quoties alter alterum exscripsit, medicinam petas. Ceterum commode succurrit locus Platonis Sympos. III, 2. vbi legitur *μὴ οὖν κινῆτε, ἀλλ' ἐᾶτε.* Legendum cum Codicibus Vindobonensibus et Parisinis *κινεῖτε.* In prosae orationis scriptoribus huiusmodi vitia etiamnunc satis crebra sunt: multo rariora in poëtis atticis.“ V. Porson. ad Euripid. Hecub. v. 1174. Xenophon Anab. p. 481. (ed. Cantabr. 1785.) *τούτου ἕνεκα μήτε πολεμῆτε Λακεδαιμονίοις, κ. τ. λ.* Porsonus ad h. l. p. LVI.: „MS. Paris. — *πολεμεῖτε* obtulit, sed nemo exstitit, qui reciperet.“ Receperunt Zeunius nuperque Schneiderus. Scholiastes ad Philostrati Heroica p. 590. *τὸ μὴ ἐπὶ μὲν ἀορίστου συντάσσεται μετὰ ὑποτακτικοῦ, ἐπὶ δὲ ἐνεστῶτος μετὰ προστακτικοῦ.* Obiter videamus ipsum Philostrati locum. P. 198. haec legas:

quidem μὴ χαῖρε, μὴ στέναζε, μὴ βράδυνε, μὴ θαύμαζε, et similia reperiuntur plurima: non item μὴ βράδυνον, aut μὴ θαύμασον. Praeter μὴ ψεῦσον Aristophanes sic posuit μὴ φίλησον in Lysistr. vs. 1035. *Μὴ νόμισον* Suidas seruauit V. *Μὴ νόμισον, ἀντὶ τοῦ μὴ νομίσῃς.* οὕτως *Θαγενίδης.* Pro Thagenide [de quo erudite notauit Musarum, dum viueret, amor, nunc triste desiderium, Io. Piersonus ad Moer. p. 334.] Sophoclem auctorem laudat Grammaticus MS. Bibliothecae Sangermanensis penes Cl. Ruhnkenium: *Μὴ νόμισον, ἀντὶ τοῦ μὴ νομίσῃς. Σοφοκλῆς Πηλεῖ. καὶ μὴ ψεῦσον.* In superstitibus eius Tragoediis, quae alterius structurae exempla passim ostendunt, vt Oed. Γ. vs. 1167. Elect. vs. 1178. 1525. etc. huius generis nihil reperietur. In Euripidis senario apud Lucian. T. I, p. 573. *) si μὴ κτεῖνε scripsisset, pro μὴ κτεῖναι, I. Iensius, periisset ipsi de diphthongis ante consonas correptis disserendi occasio: est et μὴ κτεῖνε Herodoti p. 43, 58. Koen. Pro ψεῦσον Cod. August. ζεῦσον. Addam Porsoni, simul arguentis errorem in his Koenianis, egregiam adnotationem ad Euripidea Hec. v. 1173. μηδὲν θρασύνου, μηδὲ τοῖς σαυτοῦ κακοῖς Τὸ θῆλυ συνθεὶς ὧδε πᾶν μέμψῃ γένος. „μέμψαι habet Stobaeus Grotii, — — — Iam μέμψαι, non est illud quidem

Μὴ δὴ ἄγε τὸν Παλαμήδην ἐς Ἴλιον, μηδὲ στρατιώτῃ χρῶ, μηδὲ ὅτι σοφὸς ἦν εἴποις. Doctissimus editor: „ABC εἴπῃς, quod mallem." Sine cunctatione εἴπῃς recipi debuit. Grauis est error Solani in Luciano T. I. p. 57. rectius legi opinantis μὴ ὑπολάβοις, quam, quod editur, μὴ ὑπολάβῃς. Ceterum aoristi imperatiuo particulam vetantem passim iunxit poësis Homerica. Dixit hac de re egregius Censor Homeri Wolfiani in *Jen. Allgem. Liter. Zeit.* 1809. m. Octob. Num. 248. c. 168., citans ille Il. IV. v. 410. τῷ μή μοι πατέρας ποθ' ὁμοίῃ ἔνθεο τιμῇ, Od. XXIV. v. 248. σὺ δὲ μὴ χόλον ἔνθεο θυμῷ, ibid. XVI. v. 301. μήτις ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἀκουσάτω ἔνδον ἐόντος, et, ex Aristophanea quidem ἐκδόσει, ibid. II. v. 70. μή μ' οἶον ἐάσατε πένθεϊ λυγρῷ τείρεσθ' —. [V. Porson. ad h. l.] Sed idem castigat Brunckium, qui in Apollon. Rhod. II. v. 219. ἀφορμήθητε reliquerit, cum corrigendum sit ἀφορμηθῆτε, ibidemque III. v. 109. ἐρίδηνον receperit, cum vulgata ἐρίδηνε mutanda sit in ἐρίδαινε. Posteriore quidem loco Brunckium aduertere poterat simillima menda, ab ipso commemorata, πάπτηνε III. v. 513., quam perite mutauit in πάπταινε. Schaef.

*) Boissonadus: „Piscat. c. 3. t. 3. p. 119. Bip." Bastius: „Belin de Ballu ad Luciani l. c. (II. p. XIV.) iam monuit, Codicem Paris. Num. 2954. habere μὴ κτεῖνε. Eadem est scriptura duorum Vatic. praestantissimorum Num. 87. et 90." Schaef.

ἀντὶ τοῦ ποιήσεις. ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης ἐν Πολυΐδῳ τῷ δράματι

---

prorsus soloecum, sed adeo rarum, vt similia ex paucis tantum locis, eaque vt singularia, enotarint Grammatici. *Μὴ ψεῦσον* Thesmophor. 877. citant Herodianus Piersoni p. 479. Suidas v. *Ψεῦσον*. Schol. Venet. ad Iliad. *Δ*. 410. (vbi *μὴ ἔνθεο*) Schol. ad Hecub. 229. et ex eo Gregorius p. 7. *Μὴ νόμισον* e Thugenide, ignobili Comico, citant Photius, et Suidas; e Sophoclis Peleo Grammaticus Sangermanensis apud Koenium et Brunckium. Nunc vide vt error errorem parere soleat. Piersonus ad Moerin p. 334. „*Μὴ ψεῦσον* et similia," ait, „apud *Aristophanem* et *Sophoclem* sunt plurima." Eadem fere repetit ad Herodianum. At vero vnicum huius constructionis exemplum apud Aristophanem, vnicum apud Sophoclem reperitur. Nam quod Koenius ex Aristophanis Lysistr. 1035. *μὴ φίλησον* protulit, nihil est. Ibi bene Brunckius ex MSS. duobus edidit *μὴ φιλήσῃς*. Alius codex *οὐ φιλήσεις*. Visne iam scire, vnde istud *φίλησον* prodierit? In Iuntina prima 1515, Basileensi priore, Veneta Zanetti, et aliis totidem literis editur *μὴ φιλήσῃς*, eandemque lectionem seruare voluit in Basileensi secunda Sigismundus Gelenius. Sed dum typotheta syllabam finalem per tale fere compendium (*s*) exprimit, quod *ῃς* debebat repraesentare, character male formatus eiusmodi est, vt eum, nisi attentis oculis inspicias, facile pro reflexo accentu capias. Quae nota cum et *ον* significet, Aemilius Portus, operi suscepto, si quis alius, impar, *φίλησον* correxit. Sin paullo acutius vocem inspexisset, vidissetque accentum in penultima collocatum, *φιλήσ*ˢ ad veram lectionem reducere potuisset." Schaef.

41) *τῆς ἐπιούσης ἐλπίδος*] Codd. a. et b. *τ. ἐ. ἡμέρας*. Error propagatus ex Scholiis ad Eurip. Hecub. v. 225. quae Grammaticus compilauit: vt ab ipso *ἡμέρας* scriptum videatur. Conf. virum eximium ad Eurip. Phoeniss. v. 1651. Schaef.

42) *τοῦ δευτέρου δὲ πάλιν τὸ Μενάνδρου*] Sic Cod. c. Vulgo *τοῦ δευτέρου δὲ Μένανδρος*, minus conuenienter iis quae antecesserunt. Schaef.

43) *Οἶσθ' ὅ,τι π.*] Desunt haec in Moerm. Genuinam lectionem reposui secutus venustissimum M. A. Muretum

Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον;
ἀντὶ τοῦ δράσεις ἐξήνεγκε.

Var. Lect. L. III, C. 12. et magnum R. Bentleium ad Menandrea p. 107. *Οἶδ' ὅτι ποίησον*, vt editum adhuc est, nullius est pretii. Sophocles Oed. T. vs. 551. [cf. ibi Vauvillerium. BOISSON.] Cantero emendante: *οἶσθ' ὡς ποίησον;* quod Tragici editiones occupat, *ποιήσων*, Stephanum aliosque in errorem traxit. Hermippus Comicus apud Athen. L. XI, p. 476. D. *οἶσθα νῦν ὅ μοι ποίησον;* Id ex eius *Μύρoις* desumtum dicitur; sed cum *Μοίρας* Hermippi frequenter citent Pollux et Athen. parum abest, quin credam et ibi *ἐν Μοίραις* refingendum esse. Neminem latet, istum in *οι* et *υ* commutandis librariorum errorem plurima Veterum loca contaminasse. Opem feram suauissimo Longo Past. L. II, p. 65. Daphnis *ἄνωθεν θεασάμενος τὴν καταδρομὴν, ἐνέκρυψεν ἑαυτὸν στελέχει ξύλῳ ξηρᾶς ὀξύης*. Certa emendatione rescribe: *στελέχει κοίλῳ*. Excerpta veteris Glossarii: Muraria, *μοιολγός*. L. *μυολοιγὸς*, quod fictum ad exemplum Homerici *βροτολοιγός*. Aliter tentat Kuhnius ad Aeliani V. H. L. XIV, Cap. 4. Sed illuc redeo. — Quando *οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον* ex Euripide *ἐν τῷ Πολυδώρου δράματι* Noster adfert, manifestum est, sic eum cum Scholiaste scriptum inuenisse in Hecubae vs. 225. vbi *δράσεις* vulgatur: sed *δρᾶς**) et *δρᾶσον* etiam e MS. Codice ad oram Euripidis sui enotarat librorum manu exaratorum diligens perscrutator Is. Vossius, eodemque ducit Cod. Wittembergensis scriptura *δρᾶσσον*, cuius indicium debetur Clariss. Io. Iac. Reiskio Anim. ad Eurip. p. 1. Vulgatur *δράσεις* et in Cyclope vs. 131. *δρᾶσον* reponendum iudicarunt praeter Muretum, Canterus et Scaliger, vt est in Hel. vs. 322, 1249. Ion. vs. 1029. Iphig. in A. vs. 725. et apud Aristoph. Av. vs. 54. et 80. Pac. vs. 1061. Equit. vs. 1155. *At scin' quid tu facias?* Plauto Mil. Glor. IV, 2, 43. et Persa I, 3, 74. Alia res est in Eurip. Iphig. Taur. vs. 759. *ἀλλ' οἶσθ' ὃ δράσω;* quocum Terentianum conuenit *Scis quid loquar?* in Adelph. II, 2, 7. Con-

*) Bastius: „*δρᾶσον* corruptum est in *δρᾶς*. Nimirum in Codicibus *δρᾶσον* sic scribitur: *δρᾶσ`*. Lineola haec, significans *ον*, saepius, vbi atramentum palluit, in membrana non apparet, ideoque plane negligitur. V. *Lettre Critique* p. 221. et 237.“ Monui hac de re nuper ad Dionys. Halic. de Compos. Verb. p. 394. SCHAEF.

ἢ*) τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους; οὐδ' ἐγώ φημι. παραβαίνειν δὲ ὅμως ἐστὶν ἕκαστα πρὸς τούτους, ὅταν τις αὐτοῖς μὴ ὑγιῶς προσφέρηται — pro ἐστὶν ἕκαστα πρὸς τούτους scribendo ἐστὶ δίκαια τὰ πρὸς τ. Sed facilior correctio in promtu est: ἐστὶν εἰκὸς τὰ πρὸς τούτους. Duae voculae, quae separari debuerant, videntur coaluisse. Obiter insigni menda liberabo indidem deprauatum Xenophontem Ephes. L. II. p. 30. Δέσποτα, εἶπεν, εἰς Συρίαν ἌΓΟΜΑΙ δῶρον δοθεῖσα τῇ Μαντοῖ καὶ εἰς χεῖρας τῆς ζηλοτυπούσης ἌΓΟΜΑΙ. Repetitum hoc modo ἄγομαι iure displicuit optimo harum rerum iudici in Obs. Misc. IV. 2. p. 289. Castigandum: εἰς Συρίαν ἘΓΩ ΜῈΝ — ἌΓΟΜΑΙ. Correctionem stabiliunt moxoppositae voculae σὺ δὲ —. Koen. Koeniana correctio Xenophontis Ephesii etiam palaeographicis rationibus commendatur. Etenim syllabae αι et εν eodem scribuntur compendio, vt iam supra p. 82. docui. Praeterea αγ et εγ adeo similia sunt, vix vt dici possit, quoties a librariis commutata sint. Quid e. c. frequentius fluctuatione librorum inter ἀγείρειν et ἐγείρειν? In Obseruatt. Miscell. Vol. IX. p. 122. haec legas: „Ut autem notas τῆς αγ et εγ „bene distinguamus, sciendum in prima nota literam alpha „plerumque seiunctius adparere ad latus τοῦ γ, vel du„ctum sinisteriorem τῆς γ in accuratis membranis produ„ci aliquantum supra semilunulam, quae adhaeret lateri „τῆς γ, et cornu quasi facere versus sinistram; in alte„ta nota e contrario, illam semilunulam artius fere co„haerere, vel in accuratis membranis, ductum semilunu„lae protendi supra partem sinisteriorem τῆς γ versus „dextram, et ibi quasi cornu efficere, superiori contra„rium. Fatendum tamen, facilem in hisce esse lapsum.“ Mihi quidem parum placent huiusmodi descriptiones notarum tachygraphicarum, quippe lectorem discere cu-

*) Aduertenda obiter constructio οὐχ ὅμοιον — ἢ —. Lucianus T. III. p. 465. οὐ γὰρ ὁμοίην συμφορὴν ἔμμεναι, γαμετὴν, ἢ παῖδα ὀλέσαι. Phalaris Epist. 138. p. 362. 64. Lenn. καὶ οὐχ ὅμοιον, τοῦ μετ' ὀλίγον ἥξοντος ἀφαιρεῖσθαι ἀνδρὸς, ἢ οὗ μήπω πεῖράν τις ἔσχηκε. Ita etiam aduerbium. Pausanias IX, 11, 1. οὐδέν τι ὁμοίως τὰ ἐς τὸν θάνατον λέγοντες, ἢ Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος καὶ Πανύασις ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησαν. Schaef.

§. LXIV. *Καὶ τὰ προςτακτικὰ δὲ* [84]) *παρ' αὐτοῖς λείπει. ὡς παρ' Ἀριστοφάνει* [85]) *ἐν Ἀχαρνεῦσιν* [86])·

---

pidum fere destituunt. Huic vt satisfiat, compendia aeri accuratissime (i. e. multo accuratius, quam hucusque factum est,) incidenda sunt. Conf. Tab. aen. IX. Expressae ibi notae vocum *τραγικὸν* et *μεγέθει* seculi sunt decimi: vocum *πρᾶγμα* et *ἐγχειρεῖ*, item *τραγικὰ* — *γέγονε*, vndecimi. Eadem ratio scribendi posterioribus temporibus obtinuit. Ceterum commutatio quam dixi, locum non habet, nisi vbi gamma sic scribitur: γ̄. Nam vbi vsus est formarum Γ' et ſ, quod praecedit ᾱ aut ε̄, raro per compendium scribitur. Quamquam in Codicibus seculi decimi tertii quartiue interdum tales notae syllabarum αγ̄ et εγ̄ occurrunt, quales in vocibus *ἀναγκάζεται, λέγων* et *λέγει* Tab. aen. IX. cernere licet. Bast.

84) *δὲ*] Omittunt Codd. A. B. a. b. c. et August. Schaef.

85) *ὡς παρ' Ἀριστοφάνει*] Codd. a. et August. *ὡς καὶ παρ' Ἀρ.* Deinde Codd. a. et b. omittunt *ἐν Ἀχαρνεῦσιν*: Cod. August. non tantum haec, sed omnia quae sequuntur vsque ad finem articuli, post *Ἀριστοφάνει* relinquens vacuum spatium non integrae lineae. In altero Aristophanis versu Codd. a. et b. *ἐσκευάσασθαι*. Cod. c. *ἐσκελάσασθαι*, tum omittens *μ' οἷον ἀθλιώτατον*. Schaef.

86) *Α. ἐν Ἀχαρν.*] vs. 434. vbi Schol. *λείπει τὸ ποίησον*. Aliter *ἐνσκευάσασθαι* accepit St. Berglerus: sed adsentior Stephano, infinitiuum optatiui loco positum censenti, nisi tamen a suppresso quodam verbo infinitivus pendeat. Conuenit in Acharn. vs. 816. *Ἑρμ' ἐμπολαῖε, τὰν γυναῖκα τὰν ἐμὰν Οὕτω μ' ἀποδόσθαι, τάν τ' ἐμαυτοῦ ματέρα.* Scholiastes ibi *γένοιτο* supplet. Adposita quaedam dabunt Cl. Valcken. ad Herodot. p. 430, 19. Markland. ad Supplic. Eurip. vs. 2. Retulit huc nuper doctiss. Eldikius in Suspicionum Specim. p. 7. Sophoclea ex Oed. Tyr. vs. 1525 — 28. sic a se emendata: *Σφῷν δ', ὦ τέκν', εἰ μὲν εἰχέτην ἤδη φρένας, Πόλλ' ἂν παρήνουν· νῦν δ' ἔτ' οὔτ' ἔξεστί μοι· Εὖ καιρὸν αἰεὶ ζῆν, βίου δὲ λῴονος Ὑμᾶς κυρῆσαι τοῦ φυτεύσαντος πατρός.* Quod vulgatur, *νῦν δὲ τοῦτ' ΕΥΧΕΣΘΕ ΜΟΙ*, nescio an probabilius, certe propius ad literarum ductum, ten-

Ὦ Ζεῦ διόπτα καὶ κατόπτα πανταχῇ,
Ἐνσκευάσασθαί μ' οἷον ἀθλιώτατον.
λείπει γὰρ τὸ ποίησον.

§. LXV. 87) *Βόλιτον οἱ Ἀττικοὶ χωρὶς τοῦ β λέγουσιν, ὅπερ ἡμεῖς λέγομεν βόλβιτον, ἤγουν τὴν κόπρον* 88).

---

tabam *νῦν δὲ τοῦτ' ΕΥΧΗ 'ΣΤΙ ΜΟΙ.* Plato VIII. de LL. p. 841. C. *ταῦτα δή, καθάπερ ἴσως ἐν μύθῳ τανῦν λεγόμεν', ἐστὶν εὐχαί.* Lucian. T. I. p. 736. *καὶ ἔστιν εὐχὴ τὸ πρᾶγμα.* Quinctilian. Instit. Orat. L. XII. pag. 1070. *Sed hoc votum est et rara felicitas.* Conf. Dauis. ad Ciceron. Tuscul. p. 149. Koen. Boissonadus: „Isocrates Pan. §. 48. *ἐξὸν ἡμῖν εὐχῆς ἄξια διαπράξασθαι.* ad Philipp. §. 7. *οὐκ ἐλάττω τὴν βασιλείαν πεποίηκεν, ἀλλ' εὐχῆς ἄξια διαπέπρακται.* §. 49. *περιβαλέσθαι μὲν τῇ διανοίᾳ τὰς πράξεις δυνατὰς μέν, εὐχῇ δ' ὁμοίας.*" Add. Reitzius ad Lucian. T. I. p. 660. Solanus ibid. pag. 668. Schaef.

87) Articulos LXV. LXVI. LXVII. LXVIII. omittunt Codd. a. b. et August. Schaef.

88) *ἤγουν τὴν κόπρον*] Absunt ista a MSS. meis. [Omittunt Codd. A. et B. Schaef.] Corrupta lectio Aldinae ed. primae *ἤγουν τὸ σκῆπτρον* valde exercuit Nunnesium ad Phrynich. p. 156. quem in ordinem redigere potuerat Scholiastes Aristoph. ad Equit. vs. 655. et Acharn. vs. 1025. [Cod. c. *ὅπερ ἡμεῖς βόλβιτον λέγομεν, ἤγουν τὸ σκῆπτρον.* Schaef.] De *βόλιτον* vid. Piersonus ad Moerin p. 95. *βόλβιτον* Cratinus apud Schol. Aristoph. ad Lysistr. vs. 575. *βόλιτον* in Hippocrate aliquoties MSS. praebent, agnitum a Galeno in Exegesi. Cyrilli Glossae: *Βόλιτον, ἤγουν βόλβιτον, κόπρος, fimus.* Hoc vocabulum eximendum videtur Quinctiliano Declam. XIII. p. 275. *iuuabat — hiantes rimas tenaci linere fimo.* Ex obseruata Virgilii imitatione, quam studiose captat istius Declamationis Auctor, Georg. L. IV. vs. 45. *Tu tamen e leui rimosa cubilia limo Ungue, fouens circum,* dudum correxeram *limo*: deinde Cl. Io. Schraderi et Piersoni, *τοῦ μακαρίτου,* me confirmauit consensus. Pro *et arcere parua dictu animalia,* quod in Quinctil. l. c. sequitur, legi debet: *et arcere parua* [vel *praua* e MS. et Servio ad

§. LXVI.[89]) *Καὶ τὸ λέγειν ταυταγὶ*[90]), *ἀντὶ τοῦ ταῦτα. ὡς παρ᾽ Ἀριστοφάνει ἐν Ὄρνισιν·*

Ὄμνυμ᾽ ἐπὶ τούτοις πᾶσι νικᾶν τοῖς κριταῖς,
Καὶ τοῖς θεαταῖς πᾶσιν. Ἔσται ταυταγί.

καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ·

Ἄκουε λεώ. τοὺς ὁπλίτας νυνμενί[91]).

G. IV. vs. 241.] *aditu animalia.* — *Νὴ τὸν Ποσειδῶ καὶ βολίτινον θάτερον* in Etymol. M. p. 204, 29. male a Sylburgio accipi, docebit Aristophanes, cuius est versus in Ranis 297. Conf. Athenaeus L. XIII. p. 566. F. KOEN.

89) Cod. c. *Ἀττικὸν καὶ τὸ λέγειν ταυτὶ ἀντὶ τοῦ ταῦτα, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ὄρνισιν,* sequentia omittens. SCHAEF.

90) *ταυταγὶ*] Regg. *ταυταΐ*, et *Ἔσται ταυταΐ* in Aristophanis versu ex Auib. 445. [Imo hîc et in versu Aristophanis Cod. A. *ταυταΐ*, sed B. *ταυταγί.* SCHAEF.] in quo *ἐπὶ τούτῳ* Regg. et Voss. sed rectum est *ταυταγὶ*, obuium etiam vs. 955. et Eccles. vs. 189. Suidas V. *Ταυταγί. παρ᾽ Ἀριστοφάνει ἐν Ὄρνισιν·* [vs. 171.] *Εὖγε μωμᾷ ταυταγί.* *Τουτοΐ* est in Thesm. vs. 887. sed parum abest, quin *τουτογὶ* malim, vt vulgatur in Vesp. vs. 778. Lysistr. vs. 147. 780. et 941. Hoc certe debet redire in Eccles. vs. 714. pro *τοῦτο τί.* *Τουτοδὶ* est in Pace vs. 330. vt *ὁδὶ, ἐνθαδὶ,* et similia. KOEN. Porsonus ad Euripid. Hecub. v. 1214.: „In Nub. — 189. *τοῦτ᾽ ἔτι φροντίζετε* mendose edidit [Brunckius] pro *τοῦτό γε φ.* Debebat saltem, *τοῦτό γ᾽ ἔτι φροντίζετε,* sed verum est *τουτογὶ,* quod nunc in *τοῦτό γε,* nunc in *τοῦτο τί* corruptum, his turbis ortum dedit." SCHAEF.

91) *νυνμενί*] Regg. *νῦν μενὶ,* [Imo Cod. A. *νῦν μεν* ... (vacuo spatio relicto): sed B. *νῦν μενί.* Brunckius ad Aristophan. Av. v. 448.: „*νυνμενὶ,* vna voce: male vulgo diuisim *νῦν μενί.*" SCHAEF.] vt in Aristophane editur in Av. vs. 448. vbi et *ἀκούετε,* sed *νυνμενὶ* praeter Georgium Technicum apud Eustath. ad Hom. Il. *A,* p. 54, 3. inuenit etiam Suidas V. *Νυνμενί. ἀντὶ τοῦ νῦν μέν. πολλαχοῦ δὲ οὕτω χρῆται.* In Schol. ad Aristophanis l. c. est *π. δὲ τούτῳ χρῶνται.* Cum *νυνμενὶ* conuenit *νυνγαρὶ* apud Eustathium d. l. — In editt. et Vatic. hic articulus

§. LXVII. Ἀττικὸν καὶ τὸ θέλει ἀντὶ τοῦ δύναται [92]). ὡς Πλάτων· „τὰ χωρία οὐδέν με θέλει διδάσκειν." ἀντὶ τοῦ δύναται.

---

desideratur. Agnoscit et Meerm. sed omisso altero Aristophanis loco. Koen.

92) *ἀντὶ τοῦ δύναται*] Voss. *ἀντὶ τοῦ οὐ δύναται*, non male. [Referenda, opinor, haec libri Vossiani scriptura ad voces *ἀντὶ τοῦ δύναται*, quae leguntur extremo articulo. Certe Codd. A. et c. illic, non hîc, pro *ἀντὶ τοῦ δύναται* habent *ἀντὶ τοῦ οὐ δύναται*. Bastius: „Scriptura *ἀντὶ τοῦ οὐ δύναται* mihi quoque magis probatur, quam vulgata." Schaef.] Platonis verba reperiuntur in Phaedro T. III. p. 230. D. *τὰ μὲν οὖν χωρία καὶ τὰ δένδρα οὐδέν μ' ἐθέλει διδάσκειν, οἱ δ' ἐν τῷ ἄστει ἄνθρωποι.* quae transsumsit Theophylactus Bulg. Ep. 11. p. 27. Eodem allusisse Libanium Ep. 564. *Σοὶ δ' εἰ μὲν ἀνθ' ἡμῶν ἀρκεῖ τὰ δένδρα, σκόπει πρὸς σεαυτὸν, εἰ καλῶς ἀρκεῖ*, putat Io. Christoph. Wolfius. De expositione dicti Philosophici conuenit Nostro cum Hermogene de Form. Or. p. 403. *ἴδιόν τι σημαινόμενον ἔχει ἡ λέξις ἡ ἐθέλει. τάχα οὖν εἴποι τις ἂν ἀλληγορεῖσθαι αὐτὸ, ἀντὶ τοῦ οὐδέν με δύναται διδάσκειν τοῦ οὐδέν μ' ἐθέλει ῥηθέντος.* *) Habet reuera verbum *ἐθέλειν* eam aliquando potestatem, quae proxime per *δύνασθαι* et *posse* exprimatur. Vid. Aristoph. Av. vs. 582. et Schol. Suidas V. *Θέλειν* et *Οὐ θελήσῃ*, G. D'Arnaud Anim. Crit. p. 168. et D'Oruillius ad Charit. p. 429. Xenophon Hist. Gr. L. V. p. 577. D. Gerasium quidem adpulerant *πλοῖα σιταγωγὰ* Attica, *ἐκεῖθεν δ' οὐκέτι ἤθελε παραπλεῖν, τοῦ ναυτικοῦ ὄντος τῶν Λακεδαιμονίων περί τε Αἴγιναν, καὶ Κέω, καὶ Ἄνδρον.* [Boissonadus: „Conf. Coray ad Isocrat. p. 244." Basti-

*) In loco Hermogenis (p. 120. ed. Ald.) vetusti Codices 1983. et 2977. *ἠλληγορῆσθαι* pro *ἀλληγορεῖσθαι* dant. Scholiastes ineditus de verbo *ἐθέλει* notat: *τροπικῶς κεῖται τὸ ἐθέλει. εἴληπται γὰρ ἀπὸ τῶν προαιρετικῶν ἐπὶ τὰ ἀπροαίρετα.* aliusque dicit: *καὶ γὰρ ἡ ἔννοια πολλῆς γέμει τῆς γλυκύτητος, μεταφορικῶς προσενεχθεῖσα.* [l. *προσενεχθ.* Schaef.] *ὥςπερ ἀνθρώπων γὰρ ἔφη τῶν δένδρων τὸ θέλει, καὶ ἡ λέξις πολλὴν ἐνδείκνυται τὴν ἀφέλειαν.* Pro *ὥςπερ ἀνθρώπων* scribendum puto *ὡς περὶ ἀνθρώπων.* Conf. Schaefer. ad Iulian. p. XIX. s. Bast.

§. LXVIII. *Καὶ τὸ ἀντὶ εὐθείας αἰτιατικὴν πα-*

---

us: „Buttmannus in Addend. ad Platon. Charmid. p. 60. Heind. notat, *θέλειν* pro *μέλλειν* s. *δύνασθαι* dici tantummodo *de rebus inanimis neque nisi addita negatione.*" Schaef.] Contrarium vsum verbi *δύνασθαι,* post Stephanum aliosque, attigit Vir Graecae linguae peritissimus G. Raphelius Adnot. Philol. T. I. p. 629. Homeri versum ex Od. *N,* 331. *Τῷ σε καὶ οὐ δύναμαι προλιπεῖν, δύστηνον ἐόντα,* expressit Virgilius Aen. II. vs. 657. *Mene efferre pedem, genitor, te posse relicto Sperasti?* Nisus in Aen. IX. vs. 425. cum Euryalum stricto ense peti videret, *nec se celare tenebris Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.* Quinctilian. Declam. I. p. 36. *Pater, qui filio sub nouerca adsignat secretam domus partem, confitetur vxori, se abdicare non posse.* Pariter acceperim Aristaenetum L. I. Ep. 16. *οὐ δύναμαι γὰρ οὐδὲ γυναιξὶν, οὐρανὲ, τοὐμὸν ἀφηγήσασθαι πάθος.* Haec merito suspecta fuerunt elegantissimo homini, Iosiae Mercero, *οὐδὲ γυναιξὶν οὐδ᾽ ἀνδράσι* coniicienti. Magnum sine dubio monstrum alitur, quod vide num recte sic profligemus: *οὐ δύναμαι γὰρ ΟΥΔΕ ΓΗι ΟΥΔΕ ΟΥΡΑΝΩι τοὐμὸν ἀφηγήσασθαι πάθος.* Notum est amatorum *inane studium,* quod dicit Virgilius; sed Aristaenetus cogitabat hoc Euripidis in Medea vs. 57. *Ὥσθ᾽ ἵμερός μ᾽ ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ Λέξαι — Μηδείας τύχας.* vbi vid. Scholiast. et Barnes. Euripideis, ad risum captandum, abusus est Philemon Comicus in Milite apud Athen. L. VII. p. 288. D. *Ὡς* [L. *Ὥσθ᾽*] *ἵμερός μ᾽ ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ Λέξαι μολόντι τοὔψον ὡς ἐσκεύασα.* Alio sensu Theognetus Comicus apud Athen. L. XV. p. 671. C. dixit: *πεφιλοσόφηκας γῇ τε κοὐρανῷ λαλῶν.* Koen. Boissonadus: „Quae possunt conferri cum his Lucianeis Tim. c. 6. *τῇ ἐρημίᾳ καὶ τῇ δικέλλῃ προσφιλοσοφῶν.*" Bastius: „In Aristaeneti loco displicet Koenii coniectura. Melius Euripidem imitatus est Voltarius:

> *Nos peuples, nos tyrans, tous ont su que je t'aime,*
> *Je l'ai dit à la terre, au ciel, à Gusman même.*"

Plane sic, vt Koenius, in Aristaeneto legendum esse coniecit Erfurdtius ad Valckenarii Opusc. T. II. p. 171. Schaef.

ϱαλαμβάνειν. ὡς Ἀϱιστοφάνης ἐν Ὄϱνισιν [93])·

> Δεινόν γε τὸν κήϱυκα, τὸν παϱὰ τοὺς βϱοτοὺς
> Οἰχόμενον, εἰ μηδέποτε νοστήσει πάλιν.

ἀντὶ τοῦ ὁ κήϱυξ ὁ παϱὰ τοὺς βϱοτοὺς οἰχόμενος.

§. LXIX. Τὴν κϱάμβην κοϱάμβλην [94]) λέγουσι. τοῦτο δὲ εἰκότως [95]). φασὶ γὰϱ ἐκ ταύτης τὰς κόϱας ἀμβλύνεσθαι.

§. LXX. Ἀττικὸν καὶ τὸ λέγειν τοῦ θϱάσους [96]),

---

93) ὡς Ἀ. ἐν Ὄϱνισιν] Cum vtroque Reg. deleui voculas ὡς τὸ post Ὄϱνισιν, quae, mea quidem sententia, vbi ὡς Ἀ. iam praecessit, ferri nequeunt. Comici versus est ex Auib. 1269. vbi vid. Schol. In fine editt. ἀντὶ τοῦ δεινόν γε, εἰ μὴ νοστήσει πάλιν ὁ κ. etc. Koen. Cod. c. παϱαλαμβάνειν ἀττικόν ἐστι, ὡς Ἀϱ. etc. Schaef.

94) κοϱάμβλην] MSS. [etiam Meerm.] et editt. omnes κοϱάμβην. [Cod. A. τὴν κϱάμβην κοϱάμβην. Cod. B. τὴν κϱαμβὴν κοϱαμβὴν. Etiam Codd. a. b. et August. κοϱάμβην. Cod. c. κοϱάμβην λέγουσιν οἱ Ἀττικοὶ, qui deinde dat φ. γὰϱ τὰς κόϱας διὰ ταύτης ἀμβλύνεσθαι. Schaef.] Recepi Stephani correctionem κοϱάμβλην, firmatam a Schol. Aristophanis ad Equit. vs. 536. et Suida V. Κϱάμβη. In Etymologo M. p. 534, 45. e MS. Leidensi scribendum: Κϱάμβη, τινὲς κοϱάμβλη λέγουσι, ἡ ἀμβλύνουσα τὰς κόϱας, pro κοϱάμβη. Grammaticus MS. Florentin. τὴν κϱάμβην οἱ Ἀθηναῖοι κοϱάμβην [L. κοϱάμβλην] καλοῦσιν, ὡς Ἀϱιστοφάνης παϱὰ τῷ τῶν Ἀχαϱναιῶν [sic], ἣν ἐξ ἐτυμολογίας ἀποδιδόασιν οὕτω ἀπὸ τοῦ ἀμβλύνειν τὴν κόϱην, ὅθεν καὶ παϱοιμία δὶς κϱάμβη θάνατος. In Aristophane κοϱάμβην et κοϱάμβλην frustra quaesiueris: Athenaeus etiam L. IX. p. 370. plurima Atticorum et aliorum, de κϱάμβη agentium, loca excitans, ignorauit, nec mirum, vocabulum propter notationem a Grammaticis confictum. Conf. Salmas. de Homon. H. I. Cap. 30. Koen.

95) τοῦτο δὲ εἰκότως] Meerm. καὶ εἰκότως. Koen.

96) τοῦ θϱάσους] Editt. τοῦ θ. καὶ τῆς ἀναιδείας, ἀντὶ τοῦ ὢ τοῦ θ. καὶ φεῦ τῆς ἀν. Postremum et Regg. habent. [Codd. A. et B. τοῦ θϱάσους ἀντὶ τοῦ ὢ τοῦ θϱάσους, καὶ τῆς ἀναιδείας, φεῦ τῆς ἀναιδείας: post quae statim sequitur καὶ τὸ χϱῆσθαι μετοχαῖς etc. In Cod. a.

ἀντὶ τοῦ ὢ τοῦ θράσους, καὶ τῆς ἀναιδείας, ἀντὶ τοῦ ὢ τῆς ἀναιδείας. καὶ παρ' Ἀριστοφάνει·

Ὦ Ζεῦ — τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν.

§. LXXI. 97) *Καὶ τὸ χρῆσθαι* 98) *ταῖς μετοχαῖς ἀντὶ ὀνομάτων, ὡς ἐν Βατράχοις Ἀριστοφάνης·*

---

articulus finitur verbis *ὢ τοῦ θράσους.* Cod. b. dat *ὢ τοῦ θράσους, καὶ παρ' Ἀριστοφάνει, ὢ Ζεῦ τῆς λ. τ. φρ.* Verba *καὶ παρ' Ἀριστ.* vsque ad *φρενῶν* omittit etiam Cod. c. Denique Cod. August. haec sola habet: *Ἀττικῶν καὶ τὸ λέγειν καὶ τὸ θράσος, ἀντὶ τοῦ θάρσους.* Schaef.] Aristophaneum *ὢ Ζεῦ βασιλεῦ, τῆς λεπτότητος τῶν φ.* ex Nub. vs. 153. hinc alienum est: atque verba *καὶ παρ' Ἀ. Ὦ Ζεῦ — τῆς λ. τῶν φ.* desunt in Meerm. Potuerat ex eodem Comico Noster adferre *τῶν ἀλαζονευμάτων* ex Acharn. vs. 87. *τῆς μωρίας* ex Nub. vs. 816. et Eccles. vs. 782. Stephano huius generis vnicum exemplum ad manus erat, *τῆς τύχης,* e Xenophontis Cyrop. L. II. p. 45. D. Addo, praeter iam notata, Euripid. Troas. vs. 579. *τῶνδ' ἀλγέων — καὶ συμφορᾶς.* Philostrat. L. I. Icon. p. 847. et 849. *ἀλλὰ τοῦ θράσους,* quae loca forte Nostro obuersabantur, nam et §. XXXV. Philostratea excitauit. Alia dedit St. Berglerus ad Alciphr. p. 184. Solis Atticis talem interiectionis omissionem in vsu fuisse, ne credamus, vetat Theocriti *χρηστοῦ κ' οἰκτίρμονος ἀνδρὸς* Eid. XV. vs. 75. *εἰρωνικῶς* dictum. [Imo ex animi sententia Praxinoë Theocritea hoc dicit. Schaef.] Ex serioris aetatis scriptoribus nemini magis placuit, quam quidem Eumathio in libello de Ismeniae et Ismenes Amoribus; cuius Interpres eruditus male accepit L. III. p. 90. *τῆς ἐξουσίας σου, βασιλεῦ.* et L. VI. p. 222. *τῆς τοῦ Διὸς προμηθείας. τῆς τούτου φιλανθρωπίας.* Nicephorus Soph. in Excerpt. Rhetor. Allatii p. 211. *τῆς ἀνοχῆς σου, Χριστὲ βασιλεῦ.* Ponuntur autem istiusmodi genitiui non tantum post *φεῦ* [Philostratus Her. p. 40. *φεῦ τῶν ὀφθαλμῶν!* vbi conf. not. p. 376. Boisson.] et *ὢ,* sed et, apud Tragicos inprimis, post *οἴμοι,* recti, secundum Grammaticos, ab *ἕνεκα* suppresso. Vid. T. H. ad Schol. in Aristoph. Plut. vs. 1127. *Foederis heu taciti!* ex Propertio IV, 7, 23. contulit F. Taubmannus in Plauti Mostell. III, 3, 9. Koen. Conf. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. p. 379. Schaef.

97) Cod. c. *Ἀττικόν ἐστι καὶ τὸ χρ. τ. μ. ἀντὶ τῶν ὀνομάτων*, in sequentibus omittens *καὶ οἱ θεώμ. ἀ. τ. θεαταί*. Eadem vna cum verbis *καὶ Ὅμηρος* Codd. a. et b. omittunt. In Aristophaneis pro *εἴπω τι* in Cod. August. spatium horum verborum vacuum. Post in eodem desunt *καὶ οἱ θεώμ. — ἀντὶ τοῦ πινυτός*. SCHAEF.

98) *χρῆσθαι*] Vatic. *κεχρῆσθαι*. Aristophanis versus est primus in Ran. *Οἱ θεωμενοι* ibid. est vs. 2. *Ἐφ' οἷς ἀεὶ γελῶσιν οἱ θεώμενοι*, quare sic rescripsi pro *ὦ θεώμ.* vt habent Regg. e quibus ista vna cum addita expositione *ἀντὶ τοῦ θεαταὶ*, recepi, nam a ceteris MSS. et editt. absunt. Grammaticus MS. Florentin. Atticorum dicit esse *ἰδίωμα, τὸ τὴν μετοχὴν ἀντὶ ὀνομάτων λαμβάνειν, θεώμενος ὁ θεατὴς, εἰωθότα τὰ ἔθιμα. καὶ ὁ Κωμικός· ἀλλ' ἐρῶ τὰ εἰωθότα. καί· ὦ θεώμενοι.* *Θεατῶν* scribere malim in Libanio T. II. p. 676. D.*) pro *θεῶν τῶν*, quod in *θεωρούντων* mutabat, sensu egregie perspecto, doctiss. Pierson. Veris. II. 10. p. 258. Homeri *τὸν δ' αὖ Τ. π. ἀ. ηὔδα* in Odyssea saepe recurrit, prima vice positum Od. *Α*, vs. 213. De participiis, loco nominum vsurpatis, actum non agam. Nostri meminit Cl. D'Oruillius ad Charit. p. 383. KOEN. Notandum, participia, sic loco nominum vsurpata, non raro asciscere genitiuum. Huius constructionis exempla largà manu congessit Lobeckius ad Sophocl. Aiac. p. 277. s. Philostratus Her. pag. 198. *μετεκόσμησε δὲ πολλὰ ἐς τὸ ξυμφέρον τοῦ λόγου, ὃν ὑπέθετο.* pro quo vulgo dicitur *τῷ λόγῳ*. V. Lennep. ad Phalar. p. 10. s. Simul intelligitur, cur talia participia pronominibus possessiuis iungi possint. Aristophanes Con-

*) *Θεατῶν* in Libanii loco Codices Parisini confirmant, Reiskiusque recepit Vol. II. p. 275. Phrasis *τὰ εἰωθότα* in memoriam mihi reuocat alium Libanii locum Vol. I. pag. 487. *τὸ μὲν γὰρ* (euersio vrbis per vim hostium) *ὁ τοῦ πολέμου νόμος οἶδε, καὶ τῶν εἰωθότων τὸ πλῆθος· τοῦ δὲ* (huius scil., Reiskius inquit, vt Imperator ipse vrbem imperii sui euersione dignam iudicet) *οὐ πολλὰ τὰ παραδείγματα.* Reiskius pro *εἰωθότων* malit *πεπονθότων*, quod probare non possum. *Ὁ νόμος* et *τὰ εἰωθότα* sibi vicissim respondent. Sic prisca Franco-Gallorum iurisprudentia norat *les lois* et *la coutume*. Eadem distinctio Vol. IV. p. 474. *πᾶσι δ' ἂν ἦν εὐπρόσωπος ὁ λόγος, ὡς οὐκ ἔννομα ταῦτα, οὐδὲ εἰωθότα.* Ceterum phrasis *ὁ νόμος οἶδε* legitur etiam Vol. IV. p. 608. *καὶ τὸ ἐντεῦθεν, ὡς ὁ νόμος* (sic leg. pro *ὡς νόμος*) *οἶδεν, ἐπράττετο.* BAST.

Εἴπω τι τῶν εἰωθότων, ὦ δέσποτα.
ἀντὶ τοῦ τῶν ἐθίμων. καί·
— — — οἱ θεώμενοι.
ἀντὶ τοῦ θεαταί. καὶ Ὅμηρος·
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα.
ἀντὶ τοῦ πινυτός.

§. LXXII. 99) *Ἀττικὸν καὶ τὸ πλεῖν ἀντὶ τοῦ πλέον, δεῖν* 1) *ἀντὶ τοῦ δέον.*

---

cion. v. 1126. *τῆς ἐμῆς κεκτημένης.* V. Lobeck. l. c. SCHAEF.

99) Articulus LXXII. desideratur in Meerm. KOEN. Codd. A. et B. *τὸ πλεῖν ἀντὶ τοῦ πλέον, καὶ τὸ δεῖν ἀ. τ. δέον.* Cod. c. *Ἀττικὸν καὶ τὸ λέγειν πλὴν* (sic) *ἀντὶ τοῦ περίσσοτέρως.* Codd. a. et b. verba *δεῖν ἀντὶ τοῦ δέον* omittunt. Cod. August. *Ἀττικῶν δὲ καὶ τὸ πλεῖν ἀντὶ τοῦ πλέον,* ceteris omissis. SCHAEF.

1) *δεῖν*] Posteriora haec desunt in prioribus editt. quae tantum habent: *Ἀττικῶν καὶ τὸ πλεῖν ἀντὶ τοῦ πλέον. Πλεῖν* Aristophani frequens est, ex cuius Ran. vs. 103. *Καὶ μάλα πλεῖν ἢ μαίνομαι* Suidas redintegrandus V. *Σὲ δὲ ταῦτ' ἀρέσκει.* *Πλὴν* corrupte pro *πλεῖν* editur in Themist. Or. VIII. p. 110. A. [Emendationem hanc firmat Cod. Themistii a Valesio collatus, cuius excerpta penes me sunt. BOISSON.] et Aristid. Or. T. II. p. 132. [Add. Wyttenbach. Epist. Crit. p. 239. ed. Lips. Eodem vitio corruptus liber Rauennas in Aristophan. Ran. v. 18. vbi, vt multis aliis locis, gratulor Inuernizio, quod Comicum *post* Brunckium edidit. SCH.] *Δεῖν* magno Grammaticorum consensu Atticis quoque adseritur: vid. Etymol. p. 189, 34. Moschopul. *π. σχ.* p. 80. Apollonius Dysc. in Grammatica inedita: *τὸ δεῖν, ἐκ μετοχικοῦ τοῦ δέον συνηρημένον, Ἀττικώτερον. καθὸ καὶ τὸ πλέον πλεῖν φασίν.* [Bastius: „Sumtus hic locus ex libro Apollonii *περὶ ἐπιῤῥημάτων.*" Obiter Lexicis adde aduerbium *μετοχικῶς*, quo vtitur Apollonius Lex. Hom. p. 766. Vill. SCHAEF.] Hesychius *Τὸ δεῖν, τὸ δέον,* quem, cum V. *Δεῖν* habet *καὶ δέον καὶ δέησιν, δεῖν* et *δείαν* confudisse arbitror. *Δεῖν,* quod credibile est in Atticorum scriptis saepe ab indoctis librariis obliteratum fuisse, H. Stephanus in App. de D. A. p. 160. produxit ex Lysia Or. c. Alcib. p. 276. *δεῖν ἕ-*

§. LXXIII. 2) *Καὶ τὸ κάταντες* 3) *Ἀττικὴν εἶναι λέξιν λέγουσι, καὶ τὸ πώμαλα* 4), *καὶ τὸ ἦ δ' ὅς* 5).

καστον μετὰ τῶν ὁπλιτῶν κινδυνεύειν, ἱππεύειν εἵλετο· recte enim sic corrigitur pro *πολιτῶν·* quod vitium, frequenter obuium, *ὁδοῦ πάρεργον* eluam Polyaeno L. II. C. 2. §. 7. p. 146. *τῶν πολιτῶν ἀνηγμένων.* Genuinum est *τῶν ὁπλιτῶν ἀ.* *armatis in altum prouectis.* Etenim praecessit *συνεβούλευσε πάντας τοὺς ἱππέας καὶ τοὺς ὁπλίτας ἐπιβῆναι τῶν νεῶν.* Koen. Conf. not. ad L. Bos. de Ellips. p. 401. Sic *ὁπλιτικῶν* et *πολιτικῶν* confusa in Xenoph. de Republ. Laced. XI. 4. Schaef.

2) §. LXXIII.] Sic est in Meerm. *Καὶ τὸ κάταντες Ἀ. εἶναι λ. λέγουσιν οἱ παλαιοί, καὶ τὸ π. καὶ τὸ ἦδ ὅς.* Koen. Cod. A. omittit *καὶ τὸ ἦ δ' ὅς.* Codd. a. et b. articulum sic habent: *καὶ τὸ κάταντες, καὶ τὸ πώμαλα, καὶ τὸ ἦδ' ὅς.* Cod. c. sic: *Καὶ τὸ κάτ. ἀττικὴν λέξιν λέγουσιν οἱ παλαιοί. Ἀττικόν ἐστι καὶ τὸ πώμαλα ἐπίῤῥημα, ὃ σημαίνει τὸ οὐδαμῶς. Τῶν ἀττικῶν ἐστι καὶ τὸ λέγειν εἶδος τὸ ὄφελος, καὶ τὸ ἀντὶ τοῦ τιθεκέναι* (sic) *λέγειν τιθέμεναι ἴδιόν ἐστι τῶν ἀττικῶν.* Cod. August. non habet nisi haec: *Καὶ τὸ κάταντες, καὶ τὸ πώμαλα.* Schaef.

3) *Κάταντες*] Ald. Scot. Gorm. *καὶ τὸ κάταντες, καὶ πώμαλα, καὶ τὸ ἦδ' ὅς.* *Κᾶτα* dedit V. Curio: *κατὰ* Valder. quem alter Curio, vt etiam in manifestis erroribus solet, secutus est. *Κάταντες* recte omnes MSS. mei. Moeris p. 207. *Κάταντες, τὴν πρώτην ὀξυτόνως, Ἀττικῶς· τὴν τελευταίαν ὀξέως, Ἑλληνικῶς.* Koen.

4) *πώμαλα*] Non protrita obseruat Etymologus M. p. 698, 40. *τὰ τῷ ō παραληγόμενα ἐπιῤῥήματα ἀποκοπῇ τῆς θεν, καὶ ἐκτάσει τοῦ ō εἰς ω, γίνεται παρὰ Δωριεῦσι. οἷον αὐτόθεν αὐτῶ, τουτόθεν τουτῶ, οὕτως καὶ πόθεν πῶ. ὡς παρὰ Σώφρονι· πῶ τις ὄνον* [ita et Apollonii Dysc. Grammatica inedita, et Phauorin. apud Valcken. ad Ammon. p. 122. Sed Etymologus MS. Leid. *οἶνον*] *ὠνάσηται; ἀντὶ τοῦ πόθεν; τὸ δὲ πώμαλα παρὰ Ἀττικοῖς ἐν προςλήψει τοῦ μάλα γίνεται.—τὸ δὲ πόθεν ἐπὶ τῆς οὐ ἀρνήσεως λέγεται, οἷον· ἔγραψε, πόθεν; ἀντὶ τοῦ οὔ. καὶ κατὰ τοιαύτην σημασίαν τὸ πώμαλα παρὰ Ἀττικοῖς σημαίνει τὸ οὐδαμῶς.* [Totus hic Etymologi M. locus sum-

tus est ex Apollonii Dyscoli libro MS. περὶ ἐπιῤῥημάτων, Etymologumque rursus exscripsit Phauorinus Camers v. πῶ, quod fugit Valckenarium ad Ammon. l. c. Quamquam Koenius infra ad §. CLV. de Dial. Dor. verborum Apollonii, quae Etymologus M. ante oculos habuit, partem attulit, integrum tamen Grammatici locum, vt mihi videtur legendus accentibusque notandus, hoc loco apponam. Τὰ τῷ ō παρεδρευόμενα *) παρὰ Δωριεῦσι τῶν ἐπιῤῥημάτων ἀπειράκις ἐν ἀποκοπῇ γίνεται τοῦ θεν, καὶ ἐν μεταθέσει τοῦ ō εἰς ω, καθὼς προείπομεν, αὐτόθεν αὐτῶ· αὐτῶ ὁρῇς Φύσκα **), τουτόθεν τουτῶ· τουτῶ θάμεθα ***). τῇδε εἶχε καὶ τὸ πόθεν, λεγόμενον οὕτως πῶ· πῶ τις ὄνον ὠνασεῖται †). καὶ τὸ πώμαλα δὲ παρὰ Ἀττικοῖς ἐν παρολκῇ ††) τοῦ

*) I. e. in quibus littera ō syllabam θεν praecedit. Schneiderus citauit ex Athenaeo T. III. p. 447. ὅταν τῷ ῡ παρεδρεύηται. Interpres: *praecedente vocali v.* SCHAEF.

**) Tria prima exempla aliunde nouimus Sophronis esse. De verbis αὐτῶ ὁρῇς Φύσκα v. Valckenar. ad Theocr. Adon. p. 305. C. BAST.

***) θάμεθα. Ita Codex, non δάμεθα, quomodo Koenius infra l. c. habet. Ceterum scribendum τουτῶ, non τούτω, etsi Sturzius p. 553. not. 4. τούτω scribere malit, quia Valckenarius ad Adon. p. 367. B. Koeniusque infra hoc accentu vtantur. Sed Koenius et nostro loco et vero etiam altero illo, paullo post, rectius scribit τουτῶ, praetereaque ipse Apollonius (ap. Sturz. l. c.) clare distincteque sic tradit: παρ' οἷς (Δωριεῦσι) τὸ τουτῶ περισπώμενον, ἐπιῤῥήματός ἐστι παραστατικόν· τουτῶ (sic, non τουτῷ, iota subscripto) θάμεθα, Σώφρων. In loco qui praecedit, τῆς ἐκεῖνος καὶ οὗτος αἱ γενικαὶ παρὰ Δωριεῦσι διὰ τοῦ ω, τηνῶ καὶ τουτῶ, Sturzius iterum perperam posuit accentum. Scribendum enim τήνω καὶ τούτω. Apollonius distinguit τούτω et τουτῶ. Τούτω est genitiuus doricus pro τούτου, vti τήνω pro ἐκείνου: e contrario τουτῶ est aduerbium doricum. BAST.

†) Sic locus legendus est. Koenius infra l. c. hoc modo dedit: τῇδε εἶχεν καὶ τὸ πόθεν, λεγόμενον οὕτως. πῶ, πότισον ὄνων ἀσεῖται. Apparet ex hoc exemplo, nonnihil laboris subeundum esse, vt orationem Codicis recte interpungas verbaque, vt oportet, distinguas. Scribo autem πῶ τις, non πώ τις, vt Koenius h. l. et infra, partim ob analogiam, partim quia Ammonius p. 121. diserte tradit: τὸ δὲ πῶ τὴν ἐκ τόπου (σημασίαν δηλοῖ). Conf. Hesychium, quem Phauorinus exscripsit: πῶ· ποῦ, ὅθεν, ὁπόθεν. Δωριεῖς. BAST.

††) In Etymol. minus bene ἐν προςλήψει τοῦ μάλα, pro quo Phauorinus male προςλήψει τοῦ λα. BAST.

μαλα οὕτως ἐγένετο, καθάπερ καὶ τὸ ἦ μάλα δὴ τέθνηκεν*), ἦ μάλ' ἐλαφρὸς ἀνὴρ, ὃς ῥεῖα κυβιστᾷ**). τοῦ δὲ πόθεν συνεχέστερον καὶ οὕτως λεγομένου· ἔγραψας; πόθεν;***) ὅπερ κατὰ τὴν ****) τοιαύτην σημασίαν τὸ πώμαλα ἐστὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Bast.] Addit his optimus Codex Leidensis: καὶ ἔστιν ὑφ' ἓν ἀναγινωσκόμενον. ὡς μέν τινες φασὶ Σικελῶν, κομισάντων τῶν ἐκεῖθεν φυγάδων. ἰσοδυναμεῖ τῷ κατ' οὐδένα τρόπον, καὶ τῷ οὐδ' ὅλως. quae totidem verbis leguntur apud Ulpianum ad Demosthen. p. 100. B. In Hesych. Πώμαλα redditur τρόπον τινά. Forte legendum τίνα τρόπον; Certe in Grammatico MS. quo vsus est Cl. Albertius T. II. p. 1091. n. 12. Πώμαλα, ἐπὶ τοῦ πάνυ,

Hunc vsum vocis παρολκὴ pro πλεονασμὸς, satis frequentem illum in scriptis Grammaticorum, Lexicographi nostri, vt plurima alia huius generis, praeterierunt. Tamen iam H. Stephanus Thes. I. c. 1195. C.: „Παρολκὴ —. Item redundantia apud Etymologisten." Loca excitauit Sylburgii diligentia Ind. in Etymolog. p. 116. b. Add. eiusd. Ind. in Apollon. p. 415. a. Schaef.

*) Iliad. Σ, 12. Bast.

**) Iliad. Π, 745. Codex dat ὅς, non ὥς. Bast.

***) Etymol. M. ἔγραψε, quod fortasse ex ἔγραψεν fecerunt, cum liber a typotheta describeretur. Varietas autem ἔγραψεν pro ἔγραψας inde orta, quod compendium syllabae vltimae parum distincte scriptum esset. Etenim tachygraphi εν sic exarabant: ι, ας sic: ◡. Iam cum, si celeriter scribas, angulosa facile fiant rotunda, saepe accidit, vt εν ab ας non possit distingui. Quapropter toties confusae ambae syllabae, e. c. in Codice SGerm. 345. Conf. Apollon. Villois. tab. VII. v. 12. cum tab. VI. v. 11. et 12. Addam duo huius confusionis exempla. Alterum dat Codex Ven. A., cuius ductus in Scholiis marginum exteriorum cum scriptura celeberrimi illius Codicis SGerm. prorsus congruunt, ad Il. Β, 183. βῆ δὲ θέειν] ἀφείλετο τὴν ἀπόκρισιν ἡ ἔπειξις τοῦ καιροῦ. ἔστι δὲ, ὥρμησας (sic) ἐπὶ τὸ θέειν, ἢ ἀττικῶς λείπει τὸ ὥστε· ἢ (Cod. addit τὸ) ἀπαρέμφατον ἀντὶ μετοχῆς. Codex habet ὥρμησ, quod legendum ὥρμησεν, non ὥρμησας. Alterum Aristides Vol. II. p. 456. περιβολὴν δὲ ποιεῖς, καὶ ὅταν εἰσάγων τι περί του (sic leg. pro παρ' αὐτοῦ), οἷον, Κόνων ὑμᾶς τοσαῦτα εὐεργέτησε (Cod. Paris. 1741. ηὐεργέτησε), μὴ εὐθὺς εἴπῃς τί ἐποίησας. Cod. Paris. clare ἐποίησεν, vt Iebbius coniecit. Bast.

****) Etymol. τὴν omittit. ὁ τοιοῦτος pro οὗτος Apollonius centies vsurpat. V. etiam Sylburg. ad librum περὶ συντάξεως in Ind. v. τὸ τοιοῦτο. Bast.

inserenda est negatio: ἐπὶ τοῦ οὐ πάνυ. Πόθεν; vero, quocum erudite Etymologus πώμαλα comparauit, quique Etymologo praeiuerat, Apollonius Dysc. in Grammatica inedita, πόθεν γάρ; et πῶς γάρ; habere apud Atticos vim fortius negandi, ostendit Vir multae doctrinae Th. Gatakerus de S. N. I. Cap. XI. p. 73. post quem haec docte tractauit Clariss. Valckenaer. ad Euripid. Phoen. vs. 1614. Quia tum inest orationi aliqua ὑπόκρισις, ad λόγον ἐνδιάθετον retulit Hermogenes de Form. Or. p. 440. quam ὑπόκρισιν, vel sine Hermogene, animaduertit perspicacissimus Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 115. Turpe glossema tollam ex Aristide, in quo πόθεν; saepe numero Interpretes delusit, vt et in Dione Chrysost. et aliis, Or. T. I. p. 366. Si quis Syracusanis deditionis auctor esset, εἶτ' ἔπεισεν, ἔσθ' ὅπως ἂν ἢ Γύλιππος ἦλθεν αὐτοῖς πρῶτον, ἢ νὴ Δί' ἐπελθὼν εἶχεν ὅ ποιοίη; καὶ πῶς ἄν; Quod additur, οὐδαμῶς, mihi quidem alterius καὶ πῶς ἄν; videtur interpretamentum. Koen.

5) ἦ δ' ὅς] Aristoph. Vesp. vs. 791. vbi vid. Schol. Cratin. apud Athen. L. III. p. 94. F. et, Platonem secuti, Atticistae. Apollonius Dysc. in Grammatica inedita, de ὅς· καὶ ἴσον τῷ οὗτος παρὰ Ἀττικοῖς. ὡς Πλάτων, ἦ δ' ὅς, ἀντὶ τοῦ ἔφη δὲ οὗτος. In Heliod. Aeth. L. II. p. 98. veram iudico duorum MSS. lectionem: οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς, — ὄχθας μὲν Νείλου τάσδε καὶ Νεῖλον ἀπολίπωμεν *), et sic Scaligeri collatio: vulgatam οὐκ ὄνειδος, nescio qua specie, tuetur Cl. D'Oruillius ad Charit. p. 217. Ad obscuritatem omnem euitandam interdum dicentis nomen additur: a Dione Chrysost. Or. II. p. 21. B. ἦ δ' ὃς ὁ Ἀλέξανδρος. A Philostrato V. A. Lib. VII. p. 305. ἦ δ' ὃς ὁ Δάμις. Vt affectata ridet ista Lucianus in Lexiphane T. II. p. 319. ἦ δ' ὃς ὁ Καλλικλῆς. p. 326. ἦ δ' ὃς ὁ Φιλῖνος, etc. Ipse tamen in Conuiu. T. III. p. 424. et 443. ἦ δ' ὃς ὁ Ζηνόθεμις, et p. 440. ἦ δ' ὃς ὁ Κλεόδημος. [It. T. I. p. 864. ἦ δ' ὃς ὁ Ἀνάχαρσις. vbi v. Graeu. Schaef.] Pro his ἦ δ' ὁ Ἀπολλώνιος, ἦ δ' ὁ Νεῖλος, ἦ δ' ὁ Δημήτριος, ὁ Διονύσιος, ὁ Μάρκος, et similia frequentauit Philostratus in V. A. et Sophist. Koen. Bastius: „Ap-

*) Koeniana ἀπολιπῶμεν, quod corrigendum esse etiam Bastius monuit. Saepe hac ratione peccatur in accentu huius modi ponendo. V. not. ad Sophocl. Aiac. v. 468. ad Electr. v. 1061. Schaef.

§. LXXIV. *Καὶ τὸ τιθέναι τὸ εἶτα* 6) *περισσόν. ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις·*

---

pend. Vatic. p. 282. inter media prouerbia legitur hic articulus: *Ἦ δ' ὅς· τίθεται ἡ λέξις ἐπὶ πλήθους, καὶ ἐπὶ θηλειῶν, οὐ μόνον δὲ ἀντὶ τοῦ ἔφη, ἀλλὰ ἀντὶ τοῦ ἔφησαν* (Cod. Paris. 1773. *ἔφασαν*)· *ὁ δὲ Κράτης μὴ δασύνειν λέγει τὸ ὅς.* Etiam Scholiastes Platon. p. 9. Ruhnk. de hac formula: *τάττεται δὲ ἐπὶ παντὸς προσωπου καὶ ἀριθμοῦ.*" H. Stephanus Animaduers. in Lib. de Dial. p. 54.: „*Ἦ δ' ὅς* — particulae sunt iis praesertim qui dialogos scribunt vsitatae: vt Platoni frequentes eas esse videmus." Similiter Lucianus T. II. p. 118. *καὶ εἶπεν ὅς.* Ceterum Koenius et in textu et in nota scripserat *ἦδ'*, pro quo dedi *ἦ δ'*. Schaef.

6) *εἶτα*] Ita manifesto pro *ἢ*, vt habet Vat. et adhuc editum est, Regg. et Voss. quem, olim suum, cum non inspexisset Stephanus, immerito Grammaticum reprehendit. Meerm. deprauate *καὶ τὸ τ. ει δίφθογγον περισσήν. ὡς Ἀ. ἐν Β. ἢ τοὺς μισθοὺς — ἀποτρώγει.* Aristophanis versus sunt ex Ran. 368. seq. Nazianzeni locum dedit Reg. B. [Cod. A. *καὶ τὸ τιθέναι τὸ εἶτα περισσόν:* post quae statim sequitur *καὶ τὸ ληρεῖς* etc. Cod. B. *καὶ τὸ τιθ. τὸ εἶτα περισσὸν, ὡς παρ' Ἀριστοφάνει πολλαχοῦ· καὶ δὴ καὶ ὁ θεολόγος· οἶμαι* etc. vsque ad *περισσόν.* Codd. a. et b. *καὶ τὸ τιθέναι τὸ η̄ περισσόν,* post locum Aristophanicum omittentes *ὡς δὴ καὶ — περισσόν.* Cod. c. *τὸ η̄ περισσὸν ἀττικόν ἐστι, ὡς παρ' Ἀρ. ἐν βατρ.*, mox omittens *τινὰ πείθει* vsque ad finem articuli. In Cod. August. totus deest articulus. Schaef.]— Particulas autem *εἶτα* et *ἔπειτα* reuera multi participiis sic iunxerunt, vt nunc vacare dicendae sint, nunc per *tamen* vertendae. Andocides Or. p. 18, 5. *ἔχοντες μὲν τὸ σῶμα τοὐμὸν, κρατοῦντες δὲ τοῦ βίου**) *καὶ τῆς οὐσίας τῆς ἐμῆς, εἶτα ἔσωζον.* Aristid. Or. T. I. p. 246. *μὴ θαυμάσητε, εἰ μηδὲν ἔχων ἐπιτιμᾶν, εἶτα παραινεῖν ἀξιῶ.* Geminus

*) Koeniana male *βιοῦ.* Monuit etiam Bastius. Diuersissimae significationis voces *βιὸς* et *βίος*, etsi fortasse origine satis contiguae. Conf. Reiz. de Accent. Inclin. p. 115. Facete ludens Heraclitus (Eustath. ad Hom. Il. p. 31, 6. Bas.): *τοῦ βιοῦ τὸ μὲν ὄνομα βίος, τὸ δὲ ἔργον θάνατος.* Schaef.

Ἢ χρήματα ταῖς τῶν ἀντιπάλων ναυσὶν παρέχειν τινὰ πείθει·
Ἢ κατατιλᾷ τῶν Ἑκαταίων, κυκλίοισι χοροῖσιν ὑπᾴδων·
Ἢ τοὺς μισθοὺς τῶν ποιητῶν, ῥήτωρ ὢν, εἶτ' ἀποτρώγει.

ὡς δὴ καὶ ὁ Θεολόγος· „οἶμαι γὰρ, εἴ τις τῆς ἐν λόγοις δυνάμεως πεῖραν ποιούμενος, ἔπειτα πρὸς μέτρον ταύτην κρῖναι θελήσειεν.“ ἐνταῦθα γὰρ τὸ ἔπειτα περισσόν.

§. LXXV. *Καὶ τὸ ληρεῖς ἔχων, καὶ τὸ παίζεις ἔχων, καὶ τό·*

Τί κυπτάζεις ἔχων 7) *περὶ τὴν θύραν;*

---

locus est Choricii in Fabricii Biblioth. Gr. VIII. p. 841. *ἴσως μὲν ἄλογόν τι δόξω ποιεῖν, εἰ ψυχαγωγίας αὐτὸς ἑκάστου μᾶλλον δεόμενος, εἶτα τοὺς ἄλλους παραμυθεῖσθαι πειρῶμαι.* Themist. Or. X. p. 134. D. *ἀλλ' ὅμως καταβαλὼν, εἶτα ἀνίστη.* Conf. A. Gronouius ad Aelian. V. H. L. I. C. 1. p. 4. Metro coactus Aristophanes *εἶτα* ante participium collocauit in Lysistr. vs. 655. *ἐπεὶ Τὸν ἔρανον τὸν λεγόμενον παππῷον ἐκ τῶν Μηδικῶν Εἶτ' ἀναλώσαντες οὐκ ἀντεισφέρετε τὰς εἰσφορὰς,* nam naturalis ordo est *τὸν ἔρανον ἀναλώσαντες, εἶτα* —. [Vid. Hermann. ad Aristophan. Nub. p. 140. et conf. Meletem. Crit. in Dionys. Hal. I. p. 124. Schaef.] Vid. Acharn. vs. 290. Av. vs. 359. Philemon apud Stobaeum S. XCVI. p. 530, 24. *Χ' οἱ μὲν πλέοντες ἐνίοθ' ἡμέραν μίαν Ἢ νύκτα χειμασθέντες, εἶτ' ἐκ τοῦ κακοῦ Σωτηρίας ἐπέτυχον· ἢ τὸ πνεῦμα γὰρ Αὐτοὺς τὸ σῶζον ἦκεν, ἢ ἐφάνη λιμήν.* Sic legendum arbitror pro *Α. τὸ σῶζον ἢ μένη ἐφ. λ.* cum literae *μ* et *κ* saepissime confundantur: vid. not. ad Hesych. V. *Ἐπιλήκητος.* Similiter in Libanio Or. XXXII. p. 665. D. *ἦμεν εἰς φῶς ἀνάπηρα* mutandum in *ἦκεν εἰς φῶς ἂν ἄπηρα.* Koen. In Libanii loco *ἦκεν εἰς φῶς ἀνάπηρα* dudum Reiskius ex Codd. recepit Vol. I. p. 231. Bast.

7) *κυπτάζεις ἔχων*] Editt. prior. et Vatic. *Καὶ τὸ λ. ἔ. καὶ τὸ π. ἔ. Ἀττικὸν,* ceteris neglectis. [Articulus in Codd. a. et b. sic scriptus legitur: *καὶ τὸ ληρεῖς ἔχων, καὶ τὸ παίζεις ἔχων.* Cod. c. dat *τὸ π. ἔχων ἀττικόν ἐστι ἀν-*

Ἀττικόν. Σοφοκλῆς·

— — — καὶ μέν', ὡς κυρεῖς ἔχων.

ἢ τοῦ ἔχων παρέλκοντος, ἢ τοῦ ῥήματος ἀντὶ μετοχῆς καὶ τῆς μετοχῆς ἀντὶ ῥήματος λαμβανομένων, ὡς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, ἀντὶ τοῦ ἔχεις καὶ ὑπάρχεις ληρῶν, ὃ καὶ αὐτὸ Ἀττικὸν ἀντὶ τοῦ ληρεῖς ἐστιν [8]).

§. LXXVI. Οἱ Ἀττικοὶ καὶ τὸν πνεύμονα πλεύμο-

τὶ τοῦ ληρεῖς καὶ παίζεις, omittens verba καὶ τὸ τί κυπτάζεις vsque ad finem articuli. Denique in Cod. August. totus articulus sic habet: Καὶ τὸ ληρεῖς ἔχων, καὶ τὸ παίζεις ἔχων Ἀττικόν. SCHAEF.] Aristophanis versus in Nub. 509. abest etiam a Voss. qui in reliquis cum Regg. hic conspirat. Sophocleum καὶ μέν', ὡς κυρεῖς ἔχων legitur in Ai. Flag. vs. 87. quod cum seqq. Stephanus quoque produxit, non animaduertens, istis, ὡς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, respici supra dicta de Hypallag. §. XXXVI. Atticae formulae plurima exempla dederunt Viri docti, quos laudat ad Moerin p. 391. Piersonus. Παίζεις ἔχων restituendum censeo Libanio Ep. XIV. pro edito παίζεις ἑκών. Ceteri Grammatici in talibus dicunt ἔχων per pleonasmum addi: Nostri, ληρεῖς ἔχων pro ὑπάρχεις ληρῶν accipientis, sententia meruit Clariss. Valckenaerii adsensum ad Euripid. Phoen. vs. 712. Eam quoque iuuat verbum τυγχάνω, cum ἔχω commutatum in τυγχάνεις διεξιὼν, τυγχάνεις πράττων, et simil. Vid. Aeschin. Socrat. Dial. II. C. 33. Lucian. T. II. p. 788. etc. KOEN. Bastius: „Imo Lucian. T. II. p. 780. vbi Scholiastes ad verba παίζεις ἔχων· Τὸ ἔχων φράσεως ἕνεκα κεῖται, μηδὲν σημαίνων. Scrib. μηδὲν σημαῖνον, quomodo habet Cod. SGerm. 345. Ceterum de v. ἔχων v. Ruhnken. ad Tim. p. 258." Notanda in Scholio ad Lucianum locutio φράσεως ἕνεκα, qua vtuntur Grammatici ad pleonasmos, quos dicunt, significandos. Conf. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. p. 227. Similiter Moeris p. 66. — περιττὸν — κόσμου χάριν παραλαμβανόμενον. SCHAEF.

8) ἢ τοῦ ἔχων παρέλκοντος, — ἀντὶ τοῦ ληρεῖς ἐστιν] Absunt haec a Meerm. KOEN. Codd. A. et B. ληρεῖς ἐστίν (sic, cum acuto). SCHAEF.

να[9]) λέγουσι, καὶ τὸ νίτρον λίτρον, καὶ τὴν σπογγίαν σπογγιάν.

§. LXXVII. Ἀττικὸν καὶ [10]) τὸ ἐκθλίβειν ἅμα καὶ κιρνᾷν, ὡς τὸ „οὐ γὰρ μοὔστὶν" ἀντὶ τοῦ οὐ γάρ μοί ἐστιν [11]). ἐκθλίβεται [12]) γὰρ τὸ ῑ, καὶ κιρ-

---

9) πλεύμονα] Editt. sine οἱ Ἀττικοὶ, Τὸν πν. etc. Vid. Moeris p. 246. et 309. Pro καὶ τὴν σπογγίαν σπογγιὰν Reg. A. καὶ τὴν σπογγίαν σπολιάν. Reg. B. σπογγὴν σπογγιάν. [Cod. A. καὶ τὴν σπογγιὰν σπολιάν: B. κ. τ. σπογγὴν σπογγιάν. SCHAEF.] A Meerm. absunt verba καὶ τὴν σπ. σπογγιάν. [Codd. a. et b. Ἀττικοὶ sine articulo: deinde καὶ τὴν σπογγιὰν σπογγίαν. Cod. c. Ἀττικὸν καὶ τὸν πν. πλ. λέγειν, καὶ τὸ νίτρον λίτρον, omissis ceteris. Cod. August. habet tantum haec: Τὸν πνεύμονα πλεύμονα λέγουσι, καὶ τὸ νίτρον λίτρον. SCHAEF.] Erudite Piersonus ad Moerin p. 361. corrigendum existimabat καὶ τὴν σπογγίαν, σφογγίαν, quae ratio in adfini σφόγγος satis est manifesta: *Sphongias* etiam aut *Sphongeas* praeferunt MSS. in Suetonii Aug. Cap. LXXV. Sed in Grammatico praestat nihil mutare, qui diuersam accentum ponendi consuetudinem notauit. Suidas V. Σπογγιά· ὀξυτόνως Ἀττικοί. Σπογγίην habet Hippocrat. p. 466, 17. etc. Aretaeus Cappadox p. 75. E. p. 103. A. quam rationem in Ionico scriptore praefero, secus ac fecit Vir doctus in Append. Indicis in Aret. V. Σπόγγοισι. Σπόγγος hac occasione eximendum Luciano T. II. p. 103, 71. vbi in admirabili illa pugna insulari ἔβαλλον μέντοι, καὶ ἐτίτρωσκον ὀστρέοις τε ἁμαξοπληθέσι, καὶ σπόγγοις πλεθριαίοις. Miror Solanum, qui senserat corruptam esse vocem σπόγγοις, non correxisse eadem opera: καὶ κόγχοις πλεθριαίοις. KOEN. In Luciano cur σπόγγοις pro corrupto habeatur, parum intelligo. SCHAEF.

10) Ἀττικὸν καὶ] Cod. c. Ἀττικόν ἐστι καὶ etc. SCHAEF.

11) ἀντὶ τοῦ — ἐστιν] Accentus encliticarum aliter positi in Codd. a. et b., qui sic dant: ἀντὶ τοῦ οὐ γάρ μοι ἐστίν. SCHAEF.

12) ἐκθλίβεται] ἐκθλίβει, et mox κιρνᾷ, Vatic. [it. Codd. a. b. c. et August. SCHAEF.] et prior. editt. a quibus in fine ista, ἐκθλίβοντες τὸ ε, absunt. *Μοὔστὶν* apud

νᾶται τὸ ο καὶ ε εἰς τὴν ου δίφθογγον, ὡς τὸ ἐχούσοες ἐχούσους. ὡσαύτως τὸ [13]) ποῦ ἐστι ποῦ 'στι λέγουσιν, ἐκθλίβοντες τὸ ε.

§. LXXVIII. Τὸ ἤνεγκα διχῶς λέγουσι, καὶ ἤ-

Aristophanem occurrit Eccles. vs. 780. et aliis locis, indicatis a Tib. Hemsterh. ad Pluti vs. 829. Σοὐστὶν, pro σοί ἐστιν, legitur in Acharn. vs. 338. et Pac. vs. 126. Οὔμοὶ λόγοι in Euripid. Hecub. vs. 334. [Porsonus ad h. l.: „οὔμοὶ Ald. pro quo οἱ 'μοὶ Brunckius, et ita Harl. neque in re leuis momenti refragatus sum. Sed vtrumque rectum puto, hoc per elisionem fieri, hoc per crasin." Schaef.] Conf. accuratissimus Markland. ad Supplic. Euripid. vs. 109. Aristophanea sunt ἀστέον μοὐγκώμιον Nub. vs. 1207. μοὐδόκει Vesp. vs. 34. σοὐξηρήσατο Thesmoph. vs. 768. Quaecunque huius generis dantur plura, hinc facile possunt aestimari. Per θλίψιν solam μοὶ 'στὶ est in Aristophanis Proagone apud Athen. L. X. p. 422. F. οἱ 'ν μέσῳ in Euripidis Medea vs. 819. Ἐμοὐποδύνει pro ἐμοὶ ὑποδύνει ex Tryphone περὶ παθῶν enotarunt Stephanus ad Lib. de Dial. p. 64. et Hemsterh. l. c. Quid? si corruptum sit ex ἐπούπ' ὀδύνῃ, pro ἐμοὶ ἐπ' ὀδύνῃ, quando cum reliquis conueniet: certe Is. Tzetzes, qui Tryphonis scrinia compilauit ad initium Alex. Lycophronis, ἔκθλιψις καὶ συναίρεσις, ὡς τὸ ἐμ' οὔπ' ὀδύνῃ. sed res tanti non est, vt nos diutius moretur. Ποῦ 'στι, de quo Noster, exemplo non indiget: ὁμοῦ 'στι Hesychius habet ex Aristoph. Pac. vs. 512. Koen. Hoc loco mihi in mentem venit Scholii Lucianei Vol. II. p. 684., quod in Gallica editione Epistolae Criticae p. 61. emendaui. In Latina dedi p. 97. ὁποῖον τὸ ἀληθινὰ 'γὼ καὶ τὸ etc. pro vulgato ἀληθινώ. Scilicet Cod. Ven. 445. habet ἀληθινάγω (sic). Num forte magis placet scribi ἀληθίν' ἂ 'γώ? Vnde haec verba sumta sint, ignoro. Cod. Vatic. 90. illis caret: quapropter in Gallica Epistolae editione plane omisi. Bast.

13) ὡσαύτως τὸ] Codd. A. et B. ὡσαύτως καὶ τὸ. Codd. a. b. et c. ὡσαύτως καὶ — λέγουσι, omissis ἐκθλ. τὸ ε. Cod. August. pro ὡσαύτως habet καὶ, ac deinde λέγουσι, itemque omittit ἐκθλ. τὸ ε. Schaef.

νεγκον, καὶ ἤνεγκα [14]).

§. LXXIX. *Καὶ τὸ ἐλλειπτικῶς* [15]) *ὀμνύειν, μὰ τὸν, μὴ προστιθέντας θεὸν* [16]), *Ἀττικόν ἐστι.*

---

14) *καὶ ἤνεγκα*] Sic Reg. A. ceteri et editt. duas postremas voces omittunt. [Omittunt Codd. a. et b. Codex c. articulum sic scriptum habet: *τὸ ἦν. διχ. λέγουσιν οἱ Ἀττικοί· λέγουσι γὰρ τοῦτο καὶ ἤνεγκον.* Cod. August. totum omittit. Schaef.] Schol. Aristoph. ad Ran. vs. 1334. qui Nostro praeiuit, *διχῶς**) *ἔλεγον, ἤνεγκον μὲν ἀπὸ τοῦ ἐνέγκω· ἤνεγκα δὲ ἀπὸ τοῦ ἐνείκω.* Suidas: *Ἤνεγκον ἀπὸ τοῦ ἐνέγκω, ἐνέγκας δὲ ἀπὸ τοῦ ἤνεγκας.* Horum emendatio petenda est ex Phrynichi Apparatu Sophist. Biblioth. Coislin. p. 466. Lexicon Coislin. p. 482. *Ἤνεγκον, ἐπὶ πρώτου προσώπου. Σοφοκλῆς Τυροῖ, Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις.* nimirum vs. 749. Eustath. ad Hom. Od. *B*, p. 1435, 63. *Ἰστέον δὲ, ὅτι καθάπερ εἶπον καὶ εἶπα, οὕτω καὶ ἤνεγκα καὶ ἤνεγκον, καὶ μᾶλλον τοῦτο. ὡς ὁ Κωμικὸς ἐν Λυσιστράτῃ·* [vs. 943.] *τάλαιν' ἐγώ· τὸ Ῥόδιον ἤνεγκον μύρον. τοῦ δὲ ἑτέρου χρῆσις παρ' Εὐριπίδῃ· ἤνεγκα, κἀξέσωσα. Παρ' Εὐριπίδῃ* scripsit pro *παρὰ Σοφοκλεῖ.* Vid. huius Elect. vs. 13. Koen.

15) *ἐλλειπτικῶς*] Codd. A. et B. *ἐλλιπῶς.* Schaef.

16) *μὴ π. θεὸν*] Dedi Vossiani lectionem: Regg. *μὴ προστιθ. τὸν ὀμνύμενον θεὸν ἢ ἄνθρωπον,* omissis istis *Ἀττικόν ἐστι,* quae desunt et in editt. et Vatic. [Cod. B. habet sic, vt in Koenii nota indicatum est. Sed Cod. A. dat *μὴ προστιθέντα τὸν ὀμνύμενον θεὸν ἢ ἄνθρωπον, ἀττικόν. Ἀττικὸν καὶ* etc. Cod. a. *μὴ προστιθέντας* (Cod. b. vt vulg.) *θεόν:* cetera ambo omittunt. Cod. c. *προστιθέντας.* In Cod. August. articulus ita habet: *Καὶ τὸ ὀμνύειν ἐλλειπτικῶς, ὄμνυμι τὸν, μὴ προστιθέντες θεόν,* omissis *Ἀττικόν ἐστι.* Edidi *προστιθέντας* pro Koeniano *προστιθέντες,* quod soloecum est. Sch.] — De religiosa iurisiurandi formula vid. illustris Ez. Spanhem. ad Aristoph. Ran. vs. 1241. *Οὐ μὰ τὸν* est in Epigrammate apud Diog. Laërt. V, 68. *Ναὶ μὰ τὸν* et in Aelian. de N. A. L. III. C. 19. IV. C. 29 et ex Callimachi Hecale citat Suidas. Philonis Iudaei locum, quem Clariss. Valckenaerio

*) Koeniana perperam *δίχως.* Monuit Bastius. Schaef.

§. LXXX. *Ἀττικὸν καὶ τὸ ἀντὶ πλαγίας χρῆσθαι τῇ εὐθείᾳ. ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις* [17])·

Εἴ τις πτερώσας Κλεόκριτον Κινησίᾳ,
Αἴροιεν αὖραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα.

ἀντὶ τοῦ τινὸς πτερώσαντος.

---

debeo acceptum, p. 770. A. *εἰώθασιν ἀναφθεγξάμενοι τοσοῦτον, νὴ τὸν, ἢ μὰ τὸν, μηδὲν προςλαμβάνοντες, προφάσει τῆς ἀποκοπῆς, τρανοῦν ὅρκον οὐ γενόμενον**), nihil magis illuminat, quam venustum Stratonis Epigramma in Anthologia inedita**): *Εἰ μὴ νῦν Κλεόνικος ἐλεύσεται, οὐκ ἔτ' ἐκεῖνον Δέξομ' ἐγὼ μελάθροις, οὐ μὰ τόν· οὐκ ὀμόσω. Εἰ γὰρ ὄνειρον ἰδὼν οὐκ ἤλυθεν, εἶτα παρείη Αὔριον, οὐ παρὰ τὴν σήμερον ὀλλύμεθα.* Per Deam iurantes dicebant *μὰ τὴν* et *νὴ τήν*. Vid. Suidas V. *Νὴ τὴν*, vbi et *νὴ τὰς* et *ναὶ μὰ τὰς*, pro *ναὶ μὰ τὰς Χάριτας*. Confer notam summi Hemsterh. ad Schol. in Aristoph. Plut. p. 120. quam non videtur legisse Vir doctus ad Thomam M. p. 628. Koen.

17) *Ἀ. ἐν Βατράχ.*] vs. 1485. sed, vt multae Thomae M. aliorumque obseruationes, haec etiam tota nititur corrupta lectione *πτερώσας*, recte emendata *πτερώσαι* a St. Berglero: *πτερώσει* dederat iam Casaubonus, hoc vsus loco Comici, ad Athen. L. XII. C. 13. p. 857. —— In editt. hic artic. qui a Vatic. [it. Codd. a. b. et August. Schaef.] abest, legitur post §. LXXXIV. Nostro vtitur

*) Citauit hunc Philonis locum etiam Spanhemius ad Aristophan. Ran. v. 1422. p. 317. vertitque sic: *solent enim quidam hoc solum proferre* PER . . . *parum sollicitі, an ex eo quod reticuerunt, illud pro vero iuramento habeatur, nec ne.* Hanc versionem iure reprehendens Reizius de Accent. Inclin. p. 14. s., „Philo Iudaeus," inquit, „a Spanhemio ad Aristophanem laudatus, ait, qui hoc tantum dixissent, *νὴ τὸν, μὰ τὸν*, eos nihil addendo, *προφάσει τῆς ἀποκοπῆς τρανοῦν ὅρκον οὐ γενόμενον*, i. e. *per abruptionem et reticentiam declarare iusiurandum factum non esse.* Haec vera est horum verborum interpretatio, non quam dat Spanhemius. Et sane Strato in Epigr. 5. quod etiam a Gregorii editore allatum est, postquam dixerat, *οὐ μὰ τὸν*, omissa dei appellatione subiecit, *οὐκ ὀμόσω*. — Alii ob numinis reuerentiam; alii, ne poeniteret iurasse, nomen suppresserunt." Schaef.

**) Ante Koenium hoc carmen ediderat Klotzius inter Stratonis Epigrammata p. 50. Monuit Censor Gregorii Koeniani in Klotzii Actis Litterar. T. IV. p. 324. Schaef.

§. LXXXI. *Καὶ τὸ προςλαμβάνειν ἔξωθεν* 18) *τὸ ἐστί. καὶ Ὅμηρος* 19)·

Εἰ δ' ἤδη τεθνᾶσι, καὶ εἰν ἀΐδαο δόμοισι.

λείπει γὰρ τὸ εἰσί.

L. Kusterus ad Pluti vs. 277. minus opportune. Koen. Cod. c. *Καὶ τὸ ἀντὶ πλαγ. χρ. τῇ εὐθείᾳ ἀττικὸν ἴσθι, ὡς καὶ Ἀρ.* etc. In priore versu Aristophanis idem habet *λεώκριτον:* posteriorem plane omittit. Ceterum Gregorii rationem vnice probat Brunckius, retinens ille vulgatam scripturam *πτερωσας*, 1437. Schaef.

18) *Καὶ τὸ — ἔξωθεν*] Codd. a. et b. *καὶ τὸ προςλ. δὲ ἔξωθεν* etc. Cod. c. *καὶ τὸ προςλ. ἔξ. τὸ εἰσὶν ἀττικόν ἐστι, ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ· οἵ δ' ἤδη* etc. In Cod. August. pro verbis *καὶ εἰν ἀΐδαο δομοισι* vacuum spatium relictum: deinde omissa *λείπει γὰρ τὸ εἰσί.* Koenius in poëtae loco male dederat *Εἴδ'*. Schaef.

19) *Ὅμηρος*] Iliad. *X*, vs. 52. et alibi. De ellipsi verbi substantiui eadem monuerat Schol. Aristoph. ad Ran. vs. 1547. Attica an sit, dubitat Stephanus: in multis tamen Atticos, concinnae breuitatis studiosos, omittere verbum *ἐστὶ*, praeter alios docuit F. Vigerus de Idiot. L. Gr. Cap. V. 6. §. 3. Conf. G. Raphelius Annot. Philol. T. II. p. 176. Pertinet illuc et *οἷόν τε.* Xenophon Cyrop. L. VI. p. 149. A. *ἀντέλεγον Γαδάτᾳ, ὡς οὐχ οἷόν τέ σοι μένειν.* Arrian. de Exp. Alex. L. I. 14. p. 30. *ὅτι οὐχ οἷόν τε ἐν μετωπῳ διὰ τοῦ ποταμοῦ ἄγειν,* ne plura accumulem. Iubebat Aristoxenus apud Stob. S. XCIX. p. 543, 4. *μήτε τρυφῆς, μήτε μέθης πληρη ταῖς γυναιξὶν εἰς τὸ γεννᾷν ὁμιλεῖν· οὐ γὰρ (οἱ ταῖς) ἐκ φαύλης καὶ ἀσυμφώνου καὶ ταραχώδους κράσεως εὔρυθμα καὶ καλὰ —— γίνεται.* Puto scribendum: *οὐ γὰρ οἷόν τε ἐκ φ. —— εὔρυθμα καὶ καλὰ —— γίνεσθαι. Οἶμαι* coniiciebat doct. Eldikius Suspicion. Spec. p. 14. Koen. Frequentissima ellipsis verbi substantiui; etiam, quod fortasse insolens videatur, ibi, vbi *εἰμὶ* supplendum alii verbo respondet. Sic in Homerico loco, quo Gregorius vtitur. Homerus Il. XI. v. 477. *ὄφρ' αἷμα λιαρὸν, καὶ γούνατ' ὀρώρῃ.* Heynius T. VI. p. 203.: „Durius autem omissum *ὄφρα ἐστίν.* [imo *ᾖ.*]" Sophocles Electr. v. 999. s. *δαίμων δὲ τοῖς μὲν εὐτυχὴς καθ' ἡμέραν, Ἡμῖν δ' ἀποῤ-*

§. LXXXII. 20) Τῷ σ ἀντὶ τοῦ ρ χρῶνται, τὸ θαῤῥαλέον θαρσαλέον λέγοντες, καὶ τὸ ἄῤῥεν ἄρσεν 21),

---

ῥεῖ κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται. Theocritus Idyll. V. v. 94. s. αἱ μὲν ἔχοντι Λεπρὸν ἀπὸ πρίνοιο λεπύριον, αἱ δὲ μελιχραί. Plato Phaedr. p. 269. Heind. ὅσοι δὲ Ἄρεός τε θεραπευταὶ καὶ μετ᾽ ἐκείνου περιεπόλουν. Plutarchus V. Alex. c. 30. Εἰ μὴ καὶ σὺ μετὰ τῆς Περσῶν — τύχης μακεδονίζεις, ἀλλ᾽ ἔτι σοὶ δεσπότης ἐγὼ Δαρεῖος. Ceterum v. L. Bosii Ellips. p. 604. sqq. vbi quae congessi, poterunt, si res tanti videatur, his augeri. Plato Comicus ap. Plutarch. V. Themistocl. extr. χὠπόταν ἅμιλλα τῶν νεῶν, θεάσεται. Subaud. ᾖ. Xenophon Anab. I. 2. 18. Τῶν δὲ βαρβάρων φόβος πολὺς καὶ ἄλλοις, κ. τ. λ. Subaud. ἦν. Homerus Il. XIII. v. 95. Αἰδὼς, Ἀργεῖοι. Heynius T. VI. p. 387.: „Schol. A. λείπει τὸ ἔσω. leg. τὸ ἔστω." Adiectiuis, ad quae dixi non raro subaudiendum esse hoc verbum, adde αἴτιος. V. Doruill. ad Chariton. p. 520. Amstel. SCHAEF.

20) Articulos LXXXII — LXXXV. Codd. a. et b. hoc modo scriptos habent: Τὰς μυρίνας μυρσίνας λέγουσι, καὶ τὸ συρίζειν συρίττειν, καὶ τὴν ἐνδελέχειαν ἐντελέχειαν, καὶ τὴν κολοκύνθην κολοκύντην, καὶ τὸ κναφεῖον γναφεῖον, καὶ τὴν κεφαλαργίαν κεφαλαλγίαν. In Cod. c. noster ita scriptus est: Τὰς μυρίνας μυρσίνας λέγουσιν οἱ Ἀττικοί. In Cod. August. Τῷ σ ἀντὶ — ἄρσεν leguntur post §. XCIII. [conf. not. ad §. XCIII.]: καὶ τὸ Τ. — μυρσίνη plane omissa sunt. Ad finem articuli Codd. A. et B. habent καὶ τὰς μυῤῥίνας μυρσίνας. In eodem versu margini Codicis A. secunda manus adscripsit: θαῤῥῶ καὶ θαρσῶ γράφεται. SCHAEF.

21) ἄρσεν] Prior. editt. hoc loco tantum τὰς μυῤῥίνας μ. λέγουσι, sed deinde post §. 91. τῷ σ ἀντὶ τοῦ ρ χρῶνται, τὸ θαῤῥαλέον θαρσαλέον λέγοντες, καὶ τὸ ἄῤῥεν ἄρσεν. Atticos dum dicit Grammaticus ρσ pro ρρ ponere, Attici intelligendi sunt veteres, Thucydides et Tragici: vide Celeb. Valckenaerium ad Eurip. Phoen. vs. 55. et, rem minutam docte pertractantem, Hemsterhusium in Add. ad Thom. M. p. 535, 6. Iones, quorum dialectus cum Attica veteri aut eadem erat, aut ab ea perparum

καὶ τὸ Τυῤῥηνὸς Τυρσηνὸς [22]), *καὶ τὸ ταῤῥὸς ταρσὸς, καὶ τὸ μυῤῥίνη μυρσίνη.*

§. LXXXIII. *Τὸ συρίζειν συρίττειν, καὶ τὸ ἁρμόζειν ἁρμόττειν, καὶ τὸ σταλάζειν σταλάττειν* [23]).

---

θεᾶσθαι θᾶσθαι λέγεται. Cod. August. articulum omittit. Schaef.] qui eo magis a Nostro profectus videtur, quod, dum, omisso Pindaro, Aristophanea quaedam ex Acharn. iam hinc tractat Grammaticus, θᾶσθε in ea fabula legitur vs. 770. Θᾶσαι iterum tangit §. LXXV. Antiquissima verbi facies fuit θάω, vnde θαέω et θεάω familiam duxerunt. Θάω et θάομαι retinuerunt priscarum formarum studiosissimi Dorienses; a θαέω, θηέω, θηέομαι vel θηεῦμαι in Ionia sedem fixit; tandem θεάομαι, a θεάω, in vsum transiit communem. In his facem praetulit Cl. Valckenaerius ad Herodot. p. 571, 88. et eximia summi Viri adnotatio ad Hesychii Θαοντα, — θεωροῦντα, vnde apud eundem Lexicographum Διαθόντα, διαθρήσαντα, διϊδόντα, vnica adiecta litera persanaveris *). Τεθεαμένον reponendum Libanio Or. XIV. p. 429. A. pro τεθαμμένον **), quod in τεθαμένον insulse mutat Morellus. Θᾶσαι imperatiuus Doricus, praeterquam apud Theocritum, superest in Epicharmi Siculi fragmento apud Athen. L. III. p. 86. A. in Sophronis apud eundem L. III. pag. 106. E. et Demetrium Phal. π. ἑ. §. CXLVII. θάεο in Nossidis Epigrammate et Anytae, in Wolfii fragm. Poëtriarum p. 90. et 114. Θάμεθα e Sophrone citat Apollonius Dysc. in Excerpt. pag. 425. C. quae exempla euincunt, non aliter accipiendum esse in Inscriptione Heracleënsi I. vs. 70. θασάμενοι τὰν γᾶν ποττὰν τῶν ἐπιχωρίων. Cl. Editor θασάμενοι iniuria ad verbum τίθημι retulit p. 226. quem si nihil aliud, Doriensium saltem consuetudo reprimere potuerat, literam

*) Et facillima et verissima Hesychii correctio διαθόντα (i. e. διαθάοντα) pro διαθόντα. Millies lineolam, qua α significatur, librarii neglexerunt. Si Schowio p. 210. fides habenda, Codex dat διάθονται. Sed fortasse ipse habuit pro diphthongo αι, quod est simplex α. Conf. quae de figura litterae α supra p. 190. s. notaui. Omnino magni ad Hesychium emendandum momenti est probe nosse ductus litterarum scribendique compendia, quibus librarii decimo seculo vsi sunt. Quoties enim vitia inde nata sunt, quod voces perperam legerentur, ista palaeographiae scientia ad verum reperiendum te rectâ viâ saepius perducet. Bast.

**) Τεθεαμένος et τεθαμμένος confunduntur etiam in Polemone Soph. p. 11. ed. Poss. ταύταις καὶ Πολύζηλος ἠκολούθησε μὴ τεθεαμένος, vbi Codex Paris. 3017. male dat τεθαμμένος. Bast.

η in verbi *τίθημι* temporibus in latum illud α nunquam mutantium: forte nec in deriuatis a *τίθημι*, nam *συνθήκα* est in Tabula Heracleënsi I. 46. et passim, non *συνθάκα*. De *τέθηκα* totidem verbis id testatur peritissimus Grammaticus Herodianus in Aldi Hortis Adon. pag. 418. fin. neque id de ceteris temporibus, si melioribus Codicibus fides habeatur, minus verum est. *Θήσει*, vel *θησεῖ* potius, dabit Alcaeus*) in Apollonii Dysc. Excerptis p. 431. C. e duobus MSS. sine haesitatione reddendum Callimacho in Dorico H. in Cer. vs. 55. vt optimo exemplo *θησῶ* reduxit Cl. Ernestius in H. in L. P. vs. 121. quod plus semel est apud Theocrit. et Pindarum, quin et in aenea Tabula Heracleënsi I. vs. 88. *οὐδὲ ΓΑΙΩΝΑΣ ΘΗΣΕΙ πὰρ τὼς ὑπάρχοντας*, tametsi *θήσει* Vir doctissimus *pascet* interpretatur, posteaquam in animum induxerat, *γαιῶνας* seruos esse *terriuenales* vel *adscriptitios*. *Θησεῖ* a *τίθημι* est, et *γαιῶνες* vi formae, quae collectiua est, significare debuerunt *terrae collectiones quasdam*, siue *grumos* **): cuiuscunque tandem vsus

*) Vellem, Criticus totum illud Alcaei fragmentum nobis expediret. Codex quidem cum textu, qualem Sturzius p. 564. dedit, plane consentit. Pro *ἄφυτον* fortasse scribendum *ἄφυκτον*. Num forte *θήσει* mutandum in *Θησεῖ* (*Theseo*)? Sed nihil extundo, quod satisfaciat. Bast.

**) *Γαιὼν* hoc sensu, vt sit *sepes terrea*, Toupius (in Suid. Vol. II. p. 482.) restituit Hesychio v. *Χόρτος*, pro vulgata, *δηλοῖ δὲ καὶ . . . τὸν ὅρον ἐκ γαίων*, coniiciens, *τὸν ὅρον ἐκ τῶν γαιώνων* [in Cod. sic scriptum: *γαιῶν*, vbi compendium syllabae *ων* pro circumflexo habitum (v. Append. ad Epist. crit. p. 22.) ob viciniam acuti plane neglexerunt]. Haec coniectura mihi perplacet, cum Hesychius *γαιῶν* (a *γῆ*) scripsisse vix videatur: malim tamen *τὸν ὅρον τὸν ἐκ γαιώνων*. Conf. Schow. p. 788. Sed hoc vtut est, melior est haec Toupii coniectura alterâ (Vol. IV. p. 276.): *τὸν οἶκον ἐκ* (aut *ἐν*) *γειτόνων*. — De nominibus in *ων* desinentibus Pseudo-Herodianus in *ἐπιμερισμοῖς* MSS. haec tradit: *Τὰ ἐπὶ τέλους ἔχοντα τὸν τόνον εἰς ων ὀνόματα, εἰ μέν εἰσι περιεκτικὰ, διὰ τοῦ ω μεγάλου κλίνονται, οἷον ξενὼν ξενῶνος, ἀνδρὼν ἀνδρῶνος*, [In Lexico SG. *ἄλλος ἀλφάβητος* legitur: *Ἀνδρών· ἐπὶ τοῦ μεγάλου οἴκου. Ἡρόδοτος α.*] *παρθενὼν παρθενῶνος. περιέχει γὰρ ὁ ξενὼν τοὺς ξένους, ὁ ἀνδρὼν τοὺς ἄνδρας, ὁ παρθενὼν τὰς παρθένους. οὕτω καὶ δαφνὼν δαφνῶνος, κοιτὼν κοιτῶνος, νυμφὼν, ἱππὼν, φυτὼν καὶ τὰ ὅμοια. Φυτὼν* Lexica no-

§. XXXVII.[11]) Τὰς γενικὰς τῶν πληθυντικῶν τὰς

---

fuerint: quorum plures, quam initio adfuerant, *ponere* agri conductor vetatur. Maiore luce homines eruditi illos γαιῶνας aliquando adfundent ex Sicula terminorum tabula apud Gruter. Thes. Inscr. pag. CCXIII. vbi *ΡΟΕΙΔΙΟΝ* memoratur *ΡΕΟΝ ΑΝΑ ΜΕΣΟΝ ΤΩΝ ΓΑΕΩΝΩΝ.* Vbi, nisi malis credere vitium esse in *ΓΑΕΩΝΩΝ*, altera forma potest obseruari γαεὼν, qualis est in βολεὼν, a Phrynicho in Eclog. p. 66. reiecta in ἱστεὼν, καλαμεὼν, ἱππεὼν, et ἀνδρεών. Suspicatur autem ex Sicula ista inscriptione in Add. Mazochius, γαιῶνα loci fuisse nomen, inde dicti, *quod in eo venalicii isti degerent, aut olim habitauerint.* Credo, ἐργατώνων aliquid menti obuersabatur. Hesych. Ἐργάτωνες*), οἱ ἐν τοῖς ἀγροῖς τόποι, ἔνθα οἱ οἰκέται κοιμῶνται. Sed in γαιὼν nulla est vocis ὤνιος compositio. Ignotum Lexicis nomen collectiuum *ΕΡΕΙΠΙΩΝΑΣ* praebent Fines Latiorum Ciuitatis in Antiq. Asiat. p. 135, 5. pro *loco, vbi multae sunt parietinae,* ab ἐρείπια, quibus, praeter ceteros, vtuntur Abydenus apud Eusebium Praep. Euang. p. 416. B. Lucian. T. II. p. 44. Leui menda Hesychius liberandus est V. Ναύων, νεωρίων. Scribe: Ναυὼν, νεώριον. De similibus collectiuis videtur egisse Nicander ἐν τρίτῃ Ἀττικῆς διαλέκτου, citatus Harpocrationi V. Βολεῶνες. Koen.

11) Codd. A. B. a. b. et c. articulum τὰς ante εἰς ων stra ignorant. [Hinc nomen proprium Φύτων, vt ab ἀνδρὼν dicitur Ἄνδρων. Conf. Wesseling. ad Diodor. Sic. XIV. c. 108. Obiter Lexicis adde φυτοσπορία, quo nomine vtitur Manetho IV. v. 432. Schaef.] Alio loco idem Pseudo-Herodianus commemorat voces ἀμπελὼν, δρυμὼν, κλαυθμὼν (Schneidero sine causa visum dubiae fidei), πλατανὼν, πυξὼν (pro quo Glossae Steph. πυξεὼν dant), χαραδρεὼν et λαμεών. Vltimum si recte habet, deducendum est a λάμος, *gula.* De φελλεὼν v. Ruhnken. ad Tim. p. 270. Βοὼν, quod Schneiderus ex tab. Heracl. asciuit, a Phrynicho in Προπαρ. Σοφιστ. MS. sic explicatur: Βοῶν (leg. βοὼν), ἡ τῶν βοῶν στάσις· καὶ ἵππων (l. ἱππὼν), ἡ τῶν ἵππων. Etymol. M. p. 203, 9. Ἄρνη . . . . τεκοῦσα αὐτὸν, λαθεῖν βουλομένη τὸν πατέρα, ἔῤῥιψεν εἰς βοῶνα. Bast.

*) Scribendum ἐργατῶνες: nec magis hic vlla vocis ὤνιος compositio. Schaef.

εἰς ων ληγούσας[12]), *διὰ τοῦ αν προφέρουσιν, ἀντὶ τοῦ λέγειν μουσῶν καὶ πασῶν μουσᾶν καὶ πασᾶν λέγοντες.*

§. XXXVIII.[13]) *Τὸ μὴ ἐστὶ μή 'στι*[14]) *λέγουσι, κιρνῶντες τὸ η καὶ ε εἰς η. ὡς Ἀριστοφάνης·*

Αἰ μή 'στιν οὗτος χοῖρος — —

ὥςπερ καὶ τῇ ἐμῇ τῇ 'μῇ, ὡς καὶ οἱ Ἀττικοί.

---

omittunt. Cod. B. desinit in vocibus *διὰ τοῦ αν προφέρουσιν.* Ad finem articuli in Cod. A. *λέγοντες* deest. Cod. b. post *ληγούσας* addit *καὶ περισπωμένας.* Deinde Codd. a. b. et August. *προφέρουσι* (August. *προφέρουσιν*), *καὶ ἀντὶ τοῦ λέγειν μουσῶν μουσᾶν λέγουσι.* Cod. c. *προφέρουσιν οἱ Δωριεῖς, μουσᾶν λέγοντες ἀντὶ τοῦ μουσῶν, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Αἴαντι· Ἁλιαδᾶν, καὶ Εὐριπίδης· κακᾶν βίων διαγωγὴν, ἀντὶ τοῦ ἁλιαδῶν καὶ κακῶν βίων* (sic). SCHAEF.

12) *εἰς ων ληγούσας*] *εἰς ων λ. καὶ περισπωμένας* editt. vulgatae, inuitis MSS. quibus morem gessi. Vltima e Voss. constitui, consentientibus fere Regiis, quorum B. in his desinit. Vulgo — *προφέρουσι, καὶ ἀντὶ τοῦ λ. μουσῶν μουσᾶν λέγουσι.* Doriensium iste mos notior est, quam vt operosa adsertione indigeat. Vbi in Aristophanis Nub. vs. 338. editur *κρέατ' ὀρνίθειά γε κιχλᾶν,* priscam lectionem, praeter Athenaeum L. II. p. 64. F. et Eustathium ad Hom. Od. X. p. 1934, 17. conseruauit optimum Etymologicum MS. Leidense: *Κιχήλας, κίχλας, πλεονασμῷ τοῦ η κιχήλας· Ἀριστοφάνης· κρέατ' ὀρνίθεια κιχηλᾶν, Δωρικῶς ἀντὶ τοῦ κιχηλῶν ἤγουν κιχλῶν.* In Dorica Lysidis Tarentini Epistola apud Iamblich. de V. P. p. 64, 1. pro *οἱ πολλοὶ τῶν σοφιστῶν,* MS. Cizensis genuinam praefert lectionem *τοὶ πολλοὶ τῶν σοφιστᾶν.* — Ceterum ex ordine patet, hanc Nostri obseruationem pertinere ad Aristoph. Acharn. vs. 772. vbi *θυμιτᾶν ἁλῶν* Schol. reddit *θυμιτῶν.* KOEN.

13) Articulos XXXVIII — XLI. Codd. a. et b. omittunt. Cod. c. *λέγουσιν οἱ Δωριεῖς, κιρνῶντες* etc.: deinde *ὡς καὶ Ἀριστ.*: post *ὥςπερ καὶ τῇ 'μῇ ἀντὶ τοῦ τῇ ἐμῇ,* ceteris omissis. Cod. August. non habet *λέγουσι,* deinde

§. XXXIX. Τὸ εἶναι εἴμεναι [15]) λέγουσι, πρὸ τῆς ναι τιθέντες τὴν με.

---

dans ὥςπερ καὶ Ἀριστοφάνης, omittensque Αἲ -- οἱ Ἀττικοί. Idem post hunc articulum habet haec: Τὸ διψᾷν διψῆν λέγουσι, τὰ ἀπαρέμφατα τῆς β τῶν περισπωμένων συζυγίας διὰ τοῦ η ἐκφέροντες. καὶ τὸ σιγᾷν σιγῆν, καὶ τὸ πεινᾷν πεινῆν. Schaef.

14) μή 'στι] μῆστι editi, qui mox habent ὥςπερ καὶ Ἀ. μῆστιν οὗτος χ. ceteris omissis. Reg. A. Τὸ μὴ ἐστὶ μὴ 'στι λέγουσιν, ὥςπερ καὶ τῇ ἐμῇ τῇ 'μῇ οἱ Ἀττικοί, nec male. Τᾷ 'μᾷ est in Anytae Epigrammate, in Wolfii fragm. Poëtriar. p. 110. τῇ 'μῇ in Euripidis Hecub. vs. 584. cui geminum vnicum enotabo *ΕΝ ΤΗΠΑΡΗΙ*, i. e. ἐν τῇ ἐπάρῃ, e Teïorum Diris Antiq. Asiat. p. 98, 34. vbi et vs. 36. est *ΗΠΑΡΗ* pro ἡ ἐπάρη. In Tragicis et Comicis praesertim Atticis post literam η sic solet ε ψιλὸν elidi: vid. Cl. Valckenaerius ad Eurip. Phoen. vs. 408. e cuius Tragici Med. vs. 1312. ἐντὸς, ἢ 'ξωθεν δόμων fluxisse videtur Hesychianum: Ξῶθεν, ἔξωθεν. Post α Doricum idem obtinet in Αὕτα 'στὶ χοῖρος in Aristoph. Acharn. vs. 781. vbi addenda est nota interrogandi. Ab his paulo diuersam Synaloephen Doricam non animadverterunt Homines Eruditi in Allariotarum decreto Antiq. Asiat. p. 137, 3. οὓς ἀπεστείλατε πρεσβεύσοντας περὶ *ΤΩΣΥΛΩ* ποθ' ἀμέ. i. e. περὶ τῶ ἀσύλω, quapropter necesse non est, vt [α] cum doctiss. Chishullo addatur: *ΚΑΘΗΜΕΝΟ ΤΩΓΩΝΟΣ* pro καθημένω τῶ ἀγῶνος ostentant Teïorum Dirae p. 98, 32. Fuit tamen, cum in Allariotarum decreto coniicerem *ΠΕΡΙ ΤΩ ΞΥΝΩ*, i. e. *magnai reipublicai gratia*, vt ait Plautus Mil. Glorios. II. 1. 25. nam *ΣΥΜΩ* exhibet Montefalcon. Diar. Ital. C. V. p. 72. — Αἲ μή 'στιν οὗτος χ. legitur in Acharn. vs. 773. MS. Vatic. ob Aristophanis nomen, hic et §. XLI. occurrens, intermedia praetermittit. Koen.

15) εἴμεναι] Editt. prior. tantummodo Τὸ εἶναι εἴμεναι, et post §. sequentem. Dixi ad §. XVII. pertinere ad Acharn. vs. 775. vbi ἥμεναι editur, εἴμεναι Noster videtur inuenisse in suo exemplari, quod pari ratione est ab εἶμεν, qua alterum ab ἦμεν. Koen. Cod. c. παρὰ

§. XL. Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν αὐτὸν νιν [16]) λέγουσι.

§. XLI. Τὸ χρὴ χρῆσθα [17]), καὶ τὸ σιγᾷν σιγῆν λέγουσιν. ὡς παρ' Ἀριστοφάνει·

Οὐ χρῆσθα σιγῆν [18]) — —

ἀντὶ τοῦ, οὐ χρὴ σιγᾷν. οὕτω τὸ διψᾷν διψῆν, καὶ τὸ πεινᾷν πεινῆν.

τοῖς Δωριεῦσι τὸ εἶναι εἴμεναι λέγεται. Cod. August. articulos XXXIX — XLI. omittit. SCHAEF.

16) νιν] νιν λέγουσιν οἱ Δωριεῖς editi. Respicit Grammaticus Acharn. vs. 775. σὺ δὲ νιν ἦμεναι τίνος δοκεῖς; Ἦ λῆς ἀκοῦσαι φθεγγομένας; vbi φθεγγομένας secundus casus est Doricus singularis, non, quod Interpres putauit, quartus pluralis. In venustissimis Ibyci versibus, quos e Schol. Platonis edidit Fulu. Vrsinus in 7 Lyricor. carm. p. 115. pro Ἦ μὰν τρομέων ἶν ἐπερχόμενον, repone Ἦ μὰν τρομέω νιν ἐπ. Cognatae autem videntur voculae νιν, μιν et veterum Latinorum *im*. In Hesychio pro Εἵ μιν, ἑαυτὸν, legerim Εἵ μιν, εἰ αὐτὸν, vt Εἰ σφῶϊν, εἰ ὑμῶν. KOEN. Cod. c. hunc articulum omittit. SCHAEF.

17) χρῆσθα] Meerm. χρῆστα, omisso Comici loco. KOEN. Cod. A. verba λέγουσιν, ὡς παρ' vsque ad οὐ χρὴ σιγᾷν omittit: deinde dat οὕτω καὶ τὸ διψᾷν διψῆν etc. Cod. c. Τὸ χρῆσθαι χρᾶσθαι εἴωθεν λέγεσθαι παρ' αὐτῶν: post quae dat hunc articulum: Οἱ Δωριεῖς τὸ σιγᾶν σιγῆν λέγουσι, τὸ πεινᾶν πεινῆν, καὶ τὸ διψᾶν διψῆν, ὡς παρ' Ἀριστοφάνει εὕρηται, λέγοντι, οὐ χρή σε σιγῆν. SCHAEF.

18) Οὐ χρῆσθα σιγῆν] Insignis haec est lectionis discrepantia; nam in Aristophane vs. 778. vulgatur οὐ χρῆσθα σιγᾶς. Σιγῆν ego non temere reiiciendum arbitror, siquidem χρῆσθα speciem habet secundae personae verbi agentis; quales sunt ἦσθα, ἔφησθα, et sim. de quibus Noster §. VI. de Dial. Aeol. quando infinitiuus σιγῆν per erit commodus. Praeterea haec infinitiui forma, Atticis et Ionibus non infrequens, Doriensibus quoque valde fuit vsitata, αι in multis in η contrahentibus: vid. Etymologus M. p. 201, 54. p. 352, 7. etc. Conf. infra §. XLV. LXXIX. Πεινῆν est in Dorica Aristippi Epistola Ep. Socratic. IX. p. 26. Διψῆν, διψᾷν, Hesychio

reddendum arbitror pro *Δίψην, δίψαν.* *Ἀγαπῆν* habet Callicratidas apud Stob. S. LXXXIII. p. 486, 42. *ὁρῆν* Laco in Aristoph. Lysistr. vs. 1079. Rarissimum est *Ῥογκιῆν, ῥέγκειν,* Epicharmi apud Hesych. et *πλαδδιῆν* in Comici Lysistr. v. 171. ita enim scribendum esse pro *πλαδδικῶ* *), praesertim cum *πλαδδιεῖν* habeat Suidas in V. et in *Ῥυχάχετον*, forma verbi monstrat, quae de vere Doricis est, hac occasione nonnullis illuminanda. Nempe vsitata est verborum forma in *έω*, in *ῶ* vulgo contracta: hanc per *ιάω, ιῶ,* efferre inprimis erat Laconum, Siculorum et Italiotarum. **) *Ἐπαινιῶ* Laconi tribuit, gentis morem obseruans, Aristophanes in Lysistr. vs. 198. pro *ἐπαινέω.* *Ἀδικιῶ* et *μετριῶ,* quae *ἀδικέω* et *μετρέω* enunciat vulgus Graecorum, debentur tabulae Heracleënsi I. vs. 90. II. vs. 18. et 45. In *μογίομες* et *λυχνοφορίοντες* in Aristoph. Lysistr. vs. 1001. et 1002. a *μογέω* et *λυχνοφορέω*, lenem medelam metrum non recusat. Pertinent huc Hesychianae Glossae *Πονιῶμεν, πονῶμεν,* et *Παμμωχιῶν, κεκτημένος.* Prius est a *πονιάω, ῶ,* pro *πονέω,* alterum a *παμμωχιῶ* vel *παμωχιῶ, dominus sum, possideo,* pro *παμωχέω* a *πάμωχος,* [ὁ *κύριος* Hesychio]. Idem verbum *παμωχιῶ* ad posteritatem tra-

*) *Πλαδδικῶ* illud inde natum, quod verum *πλαδδιῆν,* compendiose scriptum, perperam legeretur. Scilicet *η* habuerunt pro *κ*, (quod ob harum litterarum in antiqua scriptura similitudinem facillime fieri potuit,) lineolamque finalem, quae significat *ν*, confuderunt cum hoc signo (˜), quae nota est tachygraphica litterae *ω*. Bast.

**) Verbis in *έω, ῶ,* desinentibus, pro quibus Lacones etc. dixerunt *ιάω, ιῶ,* fortasse adnumerandum *φλοιδεῖν* et *φλοιδιᾶν.* Posteriorem formam nouimus ex Hesychio, qui interpretatur *πεπρῆσθαι:* priorem ex Lycophronis v. 35., vbi legitur *φλοιδούμενος*, quod malim cum Reichardo (Ind. Lycophr.) a *φλοιδέω*, quam cum Schneidero (Lex.) a *φλοιδόω* deriuare. Codex SG. 345., qui etiam Scholia ad Lycophronem tenet, *φλοιδούμενος* interpretatur verbis *φλογιζόμενος, φλεγόμενος.* — Ceterum verba haec in *ιᾶν* desinentia, si vim earum et significationem respicias, probe discernenda a verbis desideratiuis, quorum aliquot item terminantur syllabis *ιᾶν.* Huiusmodi sunt e. c. *κουριᾶν*, i. e. *ὀρέγεσθαι κουρεύεσθαι* (Liban. IV. p. 625.), siue, vt Grammaticus Hermann. p. 398. ait: *κοριῶ* (corr. *κουριῶ*) *κουρᾶς δέομαι*, it. *ξυριᾶν*, multaque alia, de quibus v. ckenaer. in N. T. p. 344. Bast.

§. XLII. [19]) Τὸ οἴκαδε οἴκαδες [20]) φασί.

misit Heracleënsis Tabula I. vs. 120. inde praeclare a doctissimo Mazochio erutum in eiusdem Tabulae fragmento Britannico vs. 14. Epicharmi quoque ῥογκιῆν est a ῥόγκος, ῥογκέω, ῥογκιάω, ῶ. Etsi autem in talibus is flexus frequentior fuerit, [in vsum communem receptus in ἀκηδιῶ ab ἀκηδέω, et κατηφιῶ a κατηφέω, vid. Eustath. ad Homeri Il. Ψ. p. 1288, 16. Γειτονιᾷν pro γειτονεῖν tribuit Theopompo Lexicon in Biblioth. Coisl. p. 482.] in aliis tamen etiam verborum formis videtur locum inuenisse: saltem a communi πλάσσω, quod πλάζω erat Tarentinis, πλάσδω ceteris Doriensibus, πλάδδω Laconibus, originem traxisse πλαδδιῶ, *nugor, delicias facio.* Hinc πλαδδιῆν eadem ratione nascetur, qua ab ἀγαπάω ἀγαπῆν, ab ὁράω ὁρῆν, et imperatiuus πλαδδίη in Comici Lysistr. vs. 989. μηδ' αὖ πλαδδίη, *noli nugari,* quales imperatiuos Doricos alios, πάδη, ἐρώτη, ὅρη supra attigi ad §. IV. πλαδδίη in eo loco vulgo aliter accipitur, et tertiae personae esse creditur, etiam ab Hesychio V. Πλαδίη, sed iusta analogia contra quaeuis Grammaticorum somnia facile tenet. Vbi in Hesychio praeclare Is. Vossius, Vir magnus, emendat Ἀμπίτταρ, [i. e. ἀμφιστὰς,] παρατάττόμενος, vulgatum Ἀμπίτιαρ, siue Ἀμπίττιαρ praeferatur, ad parem classem verborum in ιῶ pertineat. Futurum auguror, vt ex adfini idiomate illustrent Viri docti in Tabula Heracleënsi I. vs. 104. αἰ δέ χ' ὑπὸ πολέμω ἐγ⊏ηληθιῶντι, ὥςτε μὴ ἐξῆμεν τὼς μεμισθωμένως καρπεύεσθαι, ἀνεῶσθαι τὰν μίσθωσιν. et δένδρεα ἐνδεδιωκότα in eiusdem Tabulae I. vs. 73. Istroniorum decretum in Antiq. Asiat. praebet futura πραξιόμεν, χαριξιόμεθα, συνδιαφυλαξιόμεθα p. 110, 14. 15. et p. 111, 13. Συνδιαφυλαξιόμεν vulgauit, parte istius decreti mendosissime edita, Franc. Hesselius in Appendice Praef. ad M. Gudii Inscript. n. VII. Ἐμμενιῶ, βοαθησιῶ et προλειψιῶ sunt in iureiurando Latiorum pag. 136. Koen.

19) Cod. c. τὸ οἴκαδε οἴκαδες λέγουσιν οἱ Δωριεῖς. Schaef.

20) οἴκαδες] οἴκαδι Regius, forte pro οἴκαδις, vt Megarensis pronunciat in Acharn. vs. 779. Sed οἴκαδες

§. XLIII. [21] Τὸ τὺ ἀντὶ τοῦ σὺ καὶ σὲ λέγουσι. ὡς τό·

Πάλιν τύ γ' ἀποισῶ [22]) — —

ἀντὶ τοῦ, σὲ ἀποκομίσω.

---

est vs. 742. praeterquam in Farrei ed. quae et ibi οἴκαδις habet, monitore Berglero. [Hoc etiam loco οἴκαδις dedit Brunckius e tribus Codd. et primariis editionibus. SCHAEF.] Οἴκαδες Doriensibus tribuit Etymologus M. p. 617, 24. et iterum tangit Noster §. CLXIX. felici coniectura a doctissimo A. Heringa Obs. Cap. XXXII. p. 300. restitutum in Epicharmi Siculi fragmento apud Athen. L. VI. p. 236. A. Ἐπεὶ δὲ χ' ἧκον οἴκαδες καταφθαρεὶς Ἄστρωτος εὕδω, nam Ἄστρωτος εὕδω, *sine stragulis dormio,* illic egregie Cl. Valckenaerius emendat, pro vulgato Ἄτρωτος εὕδω. [Conf. Toupii Addenda in Theocrit. p. 406. b. SCHAEF.] Vtrumque autem, et οἴκαδες et οἴκαδις, dici potuit, vt χαμάδες et χαμάδις. KOEN.

21) Codd. a. et b. τὸ σὲ τὺ λέγουσι, καὶ πάλιν τύγ' ἀποισῶ. Cod. c. Λέγεται παρὰ τῶν Δωριέων καὶ τὸ σὲ τὺ, ὡς τὸ πάλιν etc. Cod. August. καὶ τὸ σύ τύ. ὡς τὸ τύ δ' ἀποισῶ. SCHAEF.

22) ὡς τό· Π. τύ γ' ἀπ.] Sic Reg. nisi quod omittit πάλιν, in editis et Voss. (qui et τὺ γὰρ ἀπ.) male ad praecedentia relatum; est enim πάλιν τύ γ' ἀποισῶ in Acharn. vs. 779. In Vatic. propter idem verbum λέγουσι, hic et in §. sequenti obuium, intermedia omnia omittuntur. Τὺ quarto casu est in Cleobuli Ep. apud Diog. Laërt. I, 93. καὶ τοὶ ἑταῖροι δὲ ἑκαστόθεν πὰρ τὺ βασοῦνται. Perperam vulgatur πάρ τοι. — Literam σ cum τ in compluribus Dorienses commutabant: nonnulla indicauit Noster §. LIX. LXVII. LXXXII. et LXXXVIII. quibus alia addi possent permulta. Pertinet eo in Hesych. etiam Γελοδυτία, ἡλιοδυσία. Sed Ἐπουτὶς, οὐσία παρὰ Ῥοδίοις an indidem sit accipienda, quod fecit Guietus, equidem nescio: probabile autem videtur, scribi saltem debere Ἐπουτὶς, θυσία παρὰ τοῖς Ῥοδίοις. Non repudiabunt hanc suspicionem, qui meminerint περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ θυσιῶν data opera libros integros composuisse Theognidem et Georgiam: vid. Meursius in Rhodo I. 16. pag. 51. Eandem mendam, saepenumero ab Hominibus

Eruditis sublatam *), occasionem credo dedisse corrumpendo Xenophontis Ephesii loco L. II. p. 36, 11. ἔλαβε δὲ [καὶ] τὴν Ἀνθίαν Περίλαος, καὶ πυθόμενος τὴν μέλλουσαν ἠλέησεν, vbi simplicissima videtur emendatio: καὶ πυθόμενος τὴν μέλλουσαν ΘΥΣΙΑΝ**), [sacrificio nempe destinata erat Anthia, vid. p. 35. l. 21. 23. et 24.] ἠλέησεν, pro quo cum ΟΥΣΙΑΝ sollemni errore scriptum esset, hoc a duabus postremis syllabis vocis μέλΛΟΥΣΑΝ fuit absorptum; quod genus corruptelae plurima Veterum loca infecit, et Inscriptionem Corcyr. VI. in Montefalconii Diario Ital. p. 423. ΠΑΡΜΕΝΙΣΚΟΝ ΛΑΚΙΠΟΥ ΤΟΝ ΕΑΥΤΗΣ ΑΝΔΡΑ ΙΣ ΤΑ ΛΥΣΑΝΙΟΥ. L. — ΑΝΔΡΑ ΑΡΙΣΤΑ ΛΥΣΑΝΙΟΥ. Correctionem certam praestat prior Inscriptionis pars: Η ΠΟΛΙΣ ΑΡΙΣΤΑΝ ΠΑΡΜΕΝΙΣΚΟΥ ΜΕΝ ΓΥΝΑΙΚΑ ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΔΕ ΛΥΣΑΝΙΟΥ. Phauorinus apud Stob. S. IV. p. 57, 13. dixisse traditur: τοὺς ἀνθρώπους πῇ μὲν εἶναι γελοίους, πῇ δὲ ἐλεεινοὺς, πῇ δὲ μισητούς· γελοίους μὲν θρασύτητι μειζόνων ὀρεγομένους· μισητοὺς δὲ ἐπιτυχόντας· ἐλεεινοὺς δὲ ἁμαρτάνοντας. Quae his in alio Cod. addi notat Gesnerus, ζηλωτοὺς δέ ποτε, dignam dabunt Philosopho sententiam, duabus syllabis repetitis, ζηλωτοὺς δὲ οὐδέποτε. Perictyones quaedam verba ***), sed emendata, adscribam e Stobaei S. LXXXIII. pag. 488, 35. in quibus cum huius generis menda obtinet, tum θυσίην perperam pro οὐσίην editur: γυνὴ γὰρ ἄνδρα φιλέουσα καὶ τἀνδρὸς πρήσσουσα κοηγύως, ἁρμονίη ὑπάρχει. — ἐπὴν δὲ μὴ φιλέῃ, οὔτε οἶκον, οὔτε παῖδας τοὺς ἑωϋτῆς, οὔτε θεράποντας, οὔτε οὐσίην ἥντιναῶν ἐθέλει σῴαν ἐσιδέειν, φθορὴν δὲ πᾶσαν ἀγέεται, ὡς πολεμίη ἐοῦσα, καὶ τὸν ἄνδρα εὔχεται τεθνᾶναι, ὡς ἐχθρόν. Tum de vxore huic opposita l. 46. οὐ μοῦνον ἐθελήσει τὸν ἄνδρα, ἀλλὰ καὶ παῖδας, καὶ συγγενέας, καὶ δούλους, καὶ τὴν οἰκίην ξύμπασαν [σῴαν]. Postremam vocem dictorum nexus postulat adiectam: notum satis est Horatii illud Sat. I. 1. 84. *Non vxor sal-*

*) Exempla vide apud Kusterum ad Aristophan. pag. 105. b., Wesselingium ad Diodor. Sic. T. I. p. 267, 14. p. 270, 55. et Valckenarium ad Schol. in Euripid. Phoeniss. pag. 627. a. SCHAEF.

**) Pro θυσίαν legendum ex Codice Florent. συμφοράν. BAST.

***) Conf. Iacobs. Animaduers. in Stobaeum p. 286. SCHAEF.

§. XLIV. [23]) Τὴν πρὸς ποτὶ λέγουσιν, εἶτα καὶ τὸ ι ἀποκόπτουσι.

Ποττὰν ματέρα (φησὶν Ἀριστοφάνης) εἰκασθήσεται [24]).

---

vum te vult. Priora Perictyones comparanda ad Euripidis Medeam vs. 112. ὦ κατάρατοι Παῖδες ὄλοισθε στυγερᾶς ματρὸς Σὺν πατρὶ, καὶ πᾶς δόμος ἔῤῥοι. Koen.

23) Codd. a. et August. τὸ πρὸς ποτὶ λ. Tum Codd. a. b. et August. εἶτα καὶ τὸ ι ἀποκόπτουσι, ποττὰν (August. πο τὰν) ματέρα etc. Et sic dedi pro Koeniana scriptura εἶτα καὶ τὸ τι ἀποκόπτουσι. Πο τὰν ματέρα etc. Cod. c. ἀντὶ τῆς προς προθέσεως ποτὶ λέγουσιν οἱ Δωριεῖς, καὶ τὸ ι ἀποκόπτουσιν, ὡς παρ' Ἀριστοφάνει· ποτὰν ματέρα εἰκασθ. Cod. A. omittit verba φησὶν Ἀριστ. εἰκασθ. Schaef.

24) Πο τὰν ματέρα —— εἰκ.] Sic constanter MSS. [nisi quod in Meerm. exemplum deest] et editt. atque ita scripsisse Grammaticum, ostendit illud τὸ τι ἀποκόπτουσι. Ποττὰν ματέρα Megarensis extulit in Aristoph. Acharn. vs. 783. Doriensium more, de quo vid. Cl. Dukerus ad Thucyd. V. p. 363, 29. Vnicum adponam, in quo ποττὰν recte legitur, Ecphantae Pythagorici locum ex Stobaei S. XLVI. p. 332, 46. vt eum turpi menda liberem: συμπνείουσα γὰρ οὕτω καὶ συνδεδεμένα [Natura,] τὰν ἀρίσταν τε ἅμα καὶ ἀναγκαίαν ἀκολουθίαν ὁπηδεῖ, ῥύμα τῷ παντὸς περιαγομένα, ποτί τε τὰν κοινὰν εὐκοσμίαν καὶ ποττὰν ἴδιον ἑκάστῳ διαμονὰν etc. Vulgatur περὶ αὖ γενομένα.*) Simili vitio in eodem verbo laborat Polidicus apud eundem Stob. S. XLI. p. 242, 46. Τὰ κατὰ τὴν πόλιν χρεὼν τῶν λοιπῶν μέγιστα ἡγεῖσθαι, ὅκως αὔξεται εὖ. L. ὅκως ἄξεται εὖ, nam in eodem fragmento l. 49. est πόλις εὖ ἀγομένη. Koen.

*) Bastius: „Ex vulgata scriptura Schaeferus Melet. Crit. I. p. 113. extudit περιαγεομένα, quod verissimum puto." Ἡγεόμενον passiue dictum legas etiam in Herodoto III. c. 14. μαθὼν τὸν παῖδα ἡγεόμενον ἐπὶ θάνατον. vbi tamen alii habent ἀγεόμενον, quod Wesselingius non inepte cum συμβαλλέομαι confert. Schaef.

§. XLV.[25]) Τὸ καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ κὴκ τοῦ αὐτοῦ φασὶν, ἐκθλίβοντες τὸ ι, εἶτα τὸ ᾱ καὶ ε̄ εἰς η̄ κιρνῶντες[26]), ὡς ἔζαε ἔζη, ἐκίρναε ἐκίρνη, καὶ τὰ παραπλήσια. τοῦτο καὶ Ἀττικόν ἐστι καὶ Ἰωνικόν.

---

25) Cod. A. omittit ἐκίρναε — τὰ παραπλήσια: tum habet ἔστι δὲ τοῦτο καὶ ἀττικὸν καὶ ἰωνικόν. Cod. a. εἶτα τὸ ᾱ καὶ τὸ ε̄ etc. Deinde Codd. a. et b. τοῦτο δὲ καὶ Ἀττικὸν — Cod. b. καὶ ἰωνικὸν ἐστί. Cod. c. omittit καὶ τὰ παραπλήσια, habetque τοῦτο δὲ καὶ ἀ. ἐ. κ. ἰωνικόν. Cod. August. pro κὴκ dat κὰκ: pro εἰς η̄, εἰς α μακρὸν: pro ἔζαε et ἐκίρναε, ἔζαεν et ἐκίρναεν: denique pro τοῦτο καὶ Ἀττικόν, τοῦτο δὲ Ἀττικόν. SCHAEF.

26) εἶτα — κιρνῶντες] καὶ κιρνῶντες τὸ ᾱ καὶ ε̄ εἰς η̄, ὡς ἔζαε ἔζη Reg. Ceterae variationes momenti sunt plane nullius. Quandoquidem vero hic de κὴκ, ex καὶ ἐκ contracto [vid. ad §. XIV.], agitur, et continuo ordine §. seq. τωὐτοῦ sequitur, Doricam saltem lucrabimur lectionem in Aristophanis Acharn. vs. 790. Ὁμοματρία γάρ ἐστι, κὴκ τωὐτοῦ πατρὸς, pro vulgata κὴκ ταὐτοῦ πατρός. [Δωρικώτερον etiam in Brunckiana: κὴκ τωυτῶ πατρός. Brunckius ad h. l.: „τωυτῶ. Vulgo ταυτοῦ. In A. B. τωυτοῦ. Sincerum et ad dialecti normam exactum est, quod dedimus.“ SCHAEF.] Τωὐτοῦ disyllabum est et in Pindari Olymp. XIII. vs. 52. Αἰ γὰρ ἆμιν τωὐτῶ μέλοι Alcman in Apollonii Dysc. Excerpt. p. 430. A.*) nam sic legendum videtur, *si enim nobis eadem res curae sit.* In Dorica Sophistae Anonymi Dissert. V. p. 728, 27. collectionis Mythol. Galei, pro καὶ τἄλλα κατὰ τοῦτο, scribendum est κατὰ τωὗτὸ, et καττωὗτὸ pro τοῦτο Diss. I. p. 707, 2. quemadmodum bene editur Dissert. IV. p. 723, 25. p. 725, 27. Pag. 721, 18. est καὶ τωὐ-

*) Apollonii Codex habet: αι γαρ αμιν τωυτων μελοι, pro quo Koenius et Valckenaerius (ad Theocr. Adon. pag. 237. A.) optime sic legunt: αἰ γὰρ ἅμιν τωὐτῶ μέλοι. Sturzius p. 562. dicit, Koenium scribere ἅμιν: sed in exemplari quo vtor clare legitur ἅμιν. Hermannus de emend. rat. gr. gr. p. 80. corrigit αἰ γὰρ ἅμιν τούτων μέλοι, quae correctio mihi quidem non magis placet, quam alia emendatio Apollonii ibidem expromta. BAST.

§. XLVI. Τοῦ αὐτοῦ τωὖτοῦ λέγουσι [27]).
§. XLVII. Τὸ κρέας κρῆς ὀνομάζουσι [28]).
§. XLVIII. Τὸ ὀβελὸς ὀδελὸς λέγουσι.
§. XLIX. [29]) Περισπῶσι τοὺς μέλλοντας, τὸ ἀποίσω ἀποισῶ λέγοντες, τὸ λήψω λαψῶ [30]). Θεόκριτος·

Αἴκα τῆνος ἕλῃ κεραὸν τράγον, αἶγα τὺ λαψῇ.
τὸ κομίσω κομισῶ, καὶ τοὺς λοιπούς.

τὸ, sed καττωὖτὸ recte vulgauit I. A. Fabricius Biblioth. Gr. XII. p. 627. Koen.

27) Τοῦ αὐτοῦ τ. λ.] Codd. a. et b. pro τωὖτοῦ habent τώὖτοῦ. Cod. c. Τῶν Δωριέων διάλεκτος ἀντὶ (Bastius: „add. τοῦ") εἰπεῖν σεαυτοῦ σωὖτοῦ λέγουσι (Bastius: „corr. λέγει"), καὶ τοῦ αὐτοῦ τώὖτοῦ. Cod. August. τὸ αὐτοῦ ὤὖτοῦ λέγουσι. Schaef.

28) κρῆς ὀνομ.] Deest ὀνομάζουσι in Reg. [Cod. b. καὶ τὸ κρέας etc. Schaef.] Pertinet ad Aristoph. Acharn. vs. 795. Κρῆς, praeterquam eo in loco, et apud Theocrit. Eid. I. vs. 6. vbi in κρέας propendet Heinsius Lect. Theocrit. Cap. II. p. 295. ob versum Bucolicum, est etiam in Sophronis versibus apud Athen. L. III. p. 87. A. — Quod sequitur, Τὸ ὀβελὸς ὀδελὸς λ. ex Acharn. vs. 796. in vulgatis editt. et Vatic. [it. a. b. c. et August. Schaef.] non comparet: proxime conuenit Cretensium Ὀδολκαὶ, pro ὀβολοὶ, apud Hesychium. Koen.

29) Cod. a. περισπ. τ. μ. τὸ ἀπ. ἀπ. λέγοντες, nihil praeterea addens. Eodem modo Cod. August. etiam articulum τὸ omittens. Cod. b. ἔτι περισπ. τοὺς μέλλοντας, ceteris omnibus omissis. Cod. c. παρὰ τῶν Δωριέων περισπῶνται οἱ μέλλοντες ἀποισῶ λεγόντων ἀντὶ τοῦ ἀποισῶ (sic Bastii mei collatio: fortasse scribere voluit ἀποίσω), ὡς καὶ παρὰ τῷ θεοκρίτῳ· μετὰ πάνα τὸ δεύτερον ἆθλον ἀποισεῖ, nihil praeterea habens. Schaef.

30) τὸ λήψω etc.] Editi et Vatic. tantummodo: περισπῶσι τοὺς μ. τὸ ἀ. ἀ. λέγοντες. Regius: π. τ. μ. τὸ ἀπ. ἀπ. λήψω λαψῶ, ceteris, quibus e Voss. Grammaticum auxi, neglectis. Theocriti versus est Eid. I. 4. in quo κεραὸν ἕλῃ hic Voss. Sed referendus est articulus ad ἀποισῶ in Aristophan. Acharn. vs. 779. Doriensium consuetudinem attigit Cl. D'Oruillius in Charit. p. 524. Ab his Aeo-

§. L.[31]) *Τὸ τί μὴν σαμὰν*[32]) *λέγουσι.*

---

les, qui in multis erant *βαρυντικοὶ*, hic diuersi abibant, etiam futura, quae alii circumflectunt, *βαρυτονοῦντες*. Vid. Io. Diaconus ad Hesiodi S. H. vs. 67. Koen.

31) Cod. a. habet *τιμὴν σαμὰν*. Cod. b. articulum omittit. Cod. c. *ὅτι μὴν, σὺ μὰν λέγουσιν οἱ Δωριεῖς*. Cod. August. *Τὸ τιμὴν τιμὰν λέγουσι.* Schaef.

32) *σαμὰν*] Aristoph. Acharn. vs. 784. et 757. vbi Scholiastes etiam dicit esse pro *τί μήν*. [V. 757. Brunckius dedit *σὰ μάν;* sed v. 784. rectius *σά μάν;* Ad priorem locum haec notauit: „*σὰ μάν;* Sic diuisim in membr. et in margine cod. B. cuius in contextu est *τί μάν*. In C. *σὰ μέν*. Auctor Etymol. M. p. 157. l. 48. *σὰ, ὅ ἐστι Μεγαρικὸν, δηλοῦν τὸ τινά*. Vulgo coniunctim *σαμάν;* Schol. *σαμὰν δὲ, ἀντὶ τοῦ τί μήν; τί γὰρ ἄλλο καταλείπεται ἢ τοῦτο;*" Coniuncta scriptura, *σαμάν;* nullo pacto tolerabilis. Schaef.] Patet inde, recte *τί μὴν* et *σαμὰν* me dedisse e Vatic. quocum fere facit Voss. in quo *σαμὲν* superscripto *α*. Priores editt. [nam a Regio haec exsulant] *Τὸ τιμὴν τιμὰν*, ceu accusatiuus Doricus in *αν* duntaxat notatus fuisset. *Τί μὴν* cum ab aliis, tum a Xenophonte fuit frequentatum: vid. Cyrop. L. II. p. 40. A. p. 47. B. et Hist. Gr. L. VI. p. 592. D. E. In Etymologo M. p. 758, 37. e MS. Leidensi legendum: *Τί μήν; τί γάρ; τί οὖν;* etc. Vulgo *τί μὴν* male deest. Conf. Suidas in V. *Τί μὰν* adhibuit Epicharmus apud Eustath. ad Homeri Od. A. p. 1398, 19. Sophron apud Etymol. M. p. 737, 3. [Nicarchus Epigr. XXXI. v. 1. Schaef.] *Quid vero?* Cicero in Catil. III. 9. Voculae Glossematicae *σαμάν;* vel *σά μάν;* potius, illustrandae nihil opportunius est, quam quod e Pindaro enotauit Noster §. XXIII. *τά* pro *τί* positum: nam et *σί* pro *τί* Cypriis tribuit Hesych. V. *Σίβολε*. *Τ* in *σ* eadem ratione migrasse videtur in *σί* et *σά*, qua in Dorico *σᾶτες* pro *τῆτες* apud Hesych. Etymol. M. p. 711, 45. et in Geloorum decreto Siculorum D'Oruillianorum P. II. p. 517, 9. Conf. Kuhn. ad Polluc. VI. 73. Doricum *μὰν* iure Aristophani redonarunt in Lysistr. vs. 144. Viri eruditi: *Χαλεπὰ μὲν, ναὶ τὼ Σιώ, — Ὅμως γα μὰν, δεῖ*

§. LI. [33]) *Καὶ τὸ παρ' ἡμᾶς παρ' ἁμὲ* [34]) *φασίν.*

τᾶς γὰρ εἰράνας μάλ' αὖ. *) quo pacto si distinguatur, et *Ὅμως γα μὰν* gestu adiuuetur: quo non pauca adiuuanda sunt in Comico: ne elegantissima quidem Toupii coniectura, in Em. ad Suid. II. p. 164. proposita, opus videbitur; nam Dawesii *μέλω* pro *μάλ' αὖ* (vid. Misc. Crit. p. 336.) satis refutat ipse Aristoph. qui illud *αὖ* Lacaenae tribuit vs. 91. 94. 171. Laconi vs. 989. 1100. 1268. restituendum in Choro Laconico vs. 1324. *Καὶ τὰν σιὰν δ' αὖ τὰν κρατίσταν,* pro *αὐτάν.* KOEN.

33) Cod. a. *τὸ* (sine *καὶ*) *παρ' ἡμᾶς παρ' ἁμὲς λέγουσιν.* Cod. b. articulum omittit. Cod. c. hunc cum sequente sic dat: *τὸ παρ' ἡμᾶς παρ' ἑμὲς λέγεται παρὰ τῶν Δωριέων: Οἱ αὐτοὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ὑμεῖς ὑμὲς φασί.* Cod. August. *τὸ παρ' ἡμᾶς παρ' ἁμεῦς* (ες superscr.), omissis *καὶ* et *φασίν.* SCHAEF.

34) *παρ' ἁμὲ*] *παρ' ἑμὲς* Voss. *ἁμῆς* Vatic. *ἁμᾶς* Aldina. *Τὸ παρ' ἡμῖν παρὰ μὲ λέγουσι, καὶ τὸ παρ' ἡμᾶς παρ' ἁμᾶς* Reg. *παρ' ἄμμες* Meerm. Componet has turbas Aristophanis *παρ' ἁμὲ* in Acharn. vs. 759. quo pacto, vel *ἄμμε,* in Doriensium reliquiis *τὸ ἡμᾶς* scribi solere, nuper monuit ad Herodot. p. 662, 79. Cl. Valckenaerius **).

*) Eadem distinctio placuit Tyrwhitto, cuius hanc legas notam in Append. ad Toupii Emend. T. IV. p. 420.: „Malim, interpunctione tantum mutata,

Ὅμως γέ μαν· δεῖ τὰς γὰρ εἰράνας μάλ' αὖ."

Sic scripsit, *γέ μαν* et *τὰς:* hoc quidem, vt videtur, calami lapsu pro *τᾶς.* Bastius: „Brunckius, vt satis notum est, Toupii coniecturam praetulit. Mihi aposiopesis post particulas *ὅμως γα μὰν,* vtpote dialogum decens, vehementer placet: sed non fero articulum in phrasi *δεῖ τᾶς γὰρ εἰράνας.* Rursus displicet duplicatum illud *δεῖ.* Fuit cum scribendum mihi videretur:

ὅμως γα μάν τοι· δεῖ γὰρ εἰράνας μάλ' αὖ.

Ἦ μάν τοι Theocritus dicit: *οὐ μάν τοι* Sophron (Apollon. Exc. p. 563. Sturz.)." SCHAEF.

**) Valckenarius ad Herodot. l. c. scribit *ἅμε*, non *ἁμέ.* — In Apollonii loco Koenius, vt videtur, rursus sic posuit accentus, vt in apographo Ruhnkeniano scriptos repererat. Fortasse praestat sic scribere: *Ἁμὲ Δωριεῖς. ἃ δ' ἄρ ἁμὲ λωβῆτο. Σώφρων γυναικείοις. Ἄμμε Αἰολεῖς. ὀπτᾷς ἄμμε. Σαπφὼ α.* Scribo *ἄρ ἁμέ,* vt deinceps in Koenii nota

§. LII. Ἀντὶ τοῦ ὑμεῖς ὑμὲς [35]) ἐκφέρουσι.

§. LIII. Τῷ οι ἄρθρῳ τῆς εὐθείας τῶν πληθυντικῶν καὶ τῷ αι [36]) προστιθέασι τὸ τ, τοὶ θεοὶ λέγοντες, καὶ ταὶ μοῦσαι.

Quae de ἁμὲ ex Apollonio Dysc. dederunt Wolfius in Sapphus fragm. CCXIII. et I. F. Reitzius in Excerpt. pag. 431. B. e MS. pleniora adscribam: ἀμὲ Δωριεῖς· ἀδ' ἄρ' ἀμὲ λωβῆτο. Σώφρων γυναικείοις. ἄμμε Αἰολεῖς. ὀπτᾷς ἄμμε. Σαπφὼ α. Sophronis particulam scripserim: ἅδ' ἄρ' ἀμ' ἐλωβῆτο, *haec nos iniuria adficiebat.* Πὰρ ἁμὲ est in Eleuthernaeorum decreto Antiq. Asiat. p. 108, 3. ποθ' ἁμὲ in Allariotarum p. 137. *ΠΟΡΤΑΜΕ* in Saxiorum p. 115, 10. cuius partem dedit etiam F. Hesselius in Append. Praef. ad M. Gudii Inscript. n. VI. nempe a πρὸς, προσὶ, προτὶ per Doricam literae caninae transpositionem ortum *ΠΟΡΤΙ* in istis Antiquitatum As. monumentis pro πρὸς aliquoties occurrit; vt *ΠΟΡΤΙ ΤΟ ΠΛΑΘΟΣ* p. 111, 2. *ΠΟΡΤΙ ΤΟ ΘΕΙΟΝ* p. 115, 12. etc. Ἀμὲ in ἅμα deprauatum est in Anonymi Sophistae Diss. V. Collect. Mythol. Galei p. 728, 3. αἰ δέ τῳ μὴ πιστὸν ἐντὶ, τὰ ὀνύματα μανθάνεν ἅμα, ἀλλ' ἐπισταμένως ἅμα γίνεσθαι, γνώτω ἐκ τῶνδε. L. τὰ ὀν. μανθάνεν ἁμέ. Koen.

35) Ἀντὶ τοῦ ὑμεῖς ὑμὲς] Meerm. Τὸ ὑμεῖς ὕμμες. Koen. Cod. A. ἀντὶ τοῦ ἡμεῖς ἡμὲς ἐκφέρουσι. Codd. a. et b. ἀντὶ τ. ὑ. ὕμες ἐκφέρουσι. Cod. August. καὶ ἀντὶ τοῦ ἡμεῖς ἡμεῦς ἐκφέρουσι. Schaef.

36) καὶ τῷ αι] Additamentum dedit Voss. [Codd. a. b. et August. omittunt καὶ τῷ αι: deinde habent ordine inuerso τὸ τ προστιθέασι. Cod. c. πληθυντικῶν τὸ τ προστιθέασιν οἱ Δωριεῖς, τοὶ etc. Schaef.] Τοὶ θεοὶ leguntur in Acharn. vs. 759. In Lysidis Epistola apud Iamblich. de V. Pyth. p. 63, 4. κατ' ἰσότατα δὲ ἄδικοι οἱ τοιαῦτα πράξαντες, cum οἱ deleat MS. Cizensis, nec tamen articulus abesse possit, corrigendum videtur ——

legitur πὰρ ἁμέ. Brunckius in Acharn. v. 759. dedit παρ' ἀμὲ, non πὰρ ἁμέ. O quantum est λεπτολογημάτων in nostris litteris! Bast.

§. LIV. *Πάσσακα* [37]) *τὸν πάσσαλον λέγουσι.*

---

*ἄδικοι τοὶ ταῦτα πράξαντες**), et *ἅτε νίκα, ἃ τοὶ Ἕλλανες τὸν Πέρσαν ἐνίκασαν,* pro *ἂν***) *τε Ἕλλανες,* in saepius iam memorati Sophistae Anonymi Diss. I. pag. 707, 13. cuius praecedentia nonnulla sic leniter sunt castiganda: *ἔν τε τῷ πολέμῳ καὶ* [*τὰ νεότατα* ***) *πρῶτον ἐρῶ*] *ἁ τῶν Λακεδαιμονίων νίκα — Λακεδαιμονίοις μὲν ἀγαθόν* etc. Vsus articuli praepositiui pro postpositiuo Ionum quoque est: vid. infra §. VII. de Dial. Ion. ****) Eum vel in Tragicis ferre Virum Clariss. ad Eurip. Suppl. vs. 858. valde miror. Librariis, quidquid huius generis est in Atticis Scriptoribus, libenter cum doctissimis quibusque transscribo. In Sophoclis Oed. Col. vs. 970. pro *Ἄγεις τὰ χρήζεις* bene Eldikius in Suspic. Spec. p. 4. corrigit *ἄγεις θ' ἃ χ.* Koen. Canonem hunc, a Batauis, itemque a Toupio (Emend. in Suid. T. I. p. 186. s. et Addend. in Theocrit. p. 394. a.) plurimi factum, tanquam futile commentum explodit Brunckius ad Aeschyli S. c. Theb. v. 37. Conf. idem ad Pers. v. 776. ad Euripid. Androm. v. 804. ad Hippol. v. 528. ad Sophocl. Oedip. Col. v. 1259. ad Philoct. v. 14. Assentitur Wolfius ad Reiz. de Accent. Inclin. p. 95. (vbi pro „*in iis casibus, qui*" scribe cum Reizio „*in iis terminationibus, quae*".) Euripides Bacch. v. 701. *τὸν θεὸν, τὸν νῦν ψέγεις.* Aristophanem sic solere, negat Brunckius ad Concion. v. 275. Legas quidem Acharn. v. 870. *ἀλλ', εἴ τι βούλει, πρίασο, τῶν ἐγὼ φέρω.* Sed Brunckius ad h. l.: „Articulus praepositivus *τῶν* hic positus pro *ὧν,* quod exemplum obmoueri non debet iis quae dixi ad Conc. 275. Est enim hoc in Boeotii ore." Schaef.

37) *Πάσσακα*] *πάσακα* Vatic. cum plerisque editt. [Cod. A. *πάσσακιν τ. πάσσαλον λ.* Cod. b. hunc articulum omittit. Cod. c. *πάσσακα καὶ τὸ πάσσαλον λέγεται παρὰ τοῖς Δωριεῦσι.* Schaef.] sed per *σσ* est in Acharn. vs.

*) Lenius: *τοὶ τοιαῦτα πρ.* Ceterum Koenius retinuerat mendam typotheticam Kusterianae editionis *ἱτότατα.* Correxi. Schaef.

**) Hoc *ἂν* non mutem. Pausanias X. 10. 2. *ἀπὸ τῆς νίκης, ἥντινα ἐν Οἰνόῃ τῇ Ἀργείᾳ αὐτοί τε καὶ Ἀθηναίων ἐπίκουροι Λακεδαιμονίους ἐνίκησαν.* Schaef.

***) Scribere voluit *νεώτατα.* Schaef.

****) De hoc vsu Gregorius hic non cogitauit. Schaef.

763. quo Hesychius respexerit, modo in eo legatur *Πάσσακι, πασσάλῳ*, vel *τῷ πασσάλῳ*, non *πασσακίῳ*. — Sequens *ὄκκα* [*ὄκα* Reg.] est ex Acharn. vs. 762. pro quo *Οἴκα, ὅπου* vitiose adnotauit Hesych. ad quem male rem gessit Guietus, vsitatissimae Doriensibus particulae immemor. Vid. supra §. V. Koen. Verissime Koenius in Hesychio legit *πάσσακι* (pro *πασσακίῳ*), *πασσάλῳ*. His protinus in eodemque versu iungam, Is. Vossio praeeunte, *πάσσακα* (pro *πάσσακον*), *πάσσαλον*. Sic Gregorius Cor. *Πάσσακα τὸν πάσσαλον λέγουσι.* Scholiastes Aristophanis: *Πάσσακι, ὑποκοριστικῶς, τῷ πασσάλῳ.* Similiter Lex. SG. quod *ἄλλος ἀλφάβητος* inscribitur: *Βῶμαξ, ὑποκοριστικῶς ὁ μῶμος* (corr. *ὁ βωμός*), et: *Νέαξ, ὁ νέος. Νικοφῶν.* Vnus Commentatorum Dionysii Thracis, quos tenet Codex Vat. 14., sic tradit: *Ὁ τρίτος (τῶν ὑποκοριστικῶν τύπος) εἰς ᾱξ, ὡς Ῥόδαξ ὁ Ῥόδιος, καὶ πλούταξ ὁ πλούσιος.* H. Stephanus Thes. III. p. 721. D. commemorat *ῥόδαξ* vt diminutiuum vocis *ῥόδον*, sed idem haec addit: „*ῥόδαξ* an dici possit *parua rosa, rosula,* dubitet forsan quispiam, donec aliquo testimonio vsus diminutiui huius confirmatus fuerit.“ Reperi *ῥόδαξ* etiam in Dracone Stratonicensi *περὶ μέτρων ποιητικῶν*, cuius libri partem iam editam habemus in Regulis de prosodia ab Hermanno euulgatis (de emend. rat. gr. gr. ad calc.). Pro iis quae Hermannus dedit p. 433. §. 63. l. 4. s., Draco habet haec: *ἀδιάφορον ἔχει τὸν χρόνον τοῦ α, οἷον κόραξ, κόλαξ, χάραξ, δόναξ, ῥόδαξ, φύλαξ, ἄναξ, βόαξ, ὄμφαξ, φόρταξ, φένδαξ* (sic, f. *φέναξ*). Item *πλούταξ* reperitur ibid. p. 434. Adscribam locum e Dracone: *ὅσα μέντοι ἔχει τὴν πρὸ τέλους φύσει μακρὰν, ἀρσενικὰ ὄντα, καὶ τὸ ᾱ θέλει ἔχειν ἐκτεταμένον, ὡς ἔχει τὸ Φαίαξ* (sic legendum pro edito *φάλαγξ*), *ἴλαξ* (sic corrupte), *κρώμαξ* (cf. Hesych. *κρώμαξ, σωρὸς λίθων*), *θώραξ, οἴαξ, πλούταξ, βώμαξ, κνώδαξ* (apud Hermann. corrupte *νώδαξ*). Denique huc referenda, quod Gregorius Corinth. de Dial. Aeol. §. LXVI. habet, *ἡ ψῆφος ψάφαξ*, et *σχίδαξ* (a *σχίδη* s. *σχῖδος*), quod Pseudo-Herodianus MS. sic interpretatur: *τὸ κόμμα τοῦ ξύλου, καὶ κλίνεται σχίδακος.*

Monet me hoc *σχίδαξ*, vt vitium emendem, quod in vtraque Lexici Schneideriani editione v. *σχιζίας* reperi.

Schneiderus ibi: „*Nach Photius ὁ τιτανὸς καὶ ἰσχυρὸς bey Cratinus.*" *Τιτανὸς*, hoc accentu notatum, vox est nihili. Lege *ὁ τετανὸς καὶ ἰσχνός.* Similiter vocem *σχιζίας* explicant Scholia MSS. Cod. Moden. in Clement. Alex. *προτρ.* p. 26.: *Σχιζίας, λεπτὸς παρ' Ἀττικοῖς. οὕτω Διογενι. . . .* (sic). Suppl. *Διογενιανός*, non *Διογένης*, quod manus secunda adscripsit. Idem Diogenianus ibid. ad p. 15. in hoc Scholio nondum edito citatur: *Κῶνοι, οἱ στρόβιλοι καὶ οἱ θύρσοι, ὡς Διογενιανὸς, ῥόμβος, δῖνος.* et: *Κῶνος· ξυλάριον οὗ ἐξῆπται τὸ σπαρτίον, καὶ ἐν ταῖς τελεταῖς ἐδονεῖτο, ἵνα ῥοιζῇ. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ῥύμβος ἐκαλεῖτο. οὕτω Διογενιανός.* Porro in Scholio partim inedito Codicis Paris. 1983. ad Hermogenem *περὶ ἰδεῶν*, quocum Phrynichus ap. Pierson. ad Moer. p. 447. comparandus: *Φρύνιχος ἐν τῇ σοφιστικῇ παρασκευῇ παρατίθεται τὸ ὑπόξυλος ῥήτωρ καὶ ποιητής. εἴρηται δέ φησι μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν ἐκ ξύλων σκευῶν, οἷς ἐπιπολλῆς* (sic: leg. *ἐπιπολῆς.* In Rhetor. Ald. T. II. p. 391. perperam legitur *ἐπιπολλοῖς.*) *ἐπελήλαται ἄργυρος. κεῖται δὲ ἐπὶ τῶν λαμπρῶν μὲν ἔξωθεν καὶ ἐπιεικῶν, πονηρῶν δὲ τὰ ἔνδον. Αἰσχύλος ἐν Πέρσαις μέμνηται, καὶ Διογενιανὸς ἐν τῇ λέξει τούτου, καὶ Διονύσιος ἐν τῇ ἐκλογῇ τῶν* ΝΝ/οο (i. e. *ὀνομάτων*), *ὅτι Μένανδρος ἐν τῇ Περινθίᾳ φησί· οὐδ' αὐτός εἰμι σὺν θεοῖς ὑπόξυλος, οἷον κίβδηλος καὶ οὐ γνήσιος, οὐδὲ ἀληθής. ἀπὸ τῶν ξυλίνων καὶ περιηργυρωμένων σκευῶν.* Item in Schol. MS. Codicis 1983. ad Hermogenem *περὶ σεμνότητος: Σεσηρέναι, κεχηνέναι. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ γελᾶν, ὥς φησι Διογενιανός.* Denique in Etymol. MS. Paris.: *Ὕδειν, παρὰ τὸ ὑάδειν, κατὰ συγκοπὴν τοῦ α, ὕδειν, ὥς φησι Διογενιανός.* Cum in Etymologico edito verbi *ὕδειν* notationes omissae sint, iuuat addere ex eodem illo Etymol. MS. Paris. hunc articulum: *Ὕδειν, σημαίνει τὸ ὑμνεῖν. ἔστι παρὰ τὸ ὑμνῶ, ἀποβολῇ τοῦ ν ὑμῶ, καὶ τροπῇ τοῦ μ εἰς δ, γίνεται ὕδω κατὰ ἀναβιβασμὸν τοῦ τόνου, καὶ ὕδεις καὶ ὕδει, καὶ τὸ ἀπαρέμφατον ὕδειν·*

ὕδειν ἔοικε τὴν φερέζωον κόρην.

Iambum hunc alibi legere integrum non memini. Suidas enim v. *ὕδω* tantummodo duas primas voces citat. *Ὕδω*, inquit, *τὸ ᾄδω. Ὕδειν ἔοικε, καὶ ὑδέοιμι κ.τ.λ.* Grae-

§. LV. [38]) Τῷ ὄκκα ἀντὶ τοῦ ὁπηνίκα, καὶ ὁπότε, καὶ ὅπου, χρῶνται.

---

ci dixerunt et ὕδω et ὑδῶ. Recte enim habere priorem formam, satis apparet ex verbis Etymol. Paris. κατὰ ἀναβιβασμὸν τοῦ τόνου. Igitur errat Toupius (Emend. III. p. 555.) in Hesychio scribens ὑδεῖν, ὑμνεῖν, pro ὕδειν, ὑμνεῖν. Reuertor ad Diogenianum. In Etymologico M. edito v. ἄνεται p. 104, 39. Sylburgius ambigit, pro corrupto διογενία scribendum sit Διογενιανὸς an Διογένης. Illud praefero, quia nomina in ανος exeuntia a librariis, qui notas tachygraphicas vsurpant, fere sic scribuntur, vt α litterae antecedenti imponatur. Sic

ὰ ὰ ὰ ὰ ὰ ὰ ὰ
ἀππι, ἀῤῥι, λουκι, σωρ, ἡρωδι, ῥι, διογενι, pro Ἀππιανὸς, Ἀῤῥιανὸς, Λουκιανὸς, Σωρανὸς, Ἡρωδιανὸς, Ῥιανὸς, Διογενιανός. Horum compendiorum prima duo inprimis frequenter occurrunt in Lexico SG. περὶ συντάξεως. Ceterum de nostro Diogeniano Suidas agit T. I. p. 591. vbi in editione Kusteriana, perinde vt in Mediolanensi, propter ὁμοιοτέλευτον integer articulus excidit, quem data hac occasione ex Codice Paris. 2625. sic supplebo:

Διογενές· εὐγενέστατον.

Διογενειανός· Ἡρακλείας Πόντου, γραμματικὸς, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως.

Διογενειανός· Ἡρακλείας ἑτέρας, οὐ τῆς Πόντου· γραμματικὸς, γεγονὼς καὶ αὐτὸς (hoc αὐτὸς quid sibi velit in Kusteri editione, parum perspicias) ἐπὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως. ἐπιστατέον (sic, non ἐπιστητέον) [Bene. ἐπιστητέον enim est *sciendum*, quod hic locum non habet: v. Villoisoni Anecdota T. II. p. 186. not. (1): sed ἐπιστατέον *considerandum, videndum,* idque voluit Lexicographus. SCHAEF.] δὲ, μήποτε etc. Post Cod. Paris. habet ἦν γὰρ οὗτος παντοῖος λόγος, pro quo Toupius Emend. T. I. p. 139. παντοίως λόγιος legit. Brequignius (*Observations sur un MS. du Lexique de Suidas* in *Notices des MSS. de la Biblioth. nation.* T. V. p. 17.) praefert παντοῖος λόγος, quod gallice sic vertit: „*car on en parloit fort diversement.*" BAST.

38) Cod. A. τὸ ὄκα — ὁπότε, ceteris omissis. Codd.

§. LVI. Ἀγλῖθας [39]) λέγουσι τὰς κεφαλὰς τῶν σκορόδων [40]).

§. LVII. Τὸ ὡς τῶς λέγουσιν, ὡς παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Ἀχαρνεῦσιν [41])·

---

a. et b. dant ὁπότα χρῶνται καὶ ὅπου. Cod. c. Οἱ Δωριεῖς τὸ ὁπηνίκα καὶ τὸ ὁπότε καὶ τὸ ὅπου ὄκκα λέγουσιν. Cod. August. τὸ ὄκκα ἀντὶ τοῦ ὁπηνίκα, ceteris omissis. SCHAEF.

39) Ἀγλῖθας] Acharn. vs. 763. vt hic Vatic. Priores editt. [it. Codd. b. c. et August. SCHAEF.] Ἀγλίθας, Αἴγλιθας Voss. Ἀγχλίκας Reg. [Imo ἀνχλίκας. SCHAEF.] Ἄγλιθας Meerm. vt et mox §. LVII. In vocabuli expositione Nostro cum ceteris conuenit: vid. Foesii Oecon. Hippocrat. et notae ad Hesych. T. I. p. 39, 6. cuius Ἀγλίδια, σκόροδα, in Ἀγλίθια mutantibus Viris doctis fauet MS. Leidensis in Etymologo M. p. 11, 4.*) praebens Ἀγλίθια, σκόροδα. Allii capita, siue bulbi, et Γέλγίδες Hesychio, Γέλγιθες sunt Suidae et Mich. Psello in versibus Politicis MSS. Αἱ τῶν σκορόδων κεφαλαὶ Μολίζαι [L. Μώλυζαι] Γέλγιθές τε. Quod ad formam, cum Ἄγλιθες et Ἀγλίθια comparanda Δέλλιθες, [Δέλιθες dicto Psello] σφῆκες, et Δελλίθια, ἀνθρήνια, apud Hesych. KOEN.

40) τῶν σκορόδων] Cod. c. τῶν σκορόδων οἱ Δωριεῖς. Post hunc articulum in Cod. August. sequitur hic: Τὸ φασὶ φαντὶ λέγουσι. Conf. infra §. LIX. SCHAEF.

41) Ἀ. ἐν Ἀχαρν.] vs. 761 — 3. Vatic. hic ὑμμὲς, ὑμεῖς Reg. In Voss. plerisque vocibus, quas explanauit Noster proximis articulis, suae superscriptae legebantur expositiones ὑμεῖς, ὁπότε, πασσάλοις. Per istam consuetudinem credibile est accidisse nonnunquam, vt eiusmodi interpretationes in contextum, quem vocant, sensim se insinuarint, furcillis criticis eiiciendae. Depravatissimum Pempeli fragmentum apud Stob. S. LXXVII. p. 461, 1. eiecto νέοις post αἰζηοῖς, hac possit ratione constitui: τοῖς μὲν ἔμφροσι καὶ κοσμίοις τῶν βροτῶν ἑρμαιον προγενέτορες γηραλέοι ζῶντες μέχρι τᾶς ἐσχάτας βιοτᾶς, καὶ ἀφέρποντες αἰζηοῖς σφόδρα ποθεινοὶ, ῥωμαλέοι ψυχᾷ ἐόντες διὰ τὸ πολλὰ εἰδέμεν. Sequentia

*) Imo p. 11, 40. BAST.

— — — ὑμὲς ὦν ἀεὶ,
Ὄκκ' ἐςβάλητε, τῶς ἀρωραῖοι μύες
Πάσσακι τὰς ἀγλῖθας ἐξορύσσετε [42]).

---

praeclare instaurauit Cl. Valcken. in Eurip. Phoen. pag. 99. Koen.

42) ἐξορύσσετε] Addit Meerm. ἀντὶ τοῦ ὡς ἀρουραῖοι, sed omittit voces ὑμὲς ὦν ἀεὶ, Ὄκκ' ἐ. Koen. Cod. A. πάσσακι τὰς ἀνχλίκας ἐξορ. Codd. a. et b. καὶ παρ' Ἀριστοφάνει. In Aristophanis loco Cod. b. ὕμες: idem cum a. ἀεὶ omittit: denique b. παροξυτόνως dat ἀγλίθας. Cod. c. ἐν Ἀχαρνεῦσιν εὕρηται· τῶς ἀρουραῖοι μύες πάσσακοι τὰς ἀγλίθας ἐξορύσσετε. Cod. August. articulum totum omittit. Ceterum in Cod. A. manus secunda dat πάσσαισι pro πάσσακι. De hac scripturae diuersitate Bastius haec mecum communicauit peregregia: „Corrector cum non intelligeret vocem πάσσακι, κ libri quem transscribebat, habuit pro ισ, quod fieri potest facillime. Etenim littera κ etiam sic scribitur: ıc, ambobus his ductibus nunc se mutuo contingentibus, nunc spatio nonnullo diremtis. E. c. scriptum legas ἄριcτ. Hac voce vtrum *vrsus* (ἄρκτος) significetur, an *vir optimus* (ἄριστος), discas ex solo contextu verborum. Ductus hos (ıc) saepissime vidi in eximio Platonis Codice 1807. Ideo toties confusae praepositiones εἰς et ἐκ. Exemplum huius confusionis ex Etymologico M. supra ad p. 167. citaui. Nunc alia addam. Etymolog. M. v. αὐτὰρ p. 172, 21. κανών ἐστιν ὁ λέγων, ὅτι παρεπόμενόν ἐστι τῇ εἰς τὸ α συνεστώσῃ διφθόγγῳ μετὰ τὴν ἀπόστασιν τοῦ ὑποτακτικοῦ φωνήεντος, ἐκτείνειν τὸ α. Pro εἰς τὸ α συνεστώσῃ Etymol. Paris. et Sorbon. MSS. recte dant ἐκ τοῦ α συνεστώσῃ. Vitium natum inde, quod non intelligerent compendium ειc. Aristides Vol. I. p. 128. οἱ δ' ἀέναοι ποταμοὶ τῶν χειμάῤῥων οὐδὲν ἀλλοιότερον διετέθησαν, μᾶλλον δὲ τοῖς χειμάῤῥοις ἐκ τοὐναντίου περιέστησαν. Ad h. l. notantur haec: „Coll. Nou. Bar. 7. et ed. „Flor. εἰς τοὐναντίον.“ Et sic restituendum est. Conf. quae dixi ad Longinum Weiskii p. 637. Idem va-

let de verbis cum εἰς et ἐκ compositis, in iis quidem temporibus, vbi κ non transit in ξ. Sic confunduntur εἰςπεσεῖν et ἐκπεσεῖν, κ. τ. λ. Videamus exempla. In Erotiano p. 10. ed. Franz. εἰςπονήσαντος aperte falsum est pro ἐκπονήσαντος, quod Codex Stephani habet. Compositum εἰςπονεῖν vereor vt Graeca lingua nouerit. Apollodorus l. II. p. 163. εἰςκρυβῆναι. Priores editiones habent ἐκκρυβῆναι. In Antigono Carystio cap. 25. Xylander edidit ἐκδύεται, quod mutarunt in ἐνδύεται. Sed corrigendum ex Codice εἰςδύεται. Conf. Epist. Crit. p. 85. ed. Lips. Criticumque Tentamen super Platonis Symposio p. 132. vbi εἰςτομαὶ pro ἐκτομαὶ debetur negligentiae librarii perperam legentis quod recte scriptum erat. Scholiastes Thucyd. (Vol. V. p. 385. v. 36. Bip.) κάλλιστον δὲ ἔρανον] καλλίστην συνεκφοράν. Stephanus bene notat: „Potius συνειςφορὰν ab eo scriptum fuisse crediderim.“ Sed etiam alibi vestigia cernuntur huius commutationis illarum litterarum. In Aristophanis Equit. v. 1378. nunc legimus ξυνερκτικός. Suidas v. Φαίαξ dat συνεριστικός, quod ab eadem illa librarii negligentia repetendum est. V. de hoc loco Schneideri Lexicon T. II. p. 709. voce συνερτικός. Apollodorus I. p. 11. Ἄτλας, ὃς ἔχει τοῖς ὤμοις τὸν οὐρανόν. Heynius ad h. l.: „Ita emendatum ab Aegio: in libb. erat „ὃς ἔχει ὤμοκτον, etiam Doru. τοῖς ὄμοκτον. Vitium „ex compendio literarum ortum.“ Non cogitandum hîc de compendio litterarum, sed scriba aliud agens syllabam ισ̄ pro littera κ̄ habuit. Estque hic Apollodori locus documentum inprimis illustre palaeographicae huius obseruationis. Suidae primus articulus, vt iam Ruhnkenius ad Callimach. p. 549. monuit, paene iisdem verbis exscriptus est ex Platonis Scholiasta p. 134. s. Legitur illic hoc fragmentum Archilochi: ἃ δέκα ταύρους (Interpres: *decem magnos tauros*), pro quibus verbis Scholiasta Platonicus cum Phauorino habet ἃ ἔα δ' εἴς τε ταύρους. Hoc quid sibi velit, ignoro: id video, δ' εἴς τε prodiisse ex eodem compendio, quo δέκα significaretur (ΔΕΙ̇C). Fuit enim inter librarios qui κ̄ haberet pro ισ̄, notamque superscriptam ÷, quae valet α, aut, vt in

§. LVIII. 43) Τὴν ου δίφθογγον εἰς ω μέγα τρέπουσιν 44), ὠρανὸν τὸν οὐρανὸν λέγοντες, καὶ τὰς μούσας μώσας, καὶ τὸν κοῦρον κῶρον. Ὡςαύτως

ἔπει, τα, (v. ad §. III. Dial. Ion.) pro τε, cuius syllabae nota tachygraphica huiusmodi est: ⸗, e. c. πο (i. e. πότε), aut huiusmodi: ·|·, e. c. πρό·|·ρ (i. e. πρότερον). Denique haec ipsa figura litterae κ in causa fuit, cur Villoisonus ad Il. *Α.* 467. τοῦ τῆς κρεουργίας πόνου legeret, cum deberet τ. τ. ἱερουργίας π., quomodo ex Cod. A., in quo idem legitur articulus, restituendum est." Schaef.

43) Codd. a. b. et c. τὴν ου δφον εἰς ω τρέπουσι (Cod. c. τρέπουσιν οἱ Δωριεῖς), τὰς μούσας μώσας λέγοντες, καὶ τὸν οὐρανὸν ὠρανὸν, καὶ τὸν κοῦρον κῶρον, ceteris omissis. Cod. August. Τὴν ου δίφθ. εἰς ω τρ., τὰς μούσας μώσας λέγοντες, καὶ τὸν οὐρανὸν ὠρανὸν, καὶ τὸν κ. κ. etc. Schaef.

44) εἰς ω μέγα τ.] εἰς ω μετατρέπ. Reg. [Imo Cod. A. distincte habet εἰς ω μέγα τρέπουσιν, ὡςτὰς μούσ. etc. Schaef.] qui error in μετὰ et μέγα frequentissimus est: vid. Orphei *Λιθ.* Prooem. vs. 32. et XI. 81.*) Εἰς ω τ. Vatic. et editt. in quibus ὡςαύτως χρῶνται etc. desunt. Reg. ὡςαύτως χ. τῇ οι δ. ἀντὶ τῆς ου, μοῖσαν λέγοντες, ἔχοισαν. Vtriusque Dorismi exempla sunt peruulgata. Mich. Psellus in versibus Polit. MSS. Εἰ δέ τις ὀνομάσειε τὰς μούσας μωσας, πάλιν Ὑποδωρίσας **) εἴρηκε Δωρίδι διαλέκτῳ. Ad Etymologum M. p. 589, 46. ἐτυμώτερον δὲ οἱ Δωριεῖς λέγουσι, Μῶσα γε μοῦσα λίγεια,

§. CXI.[34]) *Εἰδέναι δὲ δεῖ, ὅτι τῆς Δωρίδος πολλαί εἰσιν ὑποδιαιρέσεις τοπικαί· ἄλλως γὰρ Κρῆτες*

---

31) Codd. a. et b. *ἠγνόησεν ἠγνοίησεν λέγ.* Cod. c. haec sola habet: *τὸ ἠγνόησεν ἠγνοίησεν.* Schaef.

32) *ἠγνοίησε λ.*] *λέγ. ἠγνοίησε* edd. *Ἠγνοίησε* Poëtarum est, Theocriti Eid. VII. 14. quem Noster respexit, Homeri Il. *Α.* vs. 537. *Β.* vs. 807. Hesiodi Theog. vs. 551. aliorum. *Βοηθήσω* ex Smyrnaeorum et Magnetum foedere comparauit doctiss. Chishull. ad Inscript. Sig. p. 40. Par est ratio in poëtico *ἀλοιᾶν* pro *ἀλοᾶν*, paulum diversa in *καταιβάτης, παραιβάτης.* Huc retulerim *Θηβαιγενὴς,* de quo vid. Cl. Valckenaerius An. ad Ammon. II. 4. p. 98. cuius mentem non recte cepit Vir doctus ad Supplic. Euripid. vs. 136. *Θηβαιγενὴς* ne Graecum quidem censens. *Ἰθαιγενὴς* est in Alexandri Aetoli Elegis apud Parthen. Erot. C. XIV. p. 372. idemque p. 384. pro *ἰθαγενὴς* reponit Galeus*). Conf. not. ad Homer. Od. *Ξ.* vs. 203. — In sequenti §. Grammaticus, hoc ordine tangens *δωρύττομαι,* nescio an ita scriptum inuenerit sua aetate in Theocrit. Eid. VII. 43. pro *τάν τοι — κορύναν δωρήσομαι.* Koen.

33) Codd. a. b. et August. *τὸ δωροῦμαι δωρύττομαι.* Cod. c. *τὸ δωροῦμαι δωρύττομαι λέγεται.* Schaef.

34) Post *Λακεδαιμόνιοι* Codd. A. a. b. et c. inserunt *ἑτέρως δὲ Συρακούσιοι καὶ Σικελοί.* Codd. a. et b. *εἰδέναι δεῖ, ὅτι.* Tum Codd. b. et c. *῾Ρόδιοι, καὶ ἄλλως Ἀργεῖοι.* Post Codd. a. et c. *ἰδιότητες αἵ τε προειρ.* Cod. b. *ἰδιότητες αἵδε αἱ προειρ.* Denique Cod. a. *μηπᾶσαι* (sic). In Cod. Aug. hic articulus minio scriptus est. Habet is ab initio item *εἰδέναι δεῖ, ὅτι* ——: deinde *῾Ρόδιοι, καὶ*

*) Bastius: „In Parthenio c. XXI. non opus *ἰθαιγενέος* legi pro *ἰθαγενέος.* V. de hoc loco Epist. Crit. p. 239. ed. Lips." Brunckius ad Aristophan. Equit. v. 41.: „Attica forma est *ἀκράχολος*, secunda producta, vt in *θηβαγενὴς, νοθαγενὴς, ἰθαγενής.*" Schaef.

διαλέγονται, καὶ ἄλλως Ῥόδιοι, ἄλλως Ἀργεῖοι, καὶ ἄλλως Λακεδαιμόνιοι. Καθολικαὶ δὲ ὅμως αὐτῶν ἰδιότητες αἱ προειρημέναι, εἰ καὶ μὴ πᾶσαι [35]*, καὶ ἔτι αὗται* [36].

ἄλλως Ἀργεῖοι: inseritque et ipse post *Λακεδαιμόνιοι, ἑτέρως δὲ Συῤῥακούσιοι* (in Tittmanni collatione vno *ρ, Συρακούσιοι*) *καὶ Σικελοί.* Idem post *μὴ πᾶσαι* nouam incipit sectionem his verbis: *Ὅτι καὶ αὗται.* In his tantum prima littera minio picta et maiuscula est. In margine recentior manus adscripsit *ἅ ἔτι.* Schaef.

35) *μὴ πᾶσαι*] Scripturam Codicis a. *μηπᾶσαι,* vbi *μὴ* accentu caret cumque voce proxima continuo ductu cohaeret, me enotauisse, praeuideo fore qui mirentur. Hi mirari desinent, si hanc notam perlegere non grauati fuerint. Qui scripsit Codicem SGerman. 345., eodem modo particulam *μὴ,* accentu carentem, voci insequenti, si a consona incipit, ductu continuo iungere solet. Hanc consuetudinem cum ignorarent nonnulli ex iis, qui praestantissimum librum euoluerunt, varii errores nati sunt, quorum aliquot hac opportunitate castigabo. In Apollonii Lex. Homer. p. 76. haec leguntur: *Αἰολλή. Πεποικιλμένη.* *) *συμβαίνει γὰρ τὸ ἁπτόμενον διὰ τῆς εὐστροφῆς* **) *ὥσπερ ποικίλλεσθαι ἐπὶ τῆς θέσεως νημένον.* Quid est *νημένον?* Villoisonus: „In *νημένον* desunt priores literae, quas expleo legens, *κεκινημένον.*“ Fallitur. Codex habet *μημένον,* h. e. *μὴ μένον, non manens.* ***) Sic legas p. 80. (ed. Vill.) *μηγνῶναι* pro *μὴ*

*) Corrupta haec sunt. Corr. *αἰόλλη, ποικίλλη.* Scilicet *ποικίλλη* compendiose scriptum erat sic, vt *λ* cum transuersa lineola, quae nota est compendii, vocem finiret. Tale autem *λ̄* simile est compendio syllabae *μεν.* Legerunt igitur *ποικιλμένη*, cumque hoc graecum non sit, correxerunt *πεποικιλμένη.* Bast.

**) Corr. *συστροφῆς.* In idem laetus video Bastium meum incidisse. De commutatione satis frequenti syllabarum *ευ* et *συ* v. Valckenar. Adnotat. Crit. in Nou. Foed. pag. 331. Schaef.

***) Timaeus Lex. Plat. p. 204. *Παλίμβολος . . . ἐπὶ μιᾷ γνώμῃ μὴ μένων.* Tria vltima verba Codex sic scripta habet: $\overset{\omega}{\gamma\nu}$ *μημένων*. Bast.

In Timaeo malim *ἐπὶ μιᾶς γνώμης.* Schaef.

γνῶναι, p. 96. μηκείρεσθαι, p. 100. μηγεννήσαντα, p. 212. τὸ δέον $\overset{\text{σκοπῶν}}{\text{μηνοῶν}}$ (sic), h. e. μὴ σκοπῶν, non μὴ νοῶν, σκοπῶν, vt Villoisonus edidit. Scilicet librarius σκοπῶν superscripsit, vt corrigeret νοῶν, quod perperam scriptum erat.*) „Pro διὰ τῆς εὐστροφῆς," inquit Villoisonus, „substituo εὐστροφίας." Malim legere συστροφῆς. Conf. p. 304. τὸ πῦρ μετὰ συστροφῆς ἀποφέρεσθαι ποιῶν. — Ex Lexico ἄλλος ἀλφάβητος, quod idem ille Codex 345. complectitur, Koppiersius (quocum Ruhnkenius [v. Koppiers. p. 4.] apographum suum communicauerat) hunc citat articulum Obseruat. Philol. p. 15.: Ἤθη πληθυντικῶς, φασι, μηδεὶς λέγει. ἀλλ' Ἀντιφάνης εἶπε πληθυντικῶς. In paucis his verbis duo sunt vitia. Primum enim Codex ante ἀλλ' Ἀντιφάνης inserit verba ἀλλ' ἑνικῶς, quae Ruhnkenius, cum Lexicon Lutetiae transscriberet, plane neglexit. Deinde dat φ^α, μηδ^Λ λ^έ, quod valet φασι μὴ δεῖν**) λέγειν,

*) Similiter Villoisonus errauit p. 726. in his: Σκόπελος, ἀκρωτήριον, ἀφ' ἧς ἐστι περισκέψασθαι, εὖ σκοπῆσαι. Codex habet σκοπῆσαι, puncto imposito litterae η, et in margine: ·εῦ. Id non significat, legendum esse εὖ σκοπῆσαι, sed scriba libri η in ευ mutari iussit: vt legendum sit περισκέψασθαι, σκοπεῦσαι. Bast.

**) De compendio syllabae ειν, quod h. l. videmus, haec addere iuuat. Nota ista tachygraphica in Codice SGerm. tria significare potest: ην, ιν, ειν. Quid igitur quoque loco valeat, ex sola verborum serie intelligitur. E. c. in Lexico ἄλλ. ἀλφάβ. leguntur haec: Νεκρόν τ^Λ γυναῖκα Δίφιλος, i. e. τὴν γ. Δ., et in eodem versu: Νόσον ἔχ^Λ (i. e. ἔχειν)· ἀντὶ τοῦ φαῦλον ἔθος ἔχειν (hic plene scriptum). Εὐρι^π ἀντιο^π (i. e. Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ). Hanc autem πολυσημασίαν huius compendii in solo Codice SGerm. reperi. Nam ex vulgari regula nota Λ significat solum ην, e. c. χύδ^Λ, i. e. χύδην. ιν significatur per notam Λ̈, e. c. στάσ^Λ, i. e. στάσιν. V. Porson. ad Homer. Odyss. I. 199. Denique ειν per ΛΛ, e. c. τέμν^ΛΛ, συνάγ^ΛΛ, i. e. τέμνειν, συνάγειν. Sic

non, vt Ruhnkenio visum, φασι, μηδεὶς *) λέγει. Mos particulam μὴ sine accentu scribendi videtur virum egregium fugisse. Rectius articulum legit Montefalconius (Bibl. Coislin. p. 482.), a quo sic editum est: μὴ δεῖν λέγεσθαι. Iam non nego, compendium λ, etiam λέγεσθαι significare posse: v. quae supra p. 114. s. monui: sed cum Grammaticus fere semper vtatur phrasi φασὶ μὴ δεῖν λέγειν, actiuum praefero. De sensu autem articuli, quem Koppiersius se non intelligere fatetur, sciendum est, Lexicon ἀλλ. ἀλφ. Atticistis oppositum esse. Hi docebant, ἤθη (*mores:* hoc enim ἤθη h. l. intelligendum, non alterum illud, de quo Koenius ad §. LXXXIII. Dial. Ion. agit:) in numero plurali a scriptoribus classicis non vsurpari, dicique debere in singulari ἦθος. Tamen, inquit Lexicographus noster, Antiphanes plurali numero vsus est. Atticistarum opinio satis apparet ex hoc loco Phrynichi Eclog. Attic. pag. 160. Χρηστὸς τὰ ἤθη, πληθυντικῶς, φυλάττου. οἱ γὰρ δόκιμοι Χρηστὸς τὸ ἦθος ἑνικῶς φασι, καὶ οὐ τὰ ἤθη. — Etiam in Scholiis Venetis ad Homeri Iliadem particula μὴ, quando littera consonans sequitur, accentu saepe caret. Itaque factum est, vt Villoisonus voculam (haud scio an consulto) hîc illic plane negligeret. Dabo vnum huius neglectus exemplum. Ad Il. *B.* v. 269., vbi de accentu vocis ἀχρεῖος agitur, vir doctissimus haec edidit: Τὰ γὰρ ἐν τῇ α (scrib. πρώτῃ) συλλαβῇ ἔχοντα τὸ α, μὴ καθαρῶν ἐπιφερομένων (corr. τὸ α μὴ καθαρὸν, ἐπιφερομένων) δύο συμφώνων μετὰ τῆς ει διφθόγγου, σημαίνοντος (Cod. μησημαίνον, i. e., vt satis docet series orationis, μὴ σημαίνοντα) μέρος σωματικὸν, περισπᾶται (Cod. recte προπερισπᾶται), ἀνδρεῖος, Ἀργεῖος, οὕτως καὶ ἀχρεῖος. Μὴ nullo pacto

assolebant librarii seculorum decimi, vndecimi, duodecimi: nam posteriorum scribae temporum syllabam ειν interdum duabus lineolis indicabant, e. c. τρέπ", φιλ", i. e. τρέπειν, φιλεῖν. Bast.

*) Ipsum μηδεὶς Ruhnkenium aduertere poterat. Lexicographus enim, si tali modo voluisset scribere, non posuisset μηδεὶς, sed οὐδείς. Schaef.

§. CXII. *Τὸ τρέπειν τὰς εἰς ους ληγούσας γενικὰς, τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ης εὐθειῶν γινομένας, εἰς ευς* 37). *οἷον Διογενὴς, Διογενοῦς, Διογενεῦς.*

---

ante *σημαίνοντα* abesse potest: nam Grammatici docent, adiectiua significantia *μέρος σωματικὸν* accentum in antepaenultima habere. Vide e. c. Etymol. M. v. *αἴγειος, ἅλιος, κ. τ. λ.* — In vniuersum moneo, exempla moris librariorum particulam *μὴ* sine accentu scribendi connectendique cum voce proxime sequente reperisse me in Codicibus tam vetustissimis quam recentissimis. E. c. Draco MS. *) voce *θέμις: τὰ εἰς ις ὀξύτονα θηλυκὰ δισύλλαβα κ. τ. λ. ἐπὶ μὲν τῆς ὀνομαστικῆς τὸ ῐ βραχὺ ἔχουσιν, ἐπὶ δὲ τῶν πλαγίων μακρόν· τὰ δὲ μητοιούτως ἔχοντα, βραχὺ πανταχοῦ ἔχει τὸ ῐ.* Obiter aduerbium *τοιούτως* Lexicis adde. Bast.

36) *καὶ ἔτι αὗται*] Tria haec vocabula cum MSS. huc retuli. Meerm. locum sic legit: *καὶ ἄλλως Δωριεῖς*, (pro *Ῥόδιοι*) *καὶ ἄλλως Συρακούσιοι καὶ Σικελοί. Κ. δὲ ὅμω αὐτῶν ἰ. αἵ τε προειρημέναι, εἰ καὶ μὴ πᾶσαι, καὶ ἔτι αὗται.* In prior. edd. etiam est *ἑτέρως Συρακούσιοι καὶ Σ.* Vsi sunt articulo Bisetus in notis Graecis ad Aristoph. Lysistr. vs. 81. Io. Meursius in Creta IV. 15. p. 255. Misc. Lacon. III. 5. pag. 217. et Salmas. de L. H. p. 460. Sed hic e Io. Grammatico, e cuius superstite libello de Dialectis hinc vsque ad §. CXXXII. pleraque descripta sunt. Koen.

37) *εἰς ευς*] Sic MSS. Edd. *Ὅτι* [*ἔτι* Vald. et vterque Curio] *αὗται τὸ τρέπειν — εἰς ευς ἴδιον ἔχουσι, οἷον Διογενὴς, Διογενεῦς, ἀντὶ τοῦ Διογενοῦς.* Postrema sic sunt et in Io. Grammat. §. III. de Dor. Dial. Vide supra ad §. I. Koen. Cod. a. *Διογένης Διογενεῦς.* Cod. b. *Διογένης, Διογένευς, ἀντὶ τοῦ Διογένους.* Cod. c. *οἷον Διογενὴς, Διογενεὺς ἀντὶ Διογενοῦς* (sic). Hic etiam post *ἀντὶ* inserendum *τοῦ*. Cod. August. *εἰς ευς ἴδιον ἔχουσιν, οἷον Διογενὴς, Διογενεῦς, ἀντὶ τοῦ Διογενοῦς.* Si nomen proprium est, haec omnia *βαρυτόνως* scribenda. V.

*) Scriptus videtur is Codex ineunte seculo decimo sexto. Bast.

§. CXIII. Τῷ η ἀντὶ τῆς ει διφθόγγου χρῶνται. τὸ ἐλθεῖν ἐλθῆν, καὶ τὸ ἰδεῖν ἰδῆν λέγοντες καὶ γράφοντες [38]).

§. CXIV. * Χρῶνται δὲ καὶ διπλασιασμῷ τῶν τριῶν συμφώνων, ὡς οἱ Αἰολεῖς, ὅττι, ὁππόθεν, ὅσσον.

§. CXV. [39]) Τῷ σ ἀντὶ τοῦ θ χρῶνται [40]), τοὺς

Reiz. de Accent. Inclin. p. 116. Diodorus Sic. XVIII. c. 3. recte editum Εὐμένει. Cod. perperam Εὐμενεῖ. Schaef.

38) καὶ τὸ ἰ. ἰδῆν λέγ. καὶ γρ.] τὸ ἐλθεῖν ἐλθῆν γράφοντες Vatic. τὸ ἐ. ἐ. λέγοντες καὶ τὸ ἰδεῖν ἰδῆν Reg. [Imo Cod. A. habet τὸ ἐλθεῖν ἐνθῆν λέγοντες, καὶ τὸ ἰδεῖν ἰδῆν. Schaef.] In Meerm. articulus sic legitur: Τῷ η ἀ. τῆς ει δ. χ. τὸ ἐλθεῖν ἀπαρέμφατον διὰ τοῦ η γράφουσιν. [Codd. a. et b. — τὸ ἐλθεῖν ἐλθῆν γράφοντες, ceteris omissis. Cod. c. χρῶνται, τὸ ἐλθεῖν ἐλθῆν γράφοντες, καὶ ἰδεῖν ἰδῆν, καὶ δραμεῖν δραμῆν. Cod. August. — τὸ ἐλθεῖν ἐλθῆν λέγοντες, item ceteris omissis. Schaef.] — Alias ista infinitiui forma Aeolibus tribuitur, Doriensibus altera in εν, de qua vid. §. CXVIII. *ΑΡΚΕΗΝ, ΕΠΑΙΝΗΗΝ, ΕΧΗΝ, ΚΑΛΗΝ* praebet Inscriptio Cumea in Comitis Caylusii Recueil d'Antiq. T. II. Tab. LVI. 17. 25. 28. 29. Vbi in Theocrito editur Eid. XI. vs. 43. ὀρεχθεῖν, et σφύσδειν vs. 71. Codex Reg. Paris. habet ἐρεχθῆν et σφύζην· ὀρεχθῆν et σφύσδην proinde rescribere nemo dubitet. — Sequens §. a MSS. [etiam Meerm.] abest: vid. §. XIII. Koen. Abest a Codd. a. b. c. et August. Schaef.

39) Cod. A. omittit verba οἱ δὲ Λακεδ. — θεούς. In Codd. a. et b. articulus sic incipit: τοὺς θεοὺς σιοὺς (Cod. b. σεοὺς) λέγουσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι, τοὺς etc. Cod. a. eum sic finit: νὴ τὼ σιὼ φασίν. Cod. b. sic: νὴ τὼ σεὼ φασὶ, τουτέστι μὰ τοὺς θεούς. In Cod. c. articulus sic habet: τοὺς θεοὺς σεοὺς λέγουσιν, ὡς τὸ νὴ τὼ σεώ. τοῦτο δέ φασι καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι, τοὺς Διοσκούρους ὀμνύοντες. Denique in Cod. August. sic: Τοὺς θεοὺς διοὺς λέγουσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι. τοὺς διοσκούρους ὀμνύοντες νὴ τὼ διώ φασι, τουτέστι μὰ τοὺς θεούς. Tittmanni collatio punctum habet, vt vulgo, post λέγουσιν, οἱ

Λακεδαιμόνιοι iungens sequentibus. Ceterum satis frequens fluctuatio librorum inter *Διόςκοροι* et *Διόςκουροι*. V. Wesselingius ad Diodor. Sic. IV. c. 43. et Porsonus ad Euripid. Hecub. v. 937. Quae scripturae diuersitas vereor ne partim orta sit a fastidio Atticistarum. In Herodoto II. c. 43. editum *Διοςκούρων*. Quod quis in Ionico scriptore non requirat? Tamen al. *Διοςκόρων*. Wesselingius ad h. l.: „*Διοςκόρων* Arch. rectissime ex Phrynichi sententia: sic et VI, 127. idem." Scilicet Phrynichus satis *ἀποτόμως* p. 100. *Διόςκουροι. ὀρθώτερον* [l. *ὀρθότερον*] *Διόςκοροι. γελάσεις οὖν τοὺς σὺν τῷ υ λέγοντας.* Cautius Herodianus p. 445. Piers. *Οἱ Διόςκουροι σὺν τῷ υ, ὅταν πληθυντικῶς λέγονται* [l. *λέγωνται*. v. Bastium supra p. 115.]. *τὼ Διοςκόρω δὲ ἐν τῷ δυϊκῷ ἀριθμῷ, ἄνευ τοῦ υ.* Schaef.

40) *Τῷ σ ἀντὶ τοῦ ϑ χ.*] Omissis, quae posui, prior. edd. et Vatic. *Τοὺς ϑ. σ. λέγουσιν, ὡς* [abest vocula a Vatic.] *οἱ Λ. — τουτέστι μὰ τοὺς ϑεούς.* Meerm. *Τοὺς ϑ. σεοὺς λ. ὡς καὶ Λακεδαιμόνιοι τοὺς Διοςκόρους, νὴ τὼ σεὼ λέγοντες.* *Σεοὺς* habet et Io. Grammat. §. VI. *διοὺς* et *διὼ* hic Vatic. indicio verae lectionis *σιοὺς* et *σιὼ*, quomodo reuera pronunciabant Lacones, vt *διφοῦρα* pro *γέφυρα*· vid. not. ad Hesych. V. *Σιόρ.* In iureiurando Latiorum Th. Reinesius Inscr. Syntagm. p. 501. dedit *ΤΩΣ ΑΛΛΟΣΙΩΣ*, Chishullus *ΤΩΣ ΑΛΛΩΣ ΣΙΩΣ* Antiq. Asiat. p. 136. Sed illud est, vt *ΤΑΣΤΗΛΑΣ* in Teïorum Diris pag. 98, 35. De permutatione literae *ϑ* in *σ*, quam ex Hesychio constat cum Laconibus communem fuisse Carystiis, Cretensibus, Eleis et Paphiis, praeclara notauit, et a paucis exspectanda, Celeb. Valckenaerius in Ep. ad Roeuer. p. 73. seqq. In Etymologico Paris. MS. *σάλασσα* pro *ϑάλασσα* Doriensibus *κατὰ γένος* adscribitur V. *Θάλασσα.* — *ὁ δὲ Ἀριστόνικος δύναται ἀπὸ τοῦ σάλου. καὶ γὰρ οἱ Δωριεῖς σάλασσα λέγουσιν.**) In Hesych. *Ὀρσομένη, διεγειρομένη,* siue

*) Integer Etymologici Paris. MS. locus sic habet: *Θάλασσα, παρὰ τὸ σάλασσα ἢ ϑάνασσα. Ὁ δὲ Ἀριστόνικος· δύναται ἀπὸ τοῦ σάλου. καὶ γὰρ οἱ Δωριεῖς σάλασσα λέγουσιν.* Est cui pro *δύναται*, quod quid sibi velit, parum intelligit, legendum videatur *δῆλον ὅτι*, quas locutiones alibi vidit commutatas. Haec commutatio, nata, credo, e compendio scribendi perperam intellecto, mihi quoque occurrit. E. c. in

ὀρσωμένη est ab ὀρθόω, quemadmodum Σωάδδει, παραληρεῖ, bene a Cl. Albertio instauratum, a ϑοάζω. Suo loco est Θοάζει — μαίνεται. Corrupte in eodem Hesych. legitur Κασέρηνον, καϑελε, Λακωνες. Certa emendatione rescribo: Κασαίρηὸν, i. e. καϑαίρησον. Nota est paulo humanioribus Laconum consuetudo, literam σ inter duas vocales in adspiratam mutantium, ex ὅρμαὸν Aristophanis in Lysistr. vs. 1249. Iam hinc discedam, vbi obseruauero, Σῆνα, ϑυσία, Λακωνες, in Hesych. positum esse per dialectum pro τὰ ϑεῖα, *res diuinae*, vt sacrificium vocat Virgilius Aen. VIII. 306. Videlicet fuerunt e Doriensibus, qui, pro ϑεῖον, ϑεῖνον pronunciarent. ΘΕΙΝΩΝ dabit Allariotarum decretum in Antiq. Asiat. p. 137. et Foedus inter Latios et Olontios pag. 134,

Eustathio ad Dionys. Perieg. Vol. IV. Huds. p. VI. τί μὲν αὐτὴ δύναται, παραστησόμεϑα, Cod. Paris. 2751. dat δηλονότι. Sed nostro loco δύναται vnice tenendum est, dummodo phrasin, a Grammaticis Etymologisque vsu satis crebro tritam, recte intelligas. Obtinet autem hîc ellipsis quaedam. Sylburgius ad Etymolog. M. pag. 56, 54.. „Cum istis δύναται δὲ καὶ αὐτὸ ἀπὸ τοῦ ϑορυβεῖσϑαι subaudiendum παράγεσϑαι seu ἐτυμολογεῖσϑαι, aut simile quid.“ Huius ellipsis, si recte commemini, in libro Bosiano nulla fit mentio. Δύναται, sic dictum κατ᾽ ἔλλειψιν, in Etymologicis, etiam in Orione MS. frequenter legitur: non tamen semper subaudiendum παράγεσϑαι, sed etiam εἰρῆσϑαι, λέγεσϑαι, it. εἶναι. Vltimum verbum e. c. in Etymolog. M. v. βάζω diserte additur: δύναται δὲ εἶναι καὶ παρὰ τὸ βοὴ βοάζω, καὶ συγκοπῇ βάζω. Idemque εἶναι etiam in Etymolog. M. v. αἷμα subaudiri potest, vbi Sylburgio item παράγεσϑαι subaudiendum videtur. Addam aliquot loca, quo magis varius vsus huius locutionis intelligatur. Orion MS. Προμνηστῖνοι· ἀπὸ τοῦ μένω μένιστος (f. μνῶ μνηστὸς) μνηστῖνος. δύναται καὶ μενητὸς μενητῖνος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ μενηστῖνος (add. μνηστῖνος). οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν ἐπιμερισμοῖς. Idem: Λιαρὸς, ἀποβολῇ τοῦ χ, χλιαρὸς γάρ· τὰ δὲ χλιαρὰ προσηνῆ. δύναται δὲ καὶ ἄλλως. Λιλῶ τὸ λίαν ϑέλω. λῶ γὰρ τὸ ϑέλω, καὶ λιλῶ, λιλαίω καὶ λιλαίεται παρ᾽ Ὁμήρῳ. καὶ ὡς μαδῶ μαδαρὸς, πλαδῶ πλαδαρὸς, χαλῶ χαλαρὸς, λιλῶ λιαρὸς (corr. λιλαρὸς. Sic et Etymol. M.), καὶ ἀποβολῇ τοῦ λ, λιαρός. τὰ γὰρ προσηνῆ ϑέλομεν. Etymolog. M. Περάτη. λέγεται ἡ ἀνατολὴ, ὡς τό· Ἐκ περάτης ἀνιοῦσα, διαγλαύσσουσι δ᾽ ἀταρποί (Apollon. Rhod. I. 1281.). δύναται δὲ καὶ ἐπὶ δύσεως καὶ ἐπ᾽ ἄρκτου καὶ μεσημβρίας. λέγεται περάτη καὶ τὸ τέλος. Bast.

Ammonius p. 97. Valck. δύναται δὲ καὶ νεωστὶ ἀλὶ πεπασμένον. Schaef.

θεοὺς σεοὺς λέγοντες. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι τοὺς Διοςκόρους ὀμνύοντες, νὴ τὼ σεὼ φασὶν, ἀντὶ τοῦ μὰ τοὺς θεούς.

§. CXVI. *Αἱ ἐκτάσεις τῶν διχρόνων ἴδιαι τῆς Δωρίδος. οἷον·*

Ἶσος Ἐνυαλίῳ 41) — — —

§. CXVII. 42) *Τῷ ᾱ ἀντὶ τοῦ ε̄ πολλάκις χρῶνται,*

---

20. A *θεῖνον* Laconice ortum est *σεῖνον* et *σῆνον*. De *η* pro *ει* vide dicta ad §. XCVII. obtinuitque adeo ista permutatio in hoc eodem vocabulo. In Hippodami fragm. collect. Mythol. Galei p. 661. leg. *ἐξήρτηται δὲ τὰ μὲν θνατὰ ἀπὸ τῶν θήων, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς ἀπὸ τῶν ὠρανίων.* vbi et paulo post *θήοις* et *θήῳ* scribendum pro *θεοῖς* et *θεῷ*. Cum *θεῖνον* comparari debent apud Hesych. Laconica *Δευτερίναρ* et *Ποινά*. Koen.

41) *Ἶσος Ἐν.*] In Homeri Il. X. vs. 132. A Comicis primam in *ἴσος* corripi, monuit Bentleius in Menandr. p. 108. A Callimacho et aliis nunc corripitur, nunc producitur; vt adeo communis dicenda sit cum Viro docto in Obs. Misc. I. p. 128. Conf. H. Stephan. in App. de D. A. p. 195. Koen. Cod. August. *ἴσος Ἐνυαλίῳ*. V. Etymol. M. c. 477, 17. vbi omnino de vocis *ἴσος* quantitate in variis scriptorum generibus. De scenicis poëtis v. Porson. ad Euripid. Orest. v. 9. coll. Hermann. ad Regul. prosod. p. 443. Schaef.

42) Cod. A. *ἄτ. λέγουσιν* etc. Cod. c. *χρῶνται οἱ Δωριεῖς, τὸ ἕτερος* etc. Bastius: „De *ἅτερος* et *θάτερον* tam multa iam dicta sunt, vix vt operae pretium sit aliquid addere. Id monere libet, Etymologi M. articulum de v. *θάτερον* sumtum esse ex Orione Theb., vbi haec leguntur: *Θάτερον, παρὰ τὸ ἅτερον Δώριον. εἰ γὰρ ἦν παρὰ τὸ ἕτερον, θούτερον* (add. *ἂν**)) *ἦν, ὡς γίνεται τὸ ἔλαιον τοὔλαιον. ἀλλὰ τὸ ἕτερον παρὰ Δωριεῦσιν λέγεται θάτερον, ὡς ἄγαγον* (l. *ἀγαθὸν***)) *τἀγαθόν. ἔμεινε δὲ τὸ τ̄ ἄτρεπτον, ἐπειδὴ ψιλοῦται τὸ ἀγαθὸν, τὸ δὲ ἅτερον δασύνεται* —. Extremo articulo legendum: *διὸ καὶ οὐ λέγεται θάτερος ἐπὶ ἀρσενικοῦ ὀνόματος, ἀλλ' ἅτερος.*

*) Non opus, opinor. V. Melet. Crit. I. p. 55. Schaef.

**) Nisi potius legendum cum articulo *τὸ ἀγαθόν*. Schaef.

Quod ediderunt *θάτερον* in Etymolog. M., itemque in Herodiani Philet. p. 432. (vbi v. Pierson.), natum est ex compendio perperam intellecto. Nam $\overset{\text{ο}}{\text{θάτερ}}$ significare potest tam *θάτερος* quam *θάτερον*. V. supra p. 22. *) Ceterum vt falsum est *θάτερον* in accusat. mascul., sic non ferendum *ταὐτὸν* pro *τὸν αὐτόν*. Tamen hoc Toupio placuit in Timaei Lex. Plat. p. 191. V. eius Emend. Vol. IV. p. 413. et quae ego in Append. ad Epistol. Crit. p. 23. monui. Sed omnino Toupii notae ad Hesychium etc. magnum tenent numerum coniecturarum parum dignarum tanto nomine. Neque dubito, virum praestantissimum, si illas ipse in lucem edere potuisset, haud pauca deleturum aut mutaturum fuisse." Cum Toupiano illo *ταὐτὸν* conferas quod in Sophoclis Philoct. v. 852. Br. fertur *ταυτὰν*, pro *τὰν αὐτάν*. Barnesius ad Euripid. Electr. v. 521.: „Cum olim male scriptum erat *εἰ χρώματ᾽ αὐτῆς*, Canterus leuissima distinctione legebat: *εἰ χρῶμα ταυτῆς*. Et Sophocles *ταυτὰν* pro *τὰν αὐτὰν* dixit, Philoct. v. 848. *Εἰ ταυτὰν τούτῳ γνωμαν ἴσχεις*. Scholiastes: *εἰ τὴν αὐτὴν τῷ Ὀδυσσεῖ γνώμην ἔχεις*. Aemilius Portus duobus locis ex Aristotele citatis huius vocis vsum confirmat." Ad hanc in Sophocle formam nullus, quod sciam, editorum poëtae offendit: mihi tamen permira accidit. Scribendumne, reuocato prisco verborum ordine, (et reuocauit nuper Erfurdtius) *εἴ γ᾽ αὐτὰν* — ? vt *αὐτὰν* positum sit pro *τὰν αὐτάν*. V. Melet. Crit. I. p. 65. **) Schaef.

*) Quae ibi collegi exempla litterae ο ita superscriptae, vt significet *ον*, iis hoc accedat: Timaei Lex. Plat. *Ἀμφιλαφές· πολὺ καὶ* $\overset{\text{ο}}{\text{ἄφθον}}$. Sic Cod. SGerm. pro *ἄφθονον*. Bast.

**) Homerus Odyss. XVI. v. 138. *ἦ καὶ Λαέρτῃ αὐτὴν ὁδὸν ἄγγελος ἔλθω*. Apollonius Lex. Hom. p. 224. *Αὐτὰ κέλευθα. Τὴν αὐτὴν ὁδόν*. Quod si quis hanc formam in Sophocle, vtpote *Ἰακῶς* dictam, paullo aegrius ferat, tenendum est, talia extra Ionismum satis late vagari. V. quae notaui supra p. 57. Plutarchus Mor. T. I. p. 893. *οἱ δὲ ὑπακούσαντες ἐξεκήρυξαν τὸν Μαιάνδριον αὐτῆς ἡμέρας*. vbi si Valckenarius (ad Herodot. p. 273, 70.), vt videtur, maluit *αὐθημερὸν*, nihil habuit causae, cur scripturam vulgatam solicitaret. [Ibid. pro *ψωμοποιὸς* legendum esse *ζωμοποιὸς*, docet comparatus alter locus eiusdem argumenti p. 871. Satis

τὸ ἕτερος ἅτερος λέγοντες, καὶ τὸ Ἄρτεμις Ἄρταμις 43).

---

43) ἅτερος — Ἄρταμις] Haud pauca vocabula in Doricis monumentis reperiuntur, in quibus earundem vocalium ε et α mutatio possit obseruari; quam in diphthongo αι pro ει inprimis obtinuisse, ostendi ad §. LXII. ἼΑΡΟΣ et ΠΑΝΑΜΟΣ mensis, pro ἵερος et Πάνεμος, sunt in Tabulis Heracleënsibus. ΠΑΡΑΙΤΕΡΩ, credo, legendum in Latiorum Finibus Antiq. Asiat. p. 135, 4. pro ΠΑΡΑΤΕΡΩ, vt Doricum sit loco τοῦ περαιτέρω. Apud Hesych. praeter alia, hinc accipi debent Σάρμοι, θερμοὶ, Καρύστιοι, et Τάως, τέως, Κρῆτες. In verbis nonnullis Dorienses cum Ionibus α pro ε posuisse, saepe inculcant Grammatici: vid. Cl. Valckenaer. ad Herodot. p. 171, 56. et 285, 71. In iureiurando Cretensium, in quo Chishullus Antiq. Asiat. p. 133. ΕΠΙΤΡΕΨΩ dedit, ΕΠΙΤΡΑΨΩ dederat Gruterus Thes. Inscript. p. DV, 21. ΤΑΜΝΕΙΝ in Tabulis Heracleënsibus frequens est. A Doriensium et Ionum ista consuetudine plurima ad vsum communem defluxisse, luculenter docuit Vir summus in praeclara obseruatione ad Thom. Mag. p. 862. Iuuat Doricis ἅτερος et Ἄρταμις, quae Noster memorat, aliquantulum operae impendere. Itaque ponam nonnulla Dii Pythagorici verba e Stobaei S. LXIII. p. 409, 8. θέλοιμι ἔγωγε ἅτερον ἔχεν [τὸ κάλλος addit Grotii collatio Codicis Paris.] ἢ αὐτὸς ἦμεν εὔμορφος — καὶ χιλὸν ποτιφέρεσθαι ἀδὺν, καὶ ἀμπέχεσθαι ἀμπεχόναν καλὰν, ἢ ἦμεν αὐτὸς ἡ ἀμπεχόνα. [Collatio MS. ἢ ἦμεν χιλὸς ἡ ἀμπεχόνα. L. ἢ ἦμεν αὐτὸς χιλὸς ἢ ἀμπεχόνα.] ἀλλ' ὑποδραμών τις σχεδὸν φάσει· ἀλλ' ἐγὼ χαίρω ἐπὶ τᾷ ἐμαυτοῦ εὐμορφίᾳ, τῶ καὶ ἈΤΡΕΚΩΣ ἀγάλλεσθαι. Postrema corruptissima esse, nemo sanus diffitebitur: sensum fundent Philosophi instituto appri-

notus Laconum ὁ μέλας λεγόμενος ζωμός, de quo Chaeronensis p. 947. s.] Idem Vit. Alex. c. 47. ταῦτα σχεδὸν αὐτοῖς ὀνόμασιν ἐν τῇ πρὸς Ἀντίπατρον ἐπιστολῇ γέγραπται. iisdem verbis, αὐτολεξεί. Eusebius contra Hieroclem p. 513. A. ταῦτα ῥήμασιν αὐτοῖς Ἱεροκλεῖ — εἴρηται. Marinus V. Procli p. 20. Fabr. ἀπεμνημόνευεν ἐπ' αὐτῶν λέξεων. Eustathius ad Hom. Odyss. p. 1590, 26. Rom. φησὶ γοῦν Αἰλιανὸς αὐταῖς λέξεσιν οὕτω. SCHAEF.

me conuenientem sic scripta: *ἀλλ' ἐγὼν χαίρω ἐπὶ τᾷ ἐμαυτοῦ εὐμορφίᾳ τῷ καὶ ἉΤΕΡΩΣ ἀγάλλεσθαι,* Dorice pro *ἑτέρους· propterea et ipse ob formam meam laetor, quod alii eâ delectantur.* Inter alias rationes, cur ob formae pulchritudinem se efferat, non valde dissimilem promit Critobulus in Xenophontis Conuiuio p. 882. D. *εἰ δ' εἰμί τε τῷ ὄντι καλὸς, καὶ ὑμεῖς τὰ αὐτὰ πρὸς ἐμὲ πάσχετε, οἷάπερ ἐγὼ πρὸς τὸν ἐμοὶ δοκοῦντα καλὸν εἶναι, ὄμνυμι πάντας θεοὺς μὴ ἑλέσθαι ἂν τὴν βασιλέως ἀρχὴν ἀντὶ τοῦ καλὸς εἶναι.* Doricum *ἅτερον* denuo corruptum est in Sophistae Anonymi Diss. in Galei Collect. Mythol. p. 724, 27. *καὶ ἘΠ' ἌΡΤΕΟΣ ὁ λόγος, πότερον οἷον ἐν δέοντι σωφρονοῦντες λέγοντι ἢ τοὶ μαινόμενοι.* Emendo: *καὶ ἜΤΙ ἍΤΕΡΟΣ λόγος, πότερον ἐν δέοντι τοὶ σωφρονοῦντες λέγοντι, ἢ τοὶ μαινόμενοι.* Quid sensus desideraret, vt saepe contingit, vidit Io. Northus in versione, *dein alia oritur quaestio,* in notis veram lectionem coniectando minime adsecutus. Hesychius V. *ἉΤΕΡΟΙΟΝ, τὸ ἑτέρωθεν καὶ χωρὶς,* videtur scripsisse *ἉΤΕΡΩΘΕΝ,* quod cum *ἌΤΕΡΘΕΝ* confudit. —— Alterum, quo vtitur Grammaticus, *Ἄρταμις* aliquoties praebent Marmora Dorica. Euboeae Promontorium, vulgo *Ἀρτεμίσιον* dictum, *Ἀρτεμίτιον* Philisto apud Stephan. Byz. de Vrb. V. *Ἀρταμίτιον* audit in Choro Laconico apud Aristoph. in Lysistr. vs. 1253. vnde credibile est in eodem choro vs. 1264. *Ἄρταμι* a Comici manu venisse, non *Ἄρτεμι.* Mensis etiam Macedonicus *Ἀρτεμίσιος, Ἀρτεμίτιος* dicitur in Inscriptione Corcyrea in Montefalconii Diar. Ital. p. 415, 26. Sed *Ἀρταμίτιος* in Arcadum decreto Antiq. Asiat. p. 118. Eundem mensem Ephesi *Ἀρτεμισιῶνα* appellatum fuisse, ad formam mensium Atticorum *Βοηδρομιῶνος, Ποσειδεῶνος,* et ceterorum, docet nos recte acceptum monumentum Ephesinum, quod corruptissime edidit Franc. Hesselius in Append. Praef. ad Marq. Gudii Inscript. n. XXXIII. emendatius Muratorius Inscr. p. DLXXIX. 1. et Rich. Pocock. Inscr. Ant. p. 34. 35. In eo vs. 7. Hessel. dedit: *ἐπώνυμον αὐτῆς εἶναι μῆνα καλούμενον ΠΑ . . Ν ΜΕΝ ΑΡΤΕΜΙΣΩΝ, παρὰ δὲ Μακεδόσιν καὶ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν τοῖς Ἑλληνικοῖς καὶ ταῖς ἐν αὐτοῖς πόλεσιν Ἀρτεμίσιον.* Murator. ex emendatione nobilissimi Bimardi — *ΠΑΛΑΙΝ μὲν Ἀρτεμίσων, qui olim Artemison dicebatur.* Rectius supple-

veris: *καλούμενον ΠΑΡ' ΗΜΙΝ ΜΕΝ ΑΡΤΕΜΙΣΙΩΝΑ, qui apud nos Artemision dicitur, sed apud Macedones — Artemisius.* Ἀρτεμισιῶνα bene vs. 18. exhibet Pocock. Verum haec flocci facienda sunt prae eximia Cl. Ruhnkenii emendatione in Dianae nomine, quam ipsis Viri doctissimi verbis subiungam. „Marmor „Laconicum apud Cyriac. Anconitan. Epigr. p. 40. et Mu„rator. Inscript. p. 645, 4. *ΔΑΜΟΚΛΕΙΔΑΣ ΧΑΛΕΑ „ΕΠΙ ΑΛΚΙΠΠΟΥ ΝΕΙΚΑΣΑΣ ΤΟ ΠΑΙΔΙΚΟΝ „ΚΕΛΗΔΑ ΤΡΕΜΙΤΙΟΡΘΕΡΑ.* Muratorius insci„te, vt pleraque, vertit: *Damoclidas Chalea sub Alcip„po vicit in puerili certamine Celedem Tremitiortherum.* „negans, se decernere posse, vtrum duae postremae vo„ces equum, an hominem significent. Plus Muratorio „vidit doctissimus vir, Ed. Corsinus Diss. V. post Not. „Graec. p. 94. Nam *ΧΑΛΕΑ* bene interpretatur *Chaleae „filium,* et *ΚΕΛΗΔΑ,* quamuis nihil mutans, recte ca„pit de *celete* vel *equo singulari.* Sed quod in *ΤΡΕΜΙ„ΤΙΟΡΘΕΡΑ* coniicit *artificis* nomen latere, longissi„me a vero aberrat. Nemo dubitet, quin in marmore „sic scriptum fuerit: *ΔΑΜΟΚΛΕΙΔΑΣ ΧΑΛΕΑ Ε„ΠΙ ΑΛΚΙΠΠΟΥ ΝΙΚΑΞΑΣ ΤΟ ΠΑΙΔΙΚΟΝ „ΚΕΛΗΤΙ ΑΤΡΕΜΙΤΙ ΟΡΘΙΑΙ.* Ἐπὶ Ἀλκίππου, „*sub Alcippo,* Ephoro apud Lacedaemonios ἐπωνύμῳ, „qui suo nomine annum signabat, vt primus Archon A„thenis. Vid. Museum Veronens. p. 15. et ibi Scip. Maf„feum. *Νικάξας* forma est Doribus Laconibusque pro„pria. Mutatione *ΚΕΛΗΔ* in *κέλητι* nihil facilius et „certum magis. Pindari Olymp. Oda I. scripta est Ἱέ„ρωνι Συρακουσίῳ κέλητι, *equo singulari victoriam ad„epto.* De hoc ipso Hierone Epigr. apud Pausan. VIII. „42. *Σόν ποτε νικήσας, Ζεῦ Ὀλύμπιε, σεμνὸν ἀγῶνα „Τεθρίππῳ μὲν ἅπαξ, μουνοκέλητι δὲ δίς.* Asclepiadae „Epigr. apud D'Oruill. ad Charit. p. 158. *Νικήσασα κέ„λητι Φιλαινίδα τὴν πολύχαρμον. Κέλης* a prisco ver„bo *κέλω, moueo,* proprie est *equus celer, velox,* deinde „in certamine equestri *equus singularis, solitarius. E„ques* etiam, tali equo vectus, *κέλης* dicitur: vnde ab „Aeolico *κέληρ Celeres* vocati sunt equites, quos Romu„lus instituit. Vid. Hesych. Suid. Eustath. ad Il. *O.* pag. „1038. H. Vales. ad Sozomen. H. E. VI. init. et in Mauss. „Not. ad Harpocrat. p. 234. vt alios praeteream. Latini

„equitem voce ab eodem *κέλω* vel *cello* ducta, *celsum* ap-
„pellarunt. Erudite Festus: *Celsus, a Graeco κέλης,*
„*eques dictus.* Glossae Philoxeni: *Celsus, ὑψηλὸς, με-*
„*τέωρος, καὶ κέλης.* Sic corruptum *κῆλιν* bene emendat
„Vulcanius. Equum etiam singularem *celsum* dictum
„esse, scribit Vir quidam eruditus, laudans pro hac opi-
„nione Petauium ad Themist. Or. XVIII. p. 482. Sed il-
„le, quae Petauius de *equite* dixerat, perperam de *equo*
„accepit. *Celsi* in genere dicuntur omnes equitantes.
„Statius Theb. VIII. 563. *Nunc pedes ense vago, pren-*
„*sis nunc celsus habenis.* Vetus poëta apud Mallium
„Theod. de Metris p. 30. *Celsus equo, Phoenicia veste*
„*nitens, ibat Arion.* Sed propria quadam ratione sic
„dicuntur equites Romani. Saepe laudatus est Horatius
„A. P. 342. *Celsi praetereunt austera poëmata Ramnes.*
„vbi vid. Lambin. Statius Sylu. I. 4. 42. *Pompeio nec*
„*celsus eques, nec femina Bruto.* Sylu. II. 7. 46. de con-
„iectura sagacissimi Marklandi: *Et celsos equites, et elo-*
„*quente Cantu purpureum trahes Senatum.* Vid. I. Fr.
„Gronou. Diatr. Stat. c. 32. et Drakenb. ad Sil. Ital. XVII.
„126. Satis de *celete.* In *ΑΤΡΕΜΙΤΙ* duplex obser-
„vandus est Laconismus, *Ἀτρέμιτι* pro *Ἀρτέμιτι*, sede
„binarum literarum mutata, et *Ἀρτέμιτι* pro *Ἀρτέμιδι.*
„Eustath. ad Od. *Ι.* p. 1618. *κατὰ τὴν παρὰ Ἡρωδιανῷ*
„*Ἀλκμανικὴν χρῆσιν καὶ Ἀρτέμιδος Ἀρτέμιτος, οἷον·*
„*Ἀρτέμιτος θεράποντα.* Denique notissima est *Ἄρτεμις*
„*Ὀρθία* vel *Ὀρθωσία*, apud Lacedaemonios culta, ad
„cuius aram nudi pueri flagellis, prope ad necem, cae-
„debantur, vt Spartanae nobilitatis in plagis concoquen-
„dis specimen darent. De hac Dea quicquid ex vtrius-
„que linguae scriptoribus collegeram, occuparunt Io.
„Meursius Graec. Feriat. v. *Διαμαστίγωσις*, Th. Muncke-
„rus ad Hygin. Fab. 261. et Io. Grammius in Xenophon-
„teis p. 24. quibus adde Magnum Hemsterhusium ad He-
„sych. v. *Φουαέξιερ.* Apud Sponium Misc. erudit. An-
„tiqu. p. 88. fragmentum est lapidis Thyatireni cum hac
„inscriptione: *ΑΡΤΕΜΙΔΙ ΟΡΕΙΤ.* vbi, ne quis *ΟΡ-*
„*ΘΙΑΙ* restituendum putet, scribendum est *ΟΡΕΙΤΙΔΙ,*
„a feminina forma *ὀρειτὶς* *), i. e. *montanae,* vt Sponius
„etiam exponit. Euripid. Iphig. in Taur. 126. *Ὦ παῖ*

*) Perperam positus accentus, cum scribatur *ὀρείτης.* Bast.

§. CXVIII. [44]) *Τῶν εἰς ειν ἀπαρεμφάτων καὶ τῶν λοιπῶν λέξεων ἀεὶ τὸ ι ὑπεξαιροῦσι, τὸ λαβεῖν λαβὲν λέγοντες, καὶ τὸ ἐλθεῖν ἐλθέν.*

Ἐς Χρύσην [45]) — — —

ἀντὶ τοῦ εἰς Χρύσην. τοῦτο δὲ ἴδιον καὶ Ἀττικῶν καὶ Αἰολέων.

§. CXIX. [46]) *Αἱ ἀποκοπαὶ ἴδιαι αὐτῶν εἰσί. γί-*

„*τᾶς Λατοῦς, Δίκτυνν', οὐρεία. Montium domina* dici-„tur a Catullo XXXIV. 9. aliisque.“ Koen.

44) Codd. a. b. c. et August. hunc articulum omittunt. Schaef.

45) *ἐς Χρύσην*] Homer. Il. *Α.* vs. 100. Voss. *ἐς Χρυσὸν ἀντὶ τοῦ εἰς Χρυσόν.* His omissis Vatic. non secus ac priores edd. articulum post §. CXIII. hunc in modum exhibet: *ὑπεξαιροῦσι δὲ καὶ τῶν ἀπαρεμφάτων τὸ ι, λαβὲν γὰρ ἀντὶ τοῦ λαβεῖν, καὶ ἐλθὲν ἀντὶ τοῦ ἐλθεῖν, καὶ ἐνεύδεν* [Theocrit. Eid. V. 10.] *ἀντὶ τοῦ ἐνεύδειν. Ἀγράθεν* apud Hesych. cuius forma sollicitatur, fuerit e dialecto, vt *Βαρύνθεν* apud eundem et *Τίτθεν. Μελεδαίνεν* in Inscriptione Sigea cur displicuerit Rich. Dawesio in Misc. Crit. p. 120. rationem non exputo. *Φιλοσοφὲν* praebet MS. Cizensis collatio in Lysidis Ep. apud Iamblich. de V. P. p. 62, 4. *ἐμφυτεύεν* p. 65, 27. *Ἀμέλγεν* in Theocriti Eid. V. 27. MS. apud Schottum Obs. Hum. p. 94. *Quae verborum terminatio* (*λέγεν, φέρεν, γράφεν*) *vereor ne primigenia sit ac antiquior illa, quae φέρειν et γράφειν pronuntiat. Haec enim flexio propius accedit ad eam, qua verba Scythica tam in Persica quam in Teutisca dialecto finiuntur. Inde enim originem Graeca quoque traxerunt.* Verba sunt Claud. Salmasii, qui in Dialectorum ratione plus ceteris vidit, de L. H. pag. 66. Koen.

46) Codd. a. et b. omittunt verba *γίνονται δὲ κατὰ τέλος* et *δῶμα δῶ.* Cod. c. *αἱ ἀποκοπαὶ ἴδιαι τῶν Δωριέων εἰσὶ, τὸν Ποσειδῶνα λεγόντων Ποσειδῶ, καὶ τὸν κυκεῶνα κυκεῶ, καὶ τὸ δῶμα δῶ, ὡς ἐν τῷ, Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ, παρ' Ὁμήρῳ.* Bastius: „Il. *Α.* 426.“ Cod. August. *Αἱ ἀποκοπαὶ ἴδιαι αὐτῶν εἰσίν. Ποσειδῶνα, Ποσειδῶ,* ceteris omissis. Schaef.

νονται δὲ κατὰ τέλος [47]), *Ποσειδῶνα Ποσειδῶ, δῶμα δῶ.*

§. CXX. [48]) *Αἱ προθέσεις τῆς $\overline{με}$ συλλαβῆς ἐπὶ τῶν παρ' ἡμῖν εἰς $\overline{ναι}$ ληγόντων ἀπαρεμφάτων* [49]), *οἷον βήμεναι, ἀντὶ τοῦ βῆναι.*

---

47) *κατὰ τέλος*] Editt. *Αἱ α. ἴ. αὐτῶν, οἷον Ποσειδῶνα Π. δ. δῶ, κρίμνον κρί.* Vatic. *Αἱ α. ἴ. αὐτῶν εἰσί. Π. Π. δῶμα δῶ, ὡς καὶ Ἡσίοδος· χρύσεα δῶ.* Insignis Strabonis locus L. VIII. p. 560. saepe a Viris doctis est allegatus. Pertinet huc *βᾶ* pro *βασιλεὺς*, Scaligero monente, in Aeschyli Supplic. vs. 901. Vid. exquisitae eruditionis plenissima nota ad Herodot. p. 307. *Εὐῶ* etiam, quod Grammaticus infra §. CLXI. pro *εὐωχεῖσθαι* positum ait, indidem videtur accipiendum. [Sed v. Bastium ad §. CLX. Schaef.] Nota sunt ex Ausonio et Ennii fragm. *do* pro *domus*, *gau* pro *gaudium*, *cael* pro *caelum*. Festo auctore, *Pa pro parte, et po pro populo positum est in Saliari carmine.* Cum *Ποσειδῶ*, praeter cetera, quae Atticis tribuuntur supra p. 71. [Dial. Att. §. XCI. Schaef.] conuenit *αἰῶ.* Lexicon Sangerm. MS. penes Cl. Ruhnkenium: *Αἰῶ τὸν αἰῶνα κατ' ἀποκοπὴν Αἰσχύλος εἶπεν.* Koen.

48) Cod. a. *αἱ προθέσεις τῆς $\overline{με}$ $\overline{σ\upsilon}^{λλ}$* etc. Cod. c. *ἀπαρεμφάτων ἴδιαι τῶν Δωριέων εἰσὶν, οἷον* etc. Cod. August. — *εἰς ν ληγόντων ἀπαρεμφάτων τῶν Δωριέων εἰσὶν, οἷον* etc. Ex hac scripturae diuersitate rectius puto *προθέσεις*: itaque hoc dedi pro Koeniano *προσθέσεις.* Sic Etymologus M. loco citato a Koenio: *προτιθέναι τὴν $\overline{με}$ συλλαβήν.* Schaef.

49) *ἀπαρεμφάτων*] *α. τῶν Δωριέων εἰσὶν* prior. edd. Quando nihil Nostrum magis illustrat, quam Etymologi M. locus p. 282, 47. eum e MS. Leidensi adponam: *Δόμεναι*] *πρίν γ' ἀπὸ πατρὶ φίλῳ δόμεναι. Δίδωμι, ἔδων, δοὺς, δόντος, τὸ ἀπαρέμφατον δοῦναι. εἰώθασι δὲ οἱ Δωριεῖς ἐπὶ τῶν εἰς $\overline{ναι}$ ἀπαρεμφάτων τοῦ ἀορίστου προτιθέναι**) *τὴν $\overline{με}$ συλλαβὴν, καὶ εἰ μὲν παραλήγεται τὸ*

*) Koeniana perperam *προτίθεσαι.* Monuit Bastius. Schaef.

ἀπαρέμφατον δυσὶ φωνήεσσι, ἀποβάλλειν τὸ ἓν φωνῆεν, δοῦναι δόμεναι, θεῖναι θέμεναι, εἶναι ἔμεναι, καὶ πλεονασμῷ ἑτέρου μ ἔμμεναι· εἰ δὲ ἑνὶ φωνήεντι παραλήγεται, φυλάττειν αὐτὸ, στῆναι στήμεναι, βῆναι βήμεναι, γραφῆναι γραφήμεναι, τυφθῆναι τυφθήμεναι. In *δόμεναι, θέμεναι, ἔμμεναι* plerumque diphthongus finalis abiicitur. *Δόμεν*, quod Interpretem latuit, infinitiuus est in Inscr. Corcyr. in Montefalconii Diar. Ital. p. 421. vt in Testamento Dorico apud Gruter. Thes. Inscr. pag. CCXVI. Col. I, 23. III, 9. in decreto Cnosiorum Antiq. Asiat. p. 121, 22. et alibi. Abiicitur etiam diphthongus in aoristis *γραφήμεναι, τυφθήμεναι. Αὐξηθῆμεν* est in Lysidis Ep. apud Iamblich. de V. Pyth. p. 64, 26. *) *ἐγδανεισθῆμεν, καταχρησθῆμεν* in Inscr. Corcyr. in Montefalc. D. It. pag. 416, 25. 418, 25. 420, 2. *δοθῆμεν* in Arcadum decreto Antiq. As. p. 118, 30. *Στερηθῆμεν* pro *στερηθῆναι* Hesychius videtur adnotasse. Singularis est idem flexus *ῆμεν*, pro *έναι*, in perfecto actiuo: qualia sunt *πεφυτευκῆμεν* et *πεπρωγγνευκῆμεν* in Tabula Heracleënsi priore vs. 94. et 107. Pro *ῆμεν* etiam cum in eiusmodi perfectis, tum vel maxime in aoristis passiuis nonnulli *ῆν* pronunciabant; quae *ἰδιότης* ab iis, qui de dialectis scripserunt, nondum fuit obseruata. *ἘΠΙΤΕΘΕΩΡΗΚΗΝ* occurrit in marmore Cumeo in generosissimi Caylusii Recueil d'Antiq. T. II. Tab. LVI. vs. 19. *ΓΕΝΗΘΗΝ* vs. 11. *ΕΠΙΓΡΑΦΗΝ* (nam sic legendum est) vs. 36. *ΣΤΕΦΑΝΩΘΗΝ* vs. 46. *ΕΙΣΕΝΕΧΘΗΝ* vs. 49. *ΕΝΤΑΦΗΝ* vs. 51. *ΟΝΤΕΘΗΝ* vs. 8. 34. 39. 53. Alcaeum in iis versibus, quos citat Athenaeus L. X. p. 430. B. facile mihi persuadeo, scripsisse: *Οὐ χρὴ κακοῖσιν θυμὸν ἐπιτρέπεν. Προκόψομες γὰρ οὐδὲν ἀσά-*

*) In editione Galei, qua vtor, p. 738. sic locus scribitur: *πᾶν τὸ ἅμερον καὶ πρᾶον καὶ λογιστικὸν ἐπισκιάζουσαι προφανῆμεν αὐξηθέν.* Codex Paris. 1038. *ἐπισκιάζουσαι καὶ κωλύουσαι*, nihil amplius addens. Codex autem 1810. rectius: *ἐπισκιάζουσαι καὶ κωλύουσαι προφανῆμεν αὐξηθέντα.* Sed haec forte optime constituta leguntur in exemplo Kusteriano. Boisson.

Kusteri editio haec dat: *πᾶν τὸ ἅμερον καὶ πρᾶον καὶ λογιστικὸν τᾶς ψυχᾶς ἐπισκιάζουσαι, καὶ κωλύουσαι προφανῶς μὲν αὐξηθῆμεν καὶ προκύψαι τὸ νοητικόν.* Sed omnino insignis est toto isto loco diuersitas scripturae inter Galeanam et Kusterianam. Schaef.

§. CXXI. *Αἱ ὑπεξαιρέσεις τοῦ δ* 50) *ἐπὶ τῶν πλαγίων τῶν ἑνικῶν πτώσεων, τῶν ἀπὸ τῶν εἰς ις εὐθειῶν διὰ τοῦ δος κλινομένων, Δωριέων εἰσίν. οἷον·*
— — Πάριος δὲ θοῶς ἐκ κλῆρος ἔπεσσεν.
ἀντὶ τοῦ Πάριδος· ὁμοίως καὶ τὸ κέραος ἀντὶ τοῦ κέρατος. ταῦτα δὲ καὶ τῶν Ἰώνων εἰσὶν ἰδιώματα.

§. CXXII. 51) *Βαρυτονοῦσιν οἱ Δωριεῖς* 52) *καὶ τὰ*

μενοι, [vid. ad §. X.] *Ὦ Βακχὶ, φάρμακον δ' ἄριστον Οἶνον ἐνεικαμένοις μεθυσθῆν,* non *μεθυσθῆναι,* quod contra versum esse, vidit monuitque rei metricae peritissimus Rich. Bentleius ad Horat. p. 146. ipse *μεθύσθαι* corrigens. Koen.

50) *Αἱ ὑπεξ. τοῦ δ*] Dedi haec auctiora e Voss. cui Reg. fere concinit. Edd. *Αἱ ὑπεξ. τοῦ δ ἐκ τῶν γενικῶν διὰ τοῦ δ κλινομένων, Πάριδος Πάριος, καὶ τὸ κέραος ἀντὶ τοῦ κέρατος τῶν Ἰώνων εἰσὶν ἰδιώματα καὶ τῶν Δωριέων. Πάριος δὲ θοῶς ἐκ κ. ἔπεσσεν* est ex Homeri Il. *Γ*. vs. 325. vbi *ὄρουσεν. Πάριος* pro *Πάριδος* est et in Pindari Pyth. VI. 33. Koen. Cod. A. *οἷον Πάριος· ὁμοίως καὶ τὸ κέρα* (sic) *ἀντὶ τοῦ* etc. Codd. a. et b. *αἱ ὑπεξαιρέσεις τοῦ δ ἐκ τῶν γενικῶν τῶν διὰ τοῦ δ κλινομένων, Πάριδος Πάριος, καὶ τὸ κέραος ἀντὶ τοῦ κέρατος. ταῦτα δὲ καὶ τῶν ἰώνων εἰσὶν ἰδιώματα.* Cod. c. *Καὶ αἱ ὑπεξαιρ. τοῦ δ ἐκ τῶν γεν. τῶν διὰ τοῦ δος κλινομένων, οἷον Πάριος, καὶ τοῦ τ, οἷον κέρατος κέραος καὶ κρέατος κρέαος. ταῦτα δὲ καὶ τῶν ἰώνων εἰσὶν ἰδιώματα.* Quod is addit *καὶ τοῦ τ,* praeferendum, vt magis finitum, nostro *ὁμοίως*. Cod. August. *Αἱ ὑπεξαιρέσεις τοῦ δ ἐκ τῶν γενικῶν διὰ τοῦ δ κλινομένων, Πάριδος Πάριος, καὶ τὸ κέραμος ἀντὶ τοῦ κέρατος, τῶν Ἰώνων εἰσὶν ἰδιώματα καὶ τῶν Δωριέων.* Schaef.

51) Cod. c. *καὶ τὰ μεσότητος δηλωτικὰ ἐπιῤῥήματα — ἅπλως λέγοντες, ἀντὶ τοῦ καλῶς, σοφῶς, κομψῶς, ἁπλῶς.* Hîc finitur articulus, sequiturque continuo nouus hic: *Τὰ παρ' ἡμῶν βαρύτονα ἐπιῤῥήματα περισπῶσιν οἱ Δωριεῖς, οὑτῶς παντῶς αὐτοματῶς, καὶ τὰς εἰς οι ληγούσας*

ποιότητος δηλωτικὰ ἐπιῤῥήματα, κάλως, σόφως, κόμψως, ἅπλως [53]). *τὰ δὲ ὑφ᾽ ἡμῶν βαρυνόμενα περισπῶσιν, οὑτῶς, παντῶς, αὐτοματῶς.*

εὐθείας τῶν πληθυντικῶν ὀνομάτων, ὁμοίως καὶ τῶν μετοχῶν, ὅταν προπαροξύνωνται παρὰ τῆς κοινῆς διαλέκτου, παροξύνουσιν οἱ Δωριεῖς, οἷον φιλοσόφοι, Μενελάοι, πωλουμένοι, δαιρομένοι. Cod. August. — *κάλως, σόφως, ἅπλως λέγοντες. τὰ δὲ παρ᾽ ἡμῖν βαρύτονα περισπῶσιν, οὑτῶς, παντῶς καὶ αὐτοματῶς.* Tittmannus enotauit, non *παρ᾽ ἡμῖν*, sed *παρ᾽ ἡμῶν.* Quod nisi esset, dedissem *τὰ δὲ παρ᾽ ἡμῖν βαρύτονα.* Nunc dedi, partim auctoritate veterum editionum, *τὰ δὲ ὑφ᾽ ἡμῶν βαρυνόμενα* pro Koeniano, quod non puto defendi posse, *τὰ δὲ ὑφ᾽ ἡμῶν βαρύτονα.* SCHAEF.

52) *Βαρυτονοῦσιν οἱ Δωριεῖς*] Meerm. *Βαρυτονοῦσιν οὗτοι* —. KOEN.

53) *κόμψως, ἅπλως*] Addunt *λέγοντες* edd. in quibus deinde *αὐτοματῶς* deest. Pro *βαρυνούμενα* e MSS. recepi *βαρύτονα*, vt vulgatur etiam in Io. Grammat. §. XV. vereor, ne pro *βαρυτονούμεναι* *), nisi *τὰ παρ᾽ ἡμῖν βαρύτονα* placet, [Meerm. *τὰ δὲ ἐφ᾽ ἡμῖν βαρύτονα*] vt est

*) Rarissime in libris MSS. hae voces plene scribuntur. Plerumque indicantur his fere compendiis (nam accurate exprimi figuris typographicis nullo modo possunt): *βαρ*, (υ), *βαρυτ*, (ο), hîc illic etiam *βρ*, (α), *βρ*, (τ), cuiusmodi nota paene in singulis paginis Etymologici Sorbon. apparet. Syllabas igitur finales vt recte expleas, series orationis attendenda est. Nostro quidem loco, cum additum sit *ὑφ᾽ ἡμῶν*, praefero participium. Itaque legam *βαρυτονούμενα* vel *βαρυνόμενα*, pro quo vetustiores Gregorii editiones perperam habent *βαρυνούμενα.* In adiectiuo *βαρύτονος* interdum, sed non semper, syllaba finalis compendiose scripta additur, e. c. *βαρυτόνων* sic scribunt: *β* (αX), aut *β* (τX). Restituendus hic genitiuus in Etymologico M. v. *ἀπίθησεν* p. 122. v. 53. vbi Codex Sorbon. pro verbis *τὰ ἀπὸ βαρυτόνου μεταγόμενα εἰς πλεονασμὸν* melius haec dat: *τὰ ἀπὸ βαρυτόνων μεταγόμενα εἰς περισπώμενα.* Vltima vox per compendium sic scribitur: *π* (ε); sed *πλεονασμὸς*, item *πληθυντικὸς* sic: *π* (λ). Inde orta h. l. vocum istarum confusio. BAST.

in Apollonii Dysc. Grammatica inedita; vnde complura descripsisse operae pretium erit *): *Τὸ παντὸς ὀξύνεται, ἡ δὲ πάντων γενικὴ βαρύνεται. ἔνθεν καὶ τὸ συνὸν ἐπίῤῥημα συμβαρύνεται. καὶ ὅτι τοῦτο αἴτιον, σαφὲς καὶ ἐκ τοῦ Δωριεῖς συμπερισπᾷν* **) *τὸ ἐπίῤῥημα, ὡσεὶ καὶ τὴν γενικὴν παντῶν φασιν. οὕτως ἔχει καὶ τὸ ἀλλῶς καὶ τηνῶς. τοῦτο γὰρ καὶ ἐνίους ἠπάτησεν ἀποφήνασθαι, ὡς τὰ παρ' ἡμῖν βαρύτονα τῶν ἐπιῤῥημάτων περισπῶσι Δωριεῖς. ὅπερ οὐκ ἦν ἀληθές. οὔτε γὰρ τὸ φίλως οὔτε τὰ τοιαῦτα περισπῶσιν. διὰ τί οὖν τὸ παντῶς; ὅτι καὶ τὴν ποιοῦσαν τὸν τόνον γενικὴν περιεσπάκεισαν.* Deinde in Capite *περὶ τοῦ ἄλλος καὶ ἀλλοδαπός· τὴν γενικὴν πληθυντικὴν περισπῶσι Δωριεῖς, ἐπεὶ καὶ τὰς τοιαύτας τῶν ἀντωνυμιῶν, τουτῶν γὰρ καὶ τηνῶν, οἷς ὅμοιον καὶ τὸ ἀλλῶν. Οὑτῶς* in Theocriti Eid. X. 47. inuenit Eustath. ad Hom. Il. Z. p. 630, 29. *Κάλως* in Eid. V. 119. e veteribus Grammaticis, Nostro puta et Io. Grammatico, praetulit Casaubon. Lect. Theocr. C. VII. adducitque ex incerto scriptore Dorico Apollonius Dysc. MS. *Τὰ εἰς ως λήγοντα ἐπιῤῥήματα κοινολεκτούμενα δυσὶν τόνοις ὑποπίπτει· ἢ γὰρ βαρύνεται, ὡς κούφως, φαύλως, μετρίως· ἢ περισπᾶται, ὡς τὸ σεμνῶς καὶ εὐσεβῶς. καὶ ἔτι παρὰ Δωριεῦσιν ἔνια ὀξύνεται, ὥστε κατ' ἔγκλισιν ἀνεγνώσθη· Ἥρα κάλως ἀποκαθάρασα ἔξελε πυρωσεν ὑπερίων.* Videtur olim scriptum fuisse: *Ἥρα κάλως ἀ. ἐξελεπυρίωσεν Ὑπερίονα.* qua sententia, cum fabula incognita sit, non exputo. Koen. In fragmento incerti scriptoris Dorici, quem citat Apollonius Dysc. in libro *περὶ ἐπιῤῥημάτων*, (Sophronem esse vix dubito,) textum Apographi Ruhnkeniani secutus videtur Koenius, cum ederet *Ἥρα* ac deinde *ἔξελε πυρωσεν ὑπερίων.* Haud multo melius est, quod Koenius excogitauit: *Ἥρα κάλως ἀποκαθάρασα*

*) Prior Apollonii Dysc. locus sumtus est ex libro *περὶ ἐπιῤῥημάτων*, posterior ex libro *περὶ ἀντωνυμίας*. Pro *ὡσεὶ καὶ τὴν γενικὴν* Codex recte dat *ἐπεὶ καὶ τ. γ.* Porro *οὕτως ἔχει καὶ τὸ ἀλλῶς καὶ τηνῶς* videtur esse corrigentis Koenii: nam Codex habet *οὕτως ἔχει καὶ τὴν ἀλλῶς καὶ τηνῶς*, aut potius *τηναλλως*. Scribemusne coniunctim *τηναλλῶς?* Denique pro *ἀληθές. οὔτε γὰρ τὸ φίλως* legendum est *ἀληθές· οὔτε γὰρ τὸ κούφως οὔτε τὸ φίλως.* Certe haec Codex habet. Bast.

**) *Συμπερισπᾷν* Lexicis adde. Habet etiam Etymolog. M. c. 171, 39. Schaef.

§. CXXIII. *Τὰ εἰς οι λήγοντα πληθυντικὰ ὀνόματα* [54]), *ὁμοίως δὲ καὶ τὰς μετοχὰς, ὅταν προπαροξύνωνται, αὐτοὶ παροξύνουσιν. οἷον φιλοσόφοι, Μενελάοι, πωλουμένοι, καλουμένοι, δωρουμένοι.*

ἐξελεπυρίωσεν Ὑ π ε ρ ί ο ν α. Qui si sequentia leuiter attendisset, nec de bono Hyperione cogitasset, nec de regina Deorum. Codex haec dat: *ηρακαλωσ αποκαθαρασα εξελε πυρωσεν περι ων και κατα το εξησ ειρησεται.* Haec sic legenda: *ἦ ῥα κ ά λ ω ς ἀ π ο κ α θ ά ρ α σ α ἐ ξ ε λ ε π ύ ρ ω σ ε ν· π ε ρ ὶ ὧν καὶ κατὰ τὸ ἑξῆς εἰρήσεται.* Pro *Ἥρα* lego *ἦ ῥα,* quod etiam alibi non intellexerunt. Conf. Bibl. Crit. Vol. II. 1. p. 113. Fragmentum hoc doricum aut interrogatiue aut affirmatiue capi potest. Valckenarius Epist. ad Roeuer. p. L.: „Theocritus cum ceteris frequenter adhibet *ἦ ῥα*, et vbi formulis interrogandi, sed et vbi sine interrogatione res certa affirmanda est etc.“ Ista, *εξελε πυρωσεν,* contraxi in vnam vocem, *ἐξελεπύρωσεν.* [Egregie omnia. Videtur autem agi de homine, quem mulier omni pecunia probe emunxit. Sic Germani vulgo dicunt *einen ausschälen*. SCHAEF.] A *λέπυρον, cortex, putamen,* recte deriuantur *λεπυρόω, ἐκλεπυρόω,* etsi haec verba in Lexicis frustra quaeras. Hesychius habet *λεπυριῶσαι, ἐξαχυριῶσαι,* quem sequens Koenius *ἐξελεπυρίωσεν* correxit. Haec forma, a *λεπύριον* deriuata, item proba est, quemadmodum *ἐξαχυριῶσαι* nemo negabit dici posse pro *ἐξαχυρῶσαι.* Recentiores quidem Lexicographi tantummodo *ἀχυρόω* habent, non item *ἀχυριόω.**) Denique *περὶ ὧν* pro *Ὑπερίων* tam certum est, vt verbum de eo addere pigeat. BAST.

54) *Τὰ εἰς οι λ. πλ. ὀν.*] *Καὶ τὰ εἰς οι ὀνόματα, ὁμοίως δὲ καὶ μετοχὰς* (*μετοχικὰ* Reg.), *ὅταν προπαροξύνονται, ἀ. π. οἷον φ. Μ. ποθουμένοι, δηλομένοι* edd. atque ita fere Vatic. nisi quod hic habeat *πωλούμενοι, δωρούμενοι.* KOEN. Cod. A. *δωρουμένοι* omittit. Codd.

*) Sic a *ψιμύθιον* vulgo deriuatur *ψιμυθιόω.* Sed in Moeride et Thoma Mag. legitur *ψιμυθόω,* deductum illud a *ψίμυθος,* quod cautior Toupio, qui Emend. T. IV. pag. 408. repudiat, Hemsterhusius ad Thom. Mag. p. 317. damnare non audet. BAST.

§. CXXIV. *Τὰς εἰς ων ληγούσας περισπωμένας μετοχὰς* [55]) *εἰς αν ποιοῦσι λήγειν. γελῶν γελᾶν, σιγῶν σιγᾶν, ἐλῶν ἐλᾶν.*

§. CXXV. *Τὴν ναῦν νᾶν λέγουσι* [56]).

---

a. et b. *τὰ εἰς οι ὀνόματα, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς μετοχὰς.* vnde *τὰς*, vulgo omissum, asciui. Deinde Cod. a. *ὅσαι προπαροξύνονται, αὐτοὶ* etc. Idem *πωλουμένοι, δερομένοι.* Cod. b. omittit *καλουμένοι, δωρουμένοι.* Cod. August. totum articulum omittit. SCHAEF.

55) *Τὰς — μετοχὰς*] Vatic. cum olim editis: *Καὶ τὰς μετοχὰς εἰς ων λ. τῶν περισπωμένων,* omisso mox *σιγῶν σιγᾶν.* De Dorica contractione conf. supra §. X. KOEN. Codd. a. et b. *καὶ τὰς μετοχὰς τὰς εἰς ων ληγούσας τῶν περισπωμένων εἰς αν ποιοῦσι λήγειν, γελῶν γελᾶν καὶ ἐλῶν ἐλᾶν.* Cod. c. *τὰς εἰς ων ληγούσας μετοχὰς τὰς ἀπὸ περισπωμένων ῥημάτων γινομένας, εἰς αν π. λ. οἱ Δωριεῖς. ἀντὶ γὰρ τοῦ εἰπεῖν ὁ γελῶν, ὁ γελᾶν λέγουσιν, ἀντὶ τοῦ ἐλῶν ἐλᾶν.* Cod. August. *καὶ τὰς μετοχὰς τὰς εἰς ων ληγούσας εἰς αν ποιοῦσι. γελῶν, ἐλῶν, γελᾶν, ἐλᾶν.* SCHAEF.

56) *νᾶν λέγουσι*] Sic Voss. Reg. et Meerm. *νᾶν καλοῦσι* Vatic. *νηῦν καλοῦσι* perperam priores edd. tametsi *νᾶν* recte est in Io. Grammatico. [Codd. a. et August. *τὴν ναῦν νᾶν καλοῦσι.* Cod. b. *τὴν ναῦν νηῦν λέγουσι.* Cod. c. *τὴν ναῦν νᾶν καλ. οἱ Δωριεῖς.* SCHAEF.] *Νᾶς* Doriensibus tribuitur et ab Etymologo M. p. 605, 25. vbi MS. Leidensis: *Νῆυς, παρὰ τὸ νέω, τὸ νήχομαι, νῆυς. τοῦ ὀνόματος εὐθεῖαι πολλαὶ, νεῦς, νῆυς, ναῦς, παρὰ Δωριεῦσι δὲ νᾶς.* et a Stephano Byz. V. *Κατάνη,* vrbis Siculae notissimae nomen inde arcessente. Vtroque vsus Salmasius Exerc. Plin. p. 78. C. in Hesychio pro *Καταvᾶ, κατὰ νοῦν,* legit, *κατὰ νᾶν, κατὰ ναῦν,* adplaudente D'Oruillio in Siculorum Cap. XIII. p. 209. sed qui *κατὰ νᾶ* retineri posse suspicatur, cum *νῆα* et *ναῦν* dicatur. Est haec emendatio ex illarum genere, quae, dum per se spectatae multum adblandiuntur, verae crederentur, nisi ex similium comparatione tanquam non necessariae

§. CXXVI. [57]) *Τὰς κλεῖδας κλᾷδας.*

§. CXXVII. *Παροξυτονοῦσι καὶ τὰ τρίτα πρόσωπα* [58]) *τῶν πληθυντικῶν ἐπὶ τῶν ἀορίστων τὰ λήγοντα εἰς ᾱν, ἐστάσαν, ἐφάσαν, ἐλύσαν, ἐδείραν, ἐκράξαν. ὡσαύτως καὶ τὰ εἰς ον λήγοντα παροξυτονοῦσιν, ἐλάβον, ἐφάγον, ἐλέγον, ἐτρέχον.*

---

arguerentur. Vid. Cl. Albertius ad Hesych. T. II. pag. 177, 3. In voce *ναῦς* corruptus est Callicratidas Pythagoricus apud Stobaeum S. LXXXIII. p. 485, 1. *ὅ, τε γὰρ ὀνυμαινόμενος χορὸς σύσταμά τι ἐντὶ κοινωνίας ᾠδικᾶς, καὶ ποτὶ ἕν τι κοινὸν ἐπαμφέρεται, τὰν συνῳδίαν· ἔτι καὶ τὸ σύσταμα τῶ σώματος περὶ τὰν ναῦν ἐκ τινῶν ἀνομοίων καὶ ἐναντίων συνέστακε* etc. Pro vltimis Trincavelli editio, cuius inprimis ratio habenda est futuro Stobaei editori, offert: *ἐν τε ναΐ τὸ σ. τῶ σ. περὶ τὰν νᾶαν·* quae lectio genuina est, modo leuiter adiuuetur: *ἐν τᾷ ναΐ — νᾶν.* Doricum *τᾷ* quoties in communem voculam *τε* mutatum fuerit, credi vix potest. Praeter dialecti difficultatem, caussa fuit frequens admodum error scribarum in *ε* et *αι* permiscendis. *Ἐν τᾷ Ἑλλάδι* scribendum in decreto Byzantinorum apud Demosth. p. 325. C. *ἐν τᾷ δόσει* in Inscr. Corcyrea in Montefalconii Diar. Ital. p. 417, 5. *ἐν τᾷ ἐκτυπώσει* in Aesarae fragmento in Wolfii fragm. Mulier. Graec. p. 6. Plura praetermitto. — Initio sequentis §. voculam *καὶ* cum MSS. meis sustuli. Koen.

57) Cod. A. *τὰς κλείδας κλάδας.* Cod. a. *καὶ τᾶς κλ. κλάδας.* Cod. b. *τὰς κλ. κλώδας* (sic). Cod. c. *τὰς κλεῖδας ἡ τῶν Δωριέων διάλεκτος κλᾷδας λέγει.* Cod. August. *καὶ τὰς κλεῖδας κλάδας.* Schaef.

58) *Π. καὶ τὰ τρίτα π.*] Editt. et Vatic. *π. δὲ καὶ τὰ τ. π. τὰ εἰς ᾱν λήγοντα τῶν ἀορίστων,* et mox, omissis verbis *ἐλύσαν — ὡσαύτως,* in fine: *καὶ τὰ εἰς ον δὲ λήγοντα παροξυνοῦσιν* *), *ἐλάβον, ἐτρέχον, ἐλέγον, ἐφάγον.* Suspiciosior aliquis hinc *ἐστάσαν* scriberet in Theocriti Eid. XXII. 49. —— Ad §. sequentem conf. §. XXVI. et

*) *παροξυνοῦσιν* pro *παροξυτονοῦσιν.* Bast.

§. CXXVIII. *Περισπῶσι δὲ τὰ τοιαῦτα, παιδῶν, Τρωῶν, παντῶν* 59).

CXXII. Koen. Cod. A. *ἐδεῖραν*, extremo articulo omittens *ἐλέγον, ἐτρέχον*. Codd. a. et b. *παροξ. δὲ καί*. Tum Cod. a. *τὰ τρίτα πρόσωπα τῶν εἰς αν ληγόντων ἀορίστων, ἐστάσαν*. Cod. b. *τὰ τρίτα πρόσωπα τὰ εἰς αν λήγοντα τῶν ἀορίστων, ἐστάσαν*. Ambo omittunt *ὡσαύτως*: deinde dant *καὶ τὰ εἰς ον δὲ λήγοντα* etc. Cod. c. *παροξύνουσι καὶ τὰ τρ. πρ. τῶν α'* (litterâ *α* inclusâ circulari lineae, quod scribendi compendium significat *ἀορίστων*) *τὰ παρ' ἡμῖν προπαροξυνόμενα. ἀντὶ γὰρ τοῦ εἰπεῖν τὸ ἔλυσαν, ἔκραξαν, ἔφθασαν, ἔδηραν, ἐλύσαν, ἐκράξαν, ἐφθάσαν, ἐδήραν λέγουσιν*. Iam nouus incipit articulus: *παροξυτονοῦνται παρὰ τῶν Δωριέων καὶ οἱ λήγοντες εἰς ον παρατατικοὶ, οἱ παρ' ἡμῶν προπαροξυνόμενοι· τὸ γὰρ ἔλεγον, ἔτρεχον, ἔλαβον, ἔφαγον, ἐλέγον, ἐτρέχον, ἐλάβον, ἐφαγον λέγεται παρ' αὐτῶν*. Cod. August. *Παροξυτονοῦσι δὲ καὶ τὰ τρίτα πρόσωπα τὰ εἰς αν λήγοντα τῶν ἀορίστων, ἐστάσαν, ἐφάσαν, καὶ τὰ εἰς ον δὲ λήγοντα παροξύνουσιν, ἐλάβον, ἐφάγον, ἐτρέχον, ἐλέγον*. Schaef.

ρατρέχει. ὅθεν οἱ Δωριεῖς ἀτρεχὲς λέγουσι. Eodem pertinet *κὴκεκρατηρίχημες,* Sophroni restitutum a Celeb. Valckenaerio in Ep. ad Roeu. p. 59. nisi mendosa *κὴν κρατῆρι χημές* in *κὴκρατηρίχθημες* mutanda censeantur; vt ipsum verbum Sophroneum, demto Dorismo, posuerit Hesychius V. *Ἐκρατηρίσθημεν, ἐμεθύσθημεν.* — Pro sequenti *οἴκαδες,* quod in prior. edd. est post §. CLXXIV. Io. Grammaticus praebet *οἴκαδις.* Vid. §. XLII. Koen. Quod dicit Koenius, *omnino ista petita esse e commentariis ad Theocriti Eid. VII. vs.* 157., solâ nititur Ruhnkenii coniecturâ in Scholio illo interserentis vocem *μάκωνας.* Quid vero, si quis neget hanc addi oportere, verbaque *τοὺς σωροὺς ἢ τοὺς θημῶνας,* perinde ac *τὰ πλεκώματα* *), habeat pro interpretamento vocis *δράγματα?* Huic vix habebis quod recte opponas, quandoquidem *μήκων* s. *μάκων,* nisi multum fallor, de solo *papauere* dicitur, neque vsquam idem est quod *σωρὸς* s. *θημὼν,* quae verba alteri voci *δράγμα* multo melius conueniunt. Glossator Theocriti Parisinus (Cod. 2835.) *μάκωνας* interpretatur *φυτὰ κονδαίας* **). Quod autem antea Koenio placuerat *μύχωνας* mutare in *θημῶνας,* id neque rectum videtur, nec satis elegans. Omnino quo argumento vincas, *μύχωνας* corruptum esse? An quod haec vox fortasse nusquam in scriptoribus ad nostram aetatem propagatis legitur? Haec mihi ratio parum valida videtur. Hesychius enim habet *Μύχων,* addito interpretamento *σωρὸς, θημών.* Ac Koenius

*) *Πλέκωμα* Lexica non habent. Bast.
Conf. Hemsterhus. ad Aristophan. Plut. v. 1083. p. 406. a. Schaef.

**) Vitiose scriptum pro *κονδαίας* s. *κονδέας,* qua voce citerior Graecitas vtitur. Habent eandem edita Scholia ad Idyll. XI. 57. Conf. Ducang. Glossar. p. 725. Doctissimus Coray haec de ea mecum communicauit: „*Κονδέα est un mot altéré de κώδεια Iliad. Ξ. 499. On trouve dans une infinité d'autres mots ce changement d' ω en ου, comme ζουμίον, κονδούνιον, ψουνίζω, ῥουθούνιον, κ. τ. λ. pour ζωμὸς, κώδων, ὀψωνέω, ῥώθων.*" [Sic etiam *λουρίκιον* ap. Etymol. M. p. 460, 18. pro *λωρίκιον, lorica,* et *σιτούνη* in Lex. Paris. MS. 2667. voce *σιπύη* pro *σιτώνη.*] „*Dans mon pays on appelle aujourdhuy toute la plante κουτζουνάδα. Voy. Πρόδρ. Ἑλλην. Βιβλ. de mon édit. p. 354. On peut écrire κονδέα ou κονδαία, puisque la prononciation d' αι ne diffère point de celle d' ε.*" Bast.

§. CLXIX. [21]) *Τὸ οἴκαδε οἴκαδες.*
§. CLXX. *Τὸ στάδιον σπάδιον* [22]).
§. CLXXI. *Τὸ μὲν μές.*
§. CLXXII. [23]) *Καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ταύτας, τούτας* [24]).

---

quidem, cui semel persuasum esset, Gregorii textum vitio laborare, Sopingio pro *μύκων* legenti *μήκων* assentitur. Sed primum Sopingius Gregorii articulum, opinor, ignorauit: deinde haec eius coniectura repugnat et Codicis auctoritati, et vero etiam seriei litterarum. Itaque *μύχων* et *μύκων*, cum eodem modo explicentur, eandem vocem fuisse arbitror, quae ab aliis *δασέως*, ab aliis *ψιλῶς* pronuntiaretur. Sic dicebatur *χύτρα* et *κύτρα*, *χιτὼν* et *κιτὼν*, ac, quo exemplo ipse Koenius vtitur, *ἀτρεχὲς* et *ἀτρεκές*. Quae cum ita sint, *μύχωνας* in Gregorii textu loco suo non moueam, nec magis quidquam mutem neque in Hesychii Glossa citata neque in Scholio Theocriti. Bast.

21) Desideratur hic articulus cum CLXX. in Meerm. Koen. Item in Cod. August. cum quatuor proxime sequentibus. Schaef.

22) *Τὸ στάδιον σπάδιον*] Hoc et *σπαλεὶς*, pro *σταλεὶς*, infra de Dial. Aeol. §. XLIV. Aeolensibus adscribitur: vid. Hesych. V. *Σπελλάμεναι, Σπολεῖσα*, et inprimis notae ad *Σπάδιον, τὸ στάδιον*, vbi et Nostrum excitat Kusterus. A Doriensibus et Aeolibus *σπολὰς*, vt alia multa, peruenit ad Atticos, Aristoph. Au. vs. 934. Euripid. Xenophont. e quibus vocem notauit Pollux VII, 70. — De *μές*, quo hinc vtitur ad Dionys. Halic. T. II. p. 41, 29. Sylburgius, conf. supra §. II. Koen. Cod. a. pro *σπάδιον* habet *πάδιον*. Cod. c. *καὶ τὸ στάδιον σπάδιον*. Schaef.

23) Desideratur hic articulus in Meerm. Koen. Cod. b. omittit *καὶ* ante *ἀντὶ τοῦ*. Cod. c. *καὶ ἀντὶ τοῦ ταύτας τούτας λέγουσι*. Schaef.

24) *ταύτας, τούτας*] *τ. τούτας λέγουσι* editt. prior. sine alia variatione; sed in Io. Grammatico, vbi vulgo etiam sic legitur, Valderus et Hier. Curio ediderunt *τὸ μὲν τὰς τωύτας*. [Et sic legitur in editione Chaeradami. Boisson.] Pro *τούτας* facit *τουτᾶ*, in Epimenidis Episto-

la apud Diog. Laërt. I, 113. *ἕρπε ἐς Κρήτην ποθ' ἄμμε· τουτᾶ γὰρ οὐκ ἐσεῖταί τοι δεινὸς ὁ μόναρχος*, positum pro communi *ταύτῃ*. *Τουτεὶ* *) in Theocriti Eid. V. vs. 103. etiam est pro *ταύτει* et *ταυτῃ*, vt *πεῖ* pro *πῇ* aliaque, de quibus vid. §. CLV. Hesychii *Τύτη, τὸ αὐτόθι*, fortasse Aeolicum est. Hic notandus est alius vsus Doricus, quo pro *ταύτας* enunciabant *αὔταυτας*. Apollonius Dysc. in Grammatica inedita: *μόνη διπλασιάζεται παρὰ Δωριεῦσιν ἡ αὐτὸς ἐν τῷ αὔταυτος. αἰ δὲ μὴ ἐγὼν μάθον ταῖς αὐταύταις χερσίν. Σώφρων.* Nisi potius iocose sic dixit Sophron pro *αὐταῖς ταύταις*. — Ad sequens *τόκα* confer §. V. Koen. Apollonii Dysc. locus sumtus est ex libro *περὶ ἀντωνυμίας* fol. 167. vers. citaturque etiam a Valckenario ad Theocriti Adon. p. 206. s. cui sic videtur scribendum: *αἰ δὲ μὴ ἐγὼν ἔ μ α τ τ ο ν ταῖς αὐταύταις χερσὶν, nisi vero ego subegissem his ipsis manibus.* Sed etsi phrasis *μανθάνειν ταῖς χερσὶ* vix alibi occurrit, tamen *μάθον* (i. e. *ἔμαθον*) *τ. α. χ.* non caret sensu: cumque seriem orationis ignoremus, temerarium videtur *μάθον* coniectando solicitare. Quem enim eo perducas, vt vere te coniecisse sibi persuadeat? Valckenarius: „Doriensibus tribuere non debebat, quod vnius legerat in Mimo Sophronis, mulieri congruum. *Αὐτὸ τοῦτο* et *αὐτὰ ταῦτα* eleganter (?) **) a Graecis vsurpantur: *αὐταύταις χερσὶν*, vna dixit Sophronea, *ni fallor*, muliercula.“ Habuit vir egregius, cur adderet *ni fallor:* in tanto enim numero scriptorum perditorum summae sit leuitatis de talibus pronuntiare confidentius. Mulierculam Sophronea ista dixisse, non improbabile est: sed potuit etiam vir dicere, nec quidquam est, quod de sola nos muliere cogitare cogat ***). Ceterum cum *αὔταυτος* recte compares Latinum *ipsipsus*, quod in aliquot Plauti Codicibus repertum (v. Gesneri Thesaur.)

*) Suidas: *Τουτὶ, ἐπέκτασις, καὶ τ ο υ τ ε ῖ ο ν, ἐνταῦθα.* Pro *τουτεῖον* legendum *τουτεί:* conf. quae supra p. 331. scripsi: et sic iam Fischerus ad Weller. P. II. p. 215. emendauit. Bast.

**) Iure Bastius hanc notam apposuit. Hoc est cacoëthes Philologorum etiam praestantissimorum. *Elegans* dicunt, quo vti possunt tanquam ansa profundendi *ὅλῳ τῷ θυλάκῳ* thesauros Collectaneorum. Schaef.

***) Maluit, opinor, Valckenarius mulierculae tribuere, quod ei scribendum videretur *ἔματτον*. Schaef.

§. CLXXIII. *Καὶ ἀντὶ τοῦ τότε, τόκα* [25]).
§. CLXXIV. [26]) *Καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν τῆμος, τᾶμος* [27]).

Graecam illam vocem prorsus exprimit. — Valckenarius l. c. alium etiam Apollonii Dyscoli locum affert, cuius haec sunt vltima verba: *ὡς ἐν Ἀλκυόνι Ἐπίχαρμος· αὐτότερος αὐτῶν.* Nollem omisisset, quae Apollonius de hoc comparatiuo monuit. Sic enim Grammaticus: *ἕνεκα γελοίου ἡ κωμῳδία σχήματά τινα ἔπλασεν, ὥστε οὐ κριτήριον τῆς λέξεως τὸ αὐτότερος, ἐπεὶ καὶ Δαναώτατος ὑπερτίθεται* *) *παρὰ Ἀριστοφάνει, τῶν κυρίων οὐ συγκρινομένων.* Hoc *Δαναώτατος*, quod in Aristophane legere non memini, si descendit a *Δαναοὶ, οἱ Ἕλληνες*, (vt Hesychius habet,) componi potest *Ἰνδικώτατος*, quo vtitur Philostratus V. A. I. c. 10. p. 11. *χρυσίδας ἀνακειμένας δύο, καὶ λίθους ἐν αὐταῖς τῶν Ἰνδικωτάτων καὶ θαυμασίων.* Interpres: *lapides ex praestantissimis Indiae. Ἑλληνικώτατος* habet Menander Rhet. p. 81. ed. Heer. Denique superlatiuum *αὐτότατος* (*ipsissimus*) nouimus ex Aristophanis Plut. v. 83. Bast.

25) Cod. c. *παρὰ τῶν δωριέων τὸ τότε τόκα λέγεται.* Schaef.

26) Codd. a. et b. *καὶ ἀντὶ τοῦ τῆμος ἆμος λέγουσι.* Cod. c. articulum sic scriptum habet: *τὸ τῆμος, τάμος.* Cod. August. *καὶ ἀντὶ τοῦ τῆμος τᾶμος.* Igitur edidi *τᾶμος* pro Koeniano *ἆμος.* Schaef.

27) *Καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν τ. ἆμος*] Vocem *εἰπεῖν* de MS. Voss. addidi. *Ἆμος* tuentur MSS. et edd. omnes, [praeter Meerm. qui hunc articulum sic legit: *Τὸ τῆμος ἄμα.*] idemque Aldus dederat in prima sua Io. Grammatici editione: *τᾶμος* e secunda eiusdem et reliquis omnino praeferendum est, pro *τῆμος* obuium in Theocriti Eid. XIII. vs. 27. XXIV. 13. *Ἆμος* pro *ἦμος* etiam in Bacchylidis Melici loco apud Stob. S. LIII. p. 367, 32. — *οὐδὲ συλᾶται μελίφρων ὕπνος Ἀπὸ βλεφάρων, ἆμος ὃς θάλπει κέαρ*, pro quo *ἆμον, nostrum*, sine caussa dedit Grotius in Floril. p. 211. Cum Plutarchi lectione con-

*) l. e. *ὑπερθετικῶς* effertur, de qua verbi significatione Lexica nostra tacent. Schaef.

§. CLXXV. [28]) Τὸ ἔνδον ἐνδοῖ [29]). Θεόκριτος ἐν Ἀδωνιαζούσαις·

Ἔνδοῖ Πραξινόα; — — —

---

tulit Stobaeanam P. Leopardus Em. IV. 21. Quod autem in Grammatico particulae Doricae τᾶμος accidit, vt prima litera priuaretur, idem alibi communis τῆμος videtur passa. Apud Orpheum in Argon. vs. 118. Herculem Alcmena dicitur peperisse Ζηνὶ Κρονίωνι μιγεῖσα Ἦμος ὅτι τρισσὴν μὲν ἐλείπετο Σείριος αἴγλην Ἠέλιος. L. Τῆμος, ὅτε — *tum, cum* —. Contra ea Τῆμος in Ἦμος mutarim initio versus 364. et 1244. Koen. Bastius: „Orphicorum Argonauticorum v. 118. Schneiderus Koenii coniecturam in textum recepit. Hermannus: „*Non debebat mutari* ἦμος." Scilicet nec Koenius nec Schneiderus meminerat, iunctim dici posse ἦμος ὅτε. Apollonius Rhod. IV. 452. ἦμος ὅτ' Ἀρτέμιδος νήσῳ ἔνι τήν γ' ἐλίποντο. Ibid. IV. 1310. ἦμος ὅτ' ἐκ πατρὸς κεφαλῆς θόρε παμφαίνουσα." Add. Brunck. ad Apollon. Rhod. IV. v. 267. Marcellus in Brunckii Anal. T. II. p. 302. extr. ἦμος ὅτ' Αἰνείαν πολέμου ἐξῆγεν Ἀχαιῶν. Schaef.

28) Meerm. tantum, Τὸ ἔνδον ἔνδοι, ἀδέμαστον ψ. τὴν νεκρὰν λέγουσιν, ἤγουν τὴν ἔξω τοῦ σ. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς Δωρίδος. ceteris omissis. Koen. Cod. a. καὶ ἔνδον ἔνδοι, ac deinde ἔνδοι Πραξ. Cod. b. καὶ τὸ ἔνδον ἐνδοῖ, et ἐνδοῖ πραξιθέα; Cod. c. παρ' αὐτοῖς τὸ ἔνδον, ἔνδοι, ὡς ὁ Θεόκρ. ἐν ἀδων. ἔνδοι πραξινόα. Cod. August. Τὸ ἔνδον ἔνδοι, omissis ceteris. Schaef.

29) Τὸ ἔνδον ἐνδοῖ] ἔνδοι Vatic. e quo et e Voss. recepi additamentum Θεόκριτος ἐν Ἀδων. [Eid. XV. vs. 1.] Ἐνδοῖ Πραξινόα; Eiusdem analogiae voculas ἐξοῖ, πεδοῖ, ἁρμοῖ contulit Clariss. Valckenaer. in Epist. ad Roever. p. 49. In Hesych. pro Κιδνὸν, ἐνθάδε, Πάφιοι, scriberem Κιδνοῖ vel Κιδνοί. Idem Μοχοὶ, ἐντὸς, Πάφιοι. Paphiorum forte est et Ἔχθοι, ἔξω. In istis omnibus obtinet, quod de ἁρμῷ monuit Etymol. M. pag. 144, 48. vbi, pro οὕτω θέλει ὁ Ἀρτεμίδωρος, MS. Leidensis insigni variatione offert: οὕτω Θέων ὁ τοῦ Ἀρτεμιδώ-

ϱου *). *Μοχοὶ* Paphiorum pro *μυχῷ* positum esse monuit me Cel. Valckenaer. *Ἔχϑοὶ* pro *ἐχσοὶ* accipiens. Praeclare! *Ἔνδοῖ* attingens in Grammatica inedita Apollonius Dysc. **) addit: *τῇδε ἔχει καὶ τὸ ἐπίῤῥημα παρ'*

*) Scripturam *οὕτω Θέων ὁ Ἀρτεμιδώρου* (sic, sine articulo *τοῦ*) vnum etiam Etymologicorum Parisinorum habet: itaque in edito Etymologico restitui oportet pro vulgata *οὕτω ϑέλει ὁ Ἀρτεμίδωρος*, quae ex compendio perperam lecto nata est. *Θέων* enim compendiose sic scribitur, *ϑέ*, ita vt simul per accentum litterae *ε* superscriptum ductus trahatur incuruus, qui syllabam *ων* significet. Conf. quae supra pag. 293. monui. Ibi didicimus, syllabam *ων* sic superscriptam pro littera *χ* habitam esse: hic eandem cum littera *λ* confusam videmus, quomodo labi pronum fuit librariis, vbi accentus nota tam breuis esset, vt linea illa incurua non pertransiret eam, sed superincumberet. Iam *ϑε*, superscriptâ litterâ *λ*, solenne est compendium verbi *ϑέλειν*. Grammaticus autem Theon, Artemidori filius, fortasse idem est, qui in Etymologico M. alibi vt *ὑπομνηματιστὴς* super Callimachi *Αἰτίοις* citatur. Conf. Callimachi fragm. XVII. et XIX. Ceterum data hac occasione de Callimachi fragm. CCCCLIII. (p. 578.) monere lubet, *ἀρτίως* haudquaquam esse vocem, quam Lexicon MS. Bibl. Reg. vt a Callimacho vsurpatam commemoret. Scilicet Lexicon hoc, quod nunc insignitur numero 2667., litteras initiales singulorum articulorum rubro pigmento scriptas habet. Sed passim accidit, vt rubricator errore ductus litteras initiales earum vocum rubricâ notaret, quas Lexicographus glossis vt interpretamenta adscripserat: quod omnino diligenter attendendum in critica Lexicorum Graecorum tractatione. Hinc factum est, vt hic articulus, a Ruhnkenio, opinor, suppeditatus, in Ernestii vsum excerperetur: *Ἀρτίως. νεωστί. οὕτω Καλλίμαχος.* Sed haec cum antecedentibus sic cohaerent: *Ἀρτίως. ὑγιῶς* (sic bene: male in Suida *ὑγειῶς*), *ὁλοκλήρως. λέγεται δὲ καὶ τὸ προμι* . . . (scrib. *πρὸ μικροῦ*), *ἢ ἀντὶ τοῦ νῦν. ἀρμοίπου. Ἀρτίως. νεωστί. οὕτω Καλλίμαχος.* Iam nemo non fatebitur, etsi rubricator alpha vocis *ἀρτίως*, a qua versus forte incipit, rubro pigmento notauerit, tamen nouum articulum sic scribendum esse: *Ἀρμοίπου. ἀρτίως, νεωστί. οὕτω Καλλίμαχος.* Conf. Bentlei. et Ernest. ad fragm. XLIV. Quod si quando Callimachus Ernestianus typis repetetur, fragmentum CCCCLIII. expungendum erit. Bast.

**) Prior Apollonii Dyscoli locus depromtus est e libro *περὶ ἐπιῤῥημάτων* fol. 178. rect. omnique vitio caret. Alter, aliquanto longior, legitur ibidem fol. 198. rect. Pro *τὸ παρὰ τοὺς περὶ τὸν Ἀλκαῖον μέσσοι δηλονότι* Excerpta p. 670. ed. Sturz. dant *τὸ γὰρ παρὰ τὸν Ἀλκαῖον μέσσοι δηλ.*

Αἰολεῦσι τὸ μέσοι, γαίας καὶ νιφόεντος ὠρανῶ μέσοι. Alcaei haec verba esse, ex alio eiusdem Grammaticae loco patet, vbi: *τὸ παρὰ τοὺς περὶ τὸν Ἀλκαῖον μέσσοι δηλονότι κατὰ τὴν ἰδίαν διάλεκτον ἀνάλογον βαρυνθείη ἄν. οὐ γάρ ἐστιν ἐλλειπὴς τῇ ἐν προθέσει, συστελλομένου τοῦ ω εἰς τὸ ο, ὥς τινες ὑπενόησαν, ἐν μέσῳ. ἀλλ' ὃν τρόπον παρὰ τὸ οἶκος τὸ οἴκοι ἐγένετο, σημαῖνον τὸ ἐν οἴκῳ, παρά τε τὸ Πυθὼ Πυθοῖ, καὶ παρὰ τὸ Μέγαρα Μεγαροῖ, σημαῖνον τὸ ἐν Μεγάροις· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ παρὰ τὸ μέσσος τὸ μέσσοι ἐγένετο, σημαῖνον τὸ ἐν μέσῳ, ὅπερ ἔφην κατὰ τὸ Αἰολικὸν ἔθος βαρύνεσθαι.* Apollonii errorem non coarguam. A *μέσοι*, quomodo ante vsum literae *ω* omnino pro *μέσῳ* scribendum fuit, Aeolicum *μέσυϊ* fluxit. Hesychius V. *Μέσυϊ, ἐν μέσῳ, Αἰολεῖς.* Eodem pertinet apud eundem *Ἴντυιν, ἐν τούτῳ.* De particula *τυΐδε* egregie meritus est laudatissimus Valcken. l. c. p. 32. Haec restituenda videtur Aristophani in Acharn. vs. 884. vbi ex sua dialecto Boeotus: *Πρέσβειρα πεντήκοντα Κωπαΐδων κορᾶν, Ἔκβαθι τῷδε κἠπιχαρίττευ* [vid. supra p. 202.] *τῷ ξένῳ.* Si *τῷδε τῷ ξένῳ* iungi voluisset Comicus, quod facit in versione *huic hospiti* Interpres, alia collocatione vsus fuisset: nunc scripserim *Ἔκβαθι τυΐδε, exi huc;* nisi simplicius legendum videatur *Ἔκβαθι τῶδε,* eadem sententia; videlicet Dorice pro *ὧδε.* Koen.

Sturzius: „Lege *τῷ Ἀλκαίῳ.* Num vero *μέσσοι* verum sit, dubito. Rectius forsan legatur *μέσσον,* h. e. *μεῖζον.*" Rectum esse *μέσσοι,* Sturzius statim vidisset, si hanc Koenii notam habuisset cognitam. Ceterum locus Grammatici vtroque loco vitiose citatur, legendumque est cum ipso Codice: *τὸ γὰρ παρὰ τοῖς περὶ τὸν Ἀλκαῖον μέσσοι δῆλον ὅτι κ. τ. λ.* — Pro *παρὰ τὸ Μέγαρα Μεγαροῖ* Codex habet *π. τὸ Μέγ. τὸ Μεγαροῖ.* Itaque etiam *παρά τε τὸ Πυθὼ τὸ Πυθοῖ* scribendum videtur. Paullo ante Apollonius, vt *ἀνάλογον* aduerbiis *Μεγαροῖ, ἐνταυθοῖ* etc., citat aduerbium *Ἰσθμοῖ,* quod alibi legere non memini. Bast.

Pindarus Olymp. II. v. 90. *Ἰσθμοῖ τε.* Lucianus T. II. p. 888. *Ἰσθμοῖ δὲ ἐκ πίτυος.* Clemens Alexandr. p. 29, 13. Pott. *Ἰσθμοῖ δὲ σκύβαλον προσέπτυσεν ἐλεεινὸν ἡ θάλασσα.* Etymolog. M. c. 338. extr. *ὅτι οὐκ ἐπιδημεῖ Ἰσθμοῖ.* Simonides Epigr. LXV. (LXXI.) habet *ἐν Ἰσθμοῖ:* vt satis appareat, quod vulgo aduerbium dicitur, esse datiuum more prisco scriptum vocis *Ἰσθμός.* Schaef.

§. CLXXVI. *Τὸ κράνιον κράνον λέγουσιν* [30]). *ὡς ὁ αὐτός·*

— — — *δίφρον* — *αὐτῇ*
Ἔμβαλε καὶ ποτίκρανον. — — —

§. CLXXVII. [31]) *Ἀδέματον ψυχὴν* [32]) *τὴν νεκρὰν, ἤγουν τὴν ἔξω τοῦ σώματος.*

---

30) *Τὸ κράνιον κράνον λ.*] Editt. tantum *Τὸ κράνιον κράνον,* omittentes *ὡς ὁ αὐτός. Δ.* — *α. Ἔ. καὶ ποτικράνον,* petita e Theocriti Eid. XV. vs. 3. *Ποτίκρανον* Comicis adscribit, pro *προςκεφάλαιον,* Pollux: vid. Iungermann. ad VI, 9. Koen. Codd. a. et b. *τὸ κρανίον κράνον* etc. Deinde Cod. a. *λέγουσιν, ὡς αὐτός.* Cod. b. *λέγουσι. ϑεόκριτος.* Postea ambo *δίφρον αὐτῇ ἔμβαλε ποτὶ κράνον.* Cod. c. *τὸ κρανίον κράνον λέγουσι καὶ ὁ ϑεόκριτος· δίφρον αὐτῇ ἔμβαλλε ποτὶ κράνον.* Cod. August. non habet nisi haec: *Τὸ κράνιον κράνον λέγουσι.* Dedi *ποτίκρανον* pro Koeniano *ποτικράνον.* Videtur autem Grammaticus in suo Theocriti codice legisse, non, vt oportebat, *ποτίκρανον,* sed distinctis vocibus *ποτὶ κράνον.* Conf. Plato T. VI. p. 148. Schaef.

31) Codd. a. et b. *ἤγουν τὰ ἔξω τοῦ σώματος. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς Δωρίδος.* (Bastius: „Causam non intelligo, cur Koenius haec sex verba a ceteris separauerit.") *διαφέρει δὲ* etc. Cod. c. *ἀδέμ. ψ. τ. νεκρὰν φασὶν οἱ Δωριεῖς, ἤγουν τὴν ἔξω σώματος. δέμας γὰρ τὸ σῶμα. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς δωρίδος.* cetera omittens. Cod. August. omittit et hunc articulum, et cetera omnia quae sequuntur vsque ad Ionicam dialectum. Ceterum *καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς Δωρίδος,* quae in Koenii editione, vncialibus litteris scripta, peculiarem explent versum, sequentibus iungere placuit. Schaef.

32) *Ἀδέματον ψυχὴν*] Pertinet ad vulgatum in Theocrit. Eid. XV. 4. *Ὦ τᾶς ἀδεμάτου ψυχᾶς·* vbi *ἀλεμάτου* coniiciebat Scaliger, *ἀδαμάτου* Casaubonus, i. e. *ἀδαμάστου, ἀδμάτου* vtroque multum inferior Portus in Lex. Dor. qui tamen edito *ἀδεμάτου* quendam e dialecto colorem quaerit. Simplicitate sua commendabilis videtur Casauboni emendatio, inprimis cum explicationem *ἤγουν τῆς ἐπιπόνου,* quam vix alio referas, e Scholiis ad Theocritum ineditis excitet. Nostri commentum Hesychio V.

Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς Δωρίδος. Διαφέρει δὲ ἡ τῶν Κρητῶν διάλεκτος, ᾗπερ Κυψέλας 33) *ἐχρήσατο, καὶ ἡ τῶν Λακώνων, ᾗπερ Ἀλκμὰν καὶ Σώφρων ἐ-*

Δειμάλετα — οἱ δὲ Λάκωνες νεκρὰ, admouit Clariss. Albertius. Similes deliciae adponuntur ab Hesychio V. *Νέκυες, νεκροὶ, οἱ ἐστερημένοι τοῦ κέαρος, ἤγουν τῆς ψυχῆς.* Koen.

33) *Κυψέλας*] Ita Voss. cum Io. Grammatico et plerisque edd. *Κυψέλλας* Vatic. cum aliis. *Cypselas* autem, qui Cretica dialecto scripserit, mihi, et puto aliis, penitus ignotus est. Hinc eius meminit Io. Meursius in Creta L. IV. 15. p. 255. qui et in Misc. Lacon. L. III. 5. pag. 217. e Nostro et Io. Grammat. inter Laconismi auctores *Sophronem* Siculum bona fide recepit. Vix dubito, quin in vtroque vitii aliquid inoleuerit. In Io. Grammatico res ipsa postulare videtur, vt nonnulla hunc in modum suppleantur: *Διαφέρει δὲ ἡ τῶν Κρητῶν διάλεκτος, ᾗ* [*νῦν* addunt pleraeque edd. *)] *κέχρηται Κυψέλας, καὶ ἡ τῶν Λακωνων, ᾗ κέχρηται Ἀλκμὰν,* [*καὶ ἡ τῶν Σικελῶν, ᾗ κέχρηται*] *Σώφρων.* In Nostro ad eandem normam scribi posset: *καὶ ἡ τῶν Λακώνων, ᾗπερ Ἀλκμὰν* [*ἐχρήσατο, καὶ ἡ τῶν Σικελῶν, ᾗπερ*] *Σωφρων ἐχρήσατο,* vel potius *ἐστοίχισεν* penultimo loco vel vltimo pro *ἐχρήσατο,* cum in MS. Voss. sit *ᾗπερ Ἀ. καὶ Σώφρων ἐχρήσαντο,* in Vaticano *ᾗπερ Ἀ. καὶ Σ. ἐστίχισεν. Ἐστίχησεν* habeat quaedam editio, quam mihi oculis vsurpare non contigit, necesse est; sed qua vsus fuerit Fulu. Vrsinus, in notis ad Lyricorum Carm. p. 112. et p. 198. hinc citans — *καὶ ἡ Λακωνων, ᾗπερ Ἀλκαῖος* [pro *Ἀλκμὰν,* vt dedi cum ceteris edd. *Ἀλκμάων* est in Io. Grammat. *ἀκμαίων* hic in Vatic. *Ἀλκμαῖος* in Voss.] *ἐστίχησεν.* Eadem editione vsus Casaubonus, *ἐστίχησε* male pro *ἐστοίχησε* legi, monuit ad Gregor. Nysseni Epist. p. 140. quod didici a Celeb. Hemsterhusio ad Polluc. pag. 790. et Io. Alb. Fabricio ad Sext. Empir. adu. Grammat. p. 255. *Στοιχεῖν* autem pari ratione a Grammatico infra §. LXXV. de Dial. Ionica adhibetur. *Μιᾷ στοιχεῖν, vna vti vxore,* Scholiastae ad Aristoph. Plut. vs. 773. e Suida restituit o

*) Non Chaeradamiana. Boisson.

στοίχησαν [34]). *Ἡ μέντοι Πινδάρου καὶ Σιμωνίδου*

πάνυ. quod aeque putidum esse et ineptum, ac vulgatum *μιᾶς τυχεῖν*, nondum persuadet doctissimus Toupius Em. in Suidam II. p. 89. tametsi ingeniosissima est, quam proponit, coniectura. *Στοιχεῖν, vti,* est apud Eustath. in Il. *Α.* p. 93, 10. *τῇ τοῦ Ζηνοδότου γραφῇ στοιχοῦντες.* in Od. *Α.* p. 441, 3. *στοιχεῖν τοῖς κριθεῖσι.* Vlpian. in Demosth. pag. 168, 29. *στοιχοῦντας τῇ ἐκείνου γνώμῃ. moribus patriis στοιχεῖν* Euseb. Praep. Euang. IV. p. 130. D. Gregor. Nazianz. T. I. p. 804. B. *τῷ αὐτῷ εὐαγγελίῳ στοιχοῦντες* — quae loca nuper per literas mihi indicauit Cl. Valckenaerius. Addo marmor Cumeum apud Comitem Caylus. *Recueil d'Antiq.* T. II. tab. LVI. vs. 13. *ΛΑΒΕΩΝ ΣΤΟΙΧΕΙΣ ΤΟΙΣ ΠΡΟΥΠΑΡΓΜΕΝΟΙΣΙ ΑΥΤΩ, vtens honoribus, qui ante ipsi habiti essent, iisque contentus.* Ista Doctissimus Gallus Belley interpretabatur: *persistant dans les sentimens, qu'il a toûjours eus.* Participium vero illud *στοιχεὶς* alio etiam nomine dignum est, quod notetur; ob terminationem nempe Aeolicam, quae est in eodem marmore vs. 14. in *ΠΡΟΣΜΕΤΡΕΙΣ.* *Ὀρεὶς* e Pittaci Epistola apud Diog. Laërt. I. 81. obseruauit Heins. Lect. Theocrit. Cap. XI. pag. 333. Simile est apud Hesych. *Βρακεὶς* a *βρακεῖν*, quod reddit *συνιέναι.* Koen.

34) *ἡ τῶν Κρητῶν διάλεκτος — Σώφρων ἐστοίχησαν*] Codd. a. et b. *ἡ τῶν Κρητῶν διάλεκτος, ᾗπερ Κυψέλλας ἐχρήσατο, καὶ ἡ Λακώνων, ᾗπερ Ἀλκμαίων καὶ Σώφρων ἐστοίχησαν. ἡ μέντοι Πινδάρου* etc. Hinc primum dedi *Κρητῶν* pro Koeniano *Κρήτων.* Deinde post *Σώφρων* addidi verbum *ἐστοίχησαν* a Koenio neglectum. Conf. Casaubon. ad Dionys. Hal. Ant. Rom. VI. c. 65. T. II. p. 1189. Ceterum librarios inter *Κυψέλας* et *Κυψέλλας* fluctuari non miror: ita enim solent in cognatis vocibus. Herodotus I. c. 14. *Κυψέλου τοῦ Ἠετίωνος.* Al. *Κυψέλλου.* Wesselingius: „*Κυψέλλου,* quod scripti saepe dabunt, dudum proscripserunt viri praeclari, Casaubonus et Menagius ad Diogen. Laërt. 1, 94." Equidem vt simplex *λ* laudo, ita non reprehendo duplicatum. Theognis v. 874. Brunck.:

ὡς κυψελλίζον Ζεὺς ὀλέσειε γένος.

καὶ Βακχυλίδου παντελῶς ἀνεῖται [35]*), διὰ τὸ μὴ Δωριεῖς εἶναι φύσει τοὺς ποιητὰς, ἔχειν δὲ μόνην αὐτοὺς τὴν διάλεξιν.*

Conf. Bergler. ad Alciphron. II. ep. 2. p. 212. et Valckenar. Oration. p. 255. Obiter *κυψελλίζειν* cum aliis verbis, quae duumviri illi ibid. collegerunt, Lexicis adde. Denique de forma *Ἀλκμαίων* pro *Ἀλκμὰν* v. supra p. 6. SCHAEF.

35) *παντελῶς ἀγνοεῖται*] *ἀνεῖται* Vatic. vt prima quoque Io. Grammatici editio Aldina praefert, ceteris *αἰνεῖται* exhibentibus, quod hic est in Voss. *Ἀγνοεῖται* omnes Nostri edd. tuentur; nec dubito, quin genuinum sit, et Io. Grammatico restituendum. Dixerat Grammaticus, Cretensium Dorismo vsum fuisse Cypselam, Laconum Alcmanem, Siculorum Sophronem; Pindari autem, Simonidis et Bacchylidis Dorismum *παντελῶς ἀγνοεῖσθαι, omnino ignorari.* Non quidem ignorabatur, Dorice eos scripsisse: nec tamen constabat, ad quam *ὑποδιαίρεσιν τοπικὴν,* vt illi loquuntur, eorum Dorismus referendus esset, *διὰ τὸ μὴ Δωριεῖς εἶναι φύσει τοὺς ποιητὰς, ἔχειν δὲ μόνην αὐτοὺς* [sic MSS. *αὐτῶν* prior. edd.] *τὴν διάλεξιν.* Plura huc spectantia disputauit Salmasius de L. Hellen. p. 8. et 28. Nostro etiam vsus est Vrsinus ad Lyricor. Carm. p. 112. 198. et 210. — In Voss. vno ductu sequebatur: *Ἀντὶ τοῦ γ τῷ δ χρῶνται, οἷον Δημήτηρ, γημήτηρ,* [imo *Γημήτηρ Δημήτηρ*] *γνόφος δνόφος, γνοφερὸν δνοφερόν.* KOEN. Codd. a. et b. *παντελῶς ἀνεῖται.* Sic edidi pro vulgata scriptura *π. ἀγνοεῖται,* quod quomodo Grammaticus de dorismo illorum poëtarum dicere potuerit, non intelligo: nam Koenii interpretatio mihi quidem non satisfacit. *Παντελῶς ἀνεῖται, prorsus libera est,* h. e. *soluta omni vinculo ἰδιότητος τοπικῆς.* SCHAEF.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΙΑΔΟΣ ΔΙΑΛΕΚΤΟΥ [36].

§. 1. [37]) Τὰς εἰς ας ληγούσας εὐθείας, τὰς ὑπὲρ δύο συλλαβὰς [38]), εἰς ης ἐκφέρουσιν οἱ Ἴωνες, Ἑρμείας Ἑρμείης, Σωσίας Σωσίης. Ἡρόδοτος· „ὁ δὲ Ἀρχίης καὶ Λυκώπης μοῦνοι συμπεσόντες.“

---

36) *ΙΑΔΟΣ Δ.*] Ita Voss. Priores edd. *περὶ τῆς Ἰώνων δ.* Vatic. corrupte *περὶ τῆς Ἴωνος δ.* Koen. Cod. a. *περὶ ἰάδος διαλέκτου.* Cod. b. *περὶ τῆς διαλέκτου τῶν Ἰώνων.* Cod. c. *περὶ τῆς ἰωνικῆς διαλέκτου.* Cod. August. *περὶ ἰάδος.* Schaef.

37) Cod. a. *τὰς εἰς σ ληγούσας.* (Bastius: „Male pro ας, vt Cod. b. recte dat.“) Deinde *ἡρόδοτος γὰρ ἀρχίης καὶ λυκ. μοῦνοι πεσόντες.* Cod. b. verba *τὰς ὑπὲρ δύο συλλαβὰς* omittit. Deinde dat *ἡρόδοτος γὰρ ἀρχίης μοῦνοι πεσόντες.* Cod. c. *ἐκφέρουσιν οἱ ἴωνες, ὡς καὶ Ἡρόδοτος, ὁ δὲ Ἀρχ. καὶ Λυκ. μοῦνοι συμπεσ.* Verba *Ἑρμείας — Σωσίης* desunt in Codd. a. b. et c. Plura etiam omittit Cod. August. non habens huius articuli nisi haec: *Τὰς εἰς ος* (sic) *ληγούσας εὐθείας,* reliqua lineae parte vacua relicta. Schaef.

38) *τὰς ὑπὲρ δύο συλλαβὰς*] A Io. Grammatico, e cuius libello de Dialectis haec fere descripta sunt, negligitur ista cautio. Et vero in disyllabis etiam Iones vocalem α in η mutasse, satis multa sunt quae doceant: sufficiunt, quae apud Herodot. occurrunt, nomina *Μίδης* p. 8, 20. *Βρύης* p. 542, 5. Herodotea, quae citantur, leguntur in nouissima editione p. 223, 18. *Ἀρχίης γὰρ καὶ Λυκώπης μοῦνοι συνεσπεσόντες φεύγουσι ἐς τὸ τεῖχος τοῖσι Σαμίοισι, καὶ ἀποκληϊσθέντες τῆς ὀπίσω ὁδοῦ, ἀπέθανον ἐν τῇ πόλι τῇ Σαμίων.* Plura adscripsi, quod ex eodem loco Noster mox citat *τοῖσι Σαμίοισι* et *κληϊ-*

§. II. 39) *Ταῖς ληγούσαις εἰς οις δοτικαῖς τῶν πληθυντικῶν προστιθέασι τὸ ῑ. Ἡρόδοτος* 40)· „*τοῖσι Σαμίοισι.*"

σθέντες. In Vatic. hic est: *Ἡρόδοτος γάρ· Ἀρχίης — πεσόντες.* In Voss. *Γλυκώπης* et *μόνοι συμπεσόντες. Συμπεσόντες* etiam in omnibus edd. et MS. non ita pridem Collegii Soc. Iesu Paris. nunc penes Ampliss. Ger. Meermannum, qui eum vsibus meis indulsit; vt adeo hinc constet, in adducto Herodoti loco inter *συμπεσόντες* et *συνεςπεσόντες* eadem ratione olim in Codicibus variatum fuisse, qua p. 738, 19. vbi vid. Cl. Valckenaerius. Koen. In talibus compositis librarii praepositionem *εἰς* saepissime omiserunt, quae causa est, cur Critici passim *εἰς,* tacentibus libris manu scriptis, interserant. Conf. e. c. Wyttenbach. Select. p. 434. et Legrand. ad Parthen. p. 18. In Libanio Vol. IV. p. 126, 7. Codex Parisinus dat *καὶ οἶκτος αὐτὸν ὑπῆλθε τῶν λόγων,* quod haudquaquam male habet. V. Valckenar. ad Euripid. Phoeniss. p. 464. Sed in editionibus legitur *ὑπεισῆλθε,* quod compositum reperitur etiam Vol. IV. p. 605, 6. *καὶ οὔτε τῆς παιδὸς ὑπεισῆλθέ τις οἶκτος αὐτὸν,* vbi Codex Parisin. *εἰςῆλθε* habet. Sic Plato Phaedonis initio *παρόντα με — ἔλεος εἰςήει,* et Chariton III. p. 68. ed. Lips. *ταῦτα λέγοντος οἰκτρῶς ἔλεος εἰςῆλθε τὰ πλήθη,* vbi neutiquam opus est cum Abreschio *τῷ πλήθει* legere. Conf. Valckenar. ad Herodot. p. 531. Lucianus Dial. Mer. 12. Vol. III. p. 314. *παραγαγὼν τὸν στροφέα παρῆλθον* (Cod. Vat. 87. *παρεισῆλθον*) *ἀψοφητί.* Bast.

39) Codd. a. b. c. et August. *ταῖς δοτικαῖς τῶν πληθ. ταῖς ληγούσαις εἰς οις προστιθέασι τὸ ῑ.* Post haec Cod. c. *καὶ Ἡρόδοτος· τοῖσι σαμίοισι, καὶ Ὅμηρος· τοῖσι δὲ* (om. *καὶ*) *μετέειπε γερήνιος ἱππότα Νέστωρ.* (Bastius: „Il. II. 336.") Schaef.

40) *Ἡρόδοτος*] Vid. nota praeced. Vatic. Meerm. cum ante editis ordine paulum inuerso: *Ταῖς δοτ. τῶν πληθ. ταῖς ληγ. εἰς οις προστιθέασι τὸ ι.* Ionici moris, quo Attici etiam scriptores, obseruante Cl. D'Oruillio ad Charit. p. 237. parce vsi sunt *), exempla colligere puti-

*) Plura huius Ionismi, qui idem olim Atticismus fuit, exem-

dae foret diligentiae. In valde contaminato Auctoris Ionici, Democritum mentiti, fragmento *περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν,* quod edidit Io. Alb. Fabricius Biblioth. Gr. V. p. 333. pro *δυςπορήσεται καὶ δυςκολύσιες ἐπίγνωσιν ἐγκυρήσας πρήγμασι,* sensu commodo corrigi potest: *δυςπόροισί τε καὶ δυςκόλοισι ἐς ἐπίγνωσιν ἐ. π.* Quae ex antiquo Democrito custodiuit Stobaeus in Eclog. Eth. p. 205, 46. duo sunt similis sententiae effata, hac forsitan ratione constituenda: *Ἀνθρώπινα* *) (*Ἀνθρώποισι* citat Stob. S. IV. p. 55, 41.) *κακὰ ἐξ ἀγαθῶν φύεται, ἐπήν τις τἀγαθὰ μὴ ἐπίστηται ποδηγέειν, μηδὲ ὀχεῖν εὐπόρως. Οὐ δίκαιον ἐν κακοῖσι τὰ τοιάδε κρίνειν, ἀλλ' ἐν ἀγαθοῖσι, τοῖσι οἷόν τε χρῆσθαι καὶ πρὸς τὰ κακὰ, εἴ τινι βουλομένῳ ἂν ᾖ. non tam in malis, quam in bonis habenda sunt, quibus, si quis velit, aduersus mala vti possit.* Vulgata, *ἀλλ' ἐν ἀγαθοῖσι ἔντοις τε ἀγαθοῖσι οἷόν τε χρῆσθαι καὶ πρὸς τὰ κακὰ, εἴ τινα βουλομένῳ ἄλην,* vtpote sensu cassa, Canterus in versione praetermisit. *Εἴ τινι βουλομένῳ ἂν ᾖ* elegans est locutio, pluribus ornata ab H. Stephano App. de D. A. p. 130. et Cl. D'Oruillio ad Charit. p. 440. sed cuius venustatem in Libanio Or. VII. p. 218. A. et X. p. 302. B. Morellus non percepit. Herodot. p. 623, 36. *ὅσοισι δὲ καὶ ἡδομένοισι ἦν τὸ γινόμενον.* p. 666, 15. *βουλομένοισί σφι γένοιτ' ἂν ἀπόδεξις.* etc. Heliodor. Aeth. L. VI. pag. 281. *δίκαια τοίνυν ἂν ποιοῖτε, τί ποτε καὶ ὑμῖν βουλομένοις ἐστὶ, κοινούμενοι.* Conf. p. 379. et L. VIII. p. 429. A Graecis similes loquendi modos ad Latinos fluxisse, luculenter ostendit P. Leopardus Em. IV. 23. **) Conf. I. Wasse ad Sallust. p. 443. Koen. Boissonadus: „Conf. Coray ad Heliod. pag. 100. 210. Iulianus Misop. p. 361. B. *ὡς καὶ πλέον ἐπεξελθεῖν τοῖς εἰς τοὺς θεοὺς πλημμελοῦσιν ἢ βουλομένῳ μοι ἦν.* Philostratus V. S. I. 21. §. 7. p. 521. *ὅθεν ἀσμένῳ οἱ ἐγέ-*

pla etiam in prosaicis Atticorum libris reperirentur, nisi vestigia eius scribae fere deleuissent. Plato Phaedr. pag. 230. *ἡδίστοισιν.* Heindorfius: „Pro *ἡδίστοισιν* Vind. et Stob. *ἡδίστοις.*" Xenophon Anab. I. 4. 18. *πλοίοις.* Schneiderus: „Paris. *πλοίοισιν.*" Schaef.

*) Sic dedi pro Koeniano *ἀνθρωπινὰ,* quomodo etiam Canterus edidit. Bastius: „Aut *ἀνθρώπινα,* aut *ἀνθρωπικὰ* corrigendum." Schaef.

**) Imo leg. IV. 24. et conf. Epist. Crit. ad Boissonad. p. 210. Bast.

§. III. Τὸ κλεισθέντες κληΐσθέντες λέγουσι [41]· διαλύουσι γὰρ τὴν ει δίφθογγον εἰς ε καὶ ι, εἶτα

νετο ἡ ἀποδημία τοῦ ἀνδρός: quo loco vsus est Wyttenbachius, quem vide, Ep. Crit. p. 27." In Dionysii Halic. Ant. Rom. VII. c. 13. ex Codice Vatic. ἀσμένῳ praeferam: quamquam altera structura etiam l. VI. c. vlt. legitur. Eadem scripturae diuersitas occurrit Euripid. Phoeniss. v. 1061. Pors. Hinc certe hoc discas, quod Lexica non docent, ἄσμενος significare etiam *iucundus, suauis*, ἡδύς. Conf. Schol. ad Euripid. l. c. pag. 724. ed. Valcken. Parthenius p. 6. ed. Golting. Τῷ δ' ἄρα καὶ αὐτῷ ἦν ἡ μονὴ ἡδομένη. Vir doctissimus: „An ἡδομένῳ?" Si ἡδόμενος, quod suspicor, perinde vt ἄσμενος, bifariam significauit, vulgata in Parthenio scriptura defendi possit. SCHAEF.

41) κλεισθ. κληΐσθέντες λ.] κ. κ. φασὶ Vatic. Τὸ Κλεισθένης κληΐσθένης λ. Voss. Sed Grammatici obseruatio spectat locum Herod. ad §. I. depositum: Clisthenis vero nomen, de quo somniasse videtur librarius, quoties apud Herodot. occurrit, per diphthongum ει scribitur, quae inprimis in verbo κλείω, eiusque deriuatis in ηϊ Ionice soluta est. Vid. p. 14, 65. 19, 4. 71, 21. 73, 96. 78, 13. 86, 1. 90, 70. 143, 53. et cett. Ad eam normam συνέκληον p. 530, 15. συγκεκλημένην p. 561, 56. ἀποκλήει p. 561, 58. περικλήει p. 598, 48. et 62. castiganda sunt. Prorsus neglecta fuit dialectus in Ionico Luciani, vel alius, de Dea S. libello T. III. p. 457, 29. κλεισθέντος τοῦ ἱροῦ. — Post λέγουσι cum tribus MSS. meis omisi καὶ τὸ Πηλειάδεω Πηληΐάδεω, quomodo habent priores edd. neglectis iis, quae in fine articuli post ἱερήϊον e MSS. addidi. Pro ἐκτείνουσι τὴν ε συλλαβὴν Vatic. ἐκτείνοντες τὴν ε σ. Prior. edd. ἐκτείνουσι τὸ ε εἰς τὴν η συλλαβήν. KOEN. Cod. a. τὸ κλεισθένης κληΐσθένης λέγουσι. Postea εἶτα ἐκτείνουσι τὴν ε συλλαβὴν, ὥςπερ τὸ ἱερεῖον ἱερήϊον, καὶ τὸ πηλείδης πηληΐδης, omissis iis quae sequuntur. Cod. b. εἶτα ἐκτείνοντες τὴν ε συλλαβὴν, ὥςπερ τὸ ἱερ. ἱερήϊον, καὶ τὸ πηλείδης πηλεΐδης καὶ πηληΐδης, omissis iis quae sequuntur. Cod. c. τὸ κλεισθέντες κληΐσθέντες παρὰ τοῖς Ἴωσι λέγεται, διαλ. Deinde

articulum sic continuat ac finit: — ε συλλαβὴν, εἰς η τρέποντες. ὥσπερ γὰρ τὸ ἱερεῖον ἱερήϊον, καὶ τὸ πηλείδης πηλεΐδης καὶ πηλήϊδης, οὕτω καὶ τὸ κλεισθέντες κληΐσθέντες. In Cod. August. articulus sic scriptus est: Τὸ κλεισθέντες κληΐσθέντες λέγουσι, καὶ τὸ Πηλειάδεω Πηληϊάδεω. διαλύουσι γὰρ τὴν ει δίφθογγον εἰς ε καὶ ι, καὶ τρέπουσι τὸ ε εἰς η. οὕτω καὶ τὸ ἱερεῖον ἱερήϊον λέγουσι. Bastius: „Scripturae diuersitas Κλεισθένης Κληΐσθένης pro κλεισθέντες κληΐσθέντες non dubito quin repetenda sit inde, quod haec participia in libro archetypo, quo scriba vteretur, sic essent compendiose scripta: κλεισθ' κληϊσθ', quae compendia cum his, κλεισθς κληϊσθς (i. e. Κλεισθένης Κληΐσθένης), facillime confunduntur. Omissio litterae τ in compendio κλεισθ' significante κλεισθέντες (nam accuratius κλεισθτ' scribi debuit) similibusque compendiis talium participiorum satis frequenter occurrit lectoribus librorum manu scriptorum, iisque, quamuis exercitatis, saepe multum facessit negotii: quapropter hoc palaeographiae ἰδίωμα, a nemine adhuc, quod sciam, animaduersum, diligentissime notandum est. *) Sic e. c. in Codice Hermogenis 1983. fol. 137. verso legitur θ' **) pro θέντες, εἰπόν pro εἰπόντες, et

*) Omissio litterae τ passim causa fuit, cur librarii ες per notam tachygraphicam scriptum haberent pro compendio particulae δὲ, (conf. supra p. 48.) ideoque τες et δὲ confunderent. Etymolog. Paris. MS. Ἀθρῶ, τὸ βλέπω, καὶ ἀθρείω, τὸ ἐπιθυμῶ ἰδεῖν, καὶ ἀθρεῖον δέ, ἰδεῖν ἐπιθυμοῦντες. Pro ἀθρεῖον δὲ sine cunctatione scribendum ἀθρείοντες, quod Etymolog. Sorbon. habet. Ceterum formam ἀθρείω alibi commemoratam videre non memini. [Manetho VI. v. 60. καὶ δὲ Κρόνου περάτηθεν ἀθρειομένου ὑπὲρ ὥρης. „vbi nota vocabulum ἀθρέεσθαι. cuius actiuum H. Stephanus excitauit ex Suida in ἀθρεῖ. ἀθρείοντες. ἰδεῖν ἐπιθυμοῦντες." Doruillius ad Chariton. p. 521. Schaef.] — Huc referas etiam ἔπει pro ἔπειτ', h. e. ἔπειτα. Bast.

**) In compendio syllabae ες duo illa puncta nunc scribuntur, nunc omittuntur. Bast.

ἐκτείνουσι τὴν ε συλλαβὴν [42]), τρέποντες εἰς η, ὥσπερ καὶ τὸ ἱερεῖον, [ἱερέϊον,] ἱερήϊον, καὶ τὸ Πηλείδης, Πηλεΐδης, Πηληΐδης, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

§. IV. [43]) Τὰς εἰς ων ληγούσας γενικὰς πληθυν-

---

fol. 137. recto ἀνγινώσκ pro ἀναγινώσκοντες. Simili ratione ibidem interdum deest ρ ante syllabam ες in compendio ῥήτ pro ῥήτορες, e. c. fol. 183. recto et alibi." Schaef.

42) τὴν ε συλλαβὴν] Litteram ε a Grammatico συλλαβὴν dici, ne quis miretur, legat quae adscripsi ad L. Bos. Ellips. Gr. p. 452. et ad Dionys. Halic. de Comp. Verb. p. 181. Etiam Longinus τῶν μονογραμμάτων συλλαβῶν mentionem facit Fragm. III. 13. Schaef.

43) Codd. a. et b. τὰς εἰς ων ληγ. γενικὰς τῶν πληθυντικῶν, οἷον ὡρῶν etc. Tum ὥς εἰπὼν, quomodo dedi pro Koeniano ὡς εἰπ. In loco Hippocratis aduerbium μάλιστα omittunt. Postea habent ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν ἀρσενικῶν ὁμοίως γενικὰς, τὰς ἐκ τῶν εἰς ης (Cod. a. male ευς) εὐθειῶν γινομένας. Denique καταρχὰς, νησ. sine καί. In fine articuli Cod. b. addit ἀντὶ τοῦ νησιωτῶν. Cod. c. τὰς εἰς ων ληγούσας περισπωμένας γενικὰς τῶν πληθυντικῶν τῶν θηλυκῶν ὀνομάτων, οἷον etc. Deinde λέγουσιν οἱ Ἴωνες, ὡς καὶ Ὅμηρος etc. In eodem post Hippocratis locum nouus incipit articulus hic: Παρὰ τῶν ἰώνων αἱ γενικαὶ τῶν πληθυντικῶν τῶν ἀρσενικῶν ὀνομάτων, ἀπὸ τῶν εἰς ης εὐθειῶν γινόμεναι καὶ περισπώμεναι, διὰ τοῦ εων προφέρονται, Περσέων λεγόντων καὶ νησιωτέων ἀντὶ τοῦ Περσῶν καὶ νησιωτῶν, ὡς καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῇ γ καταρχάς· καὶ νησιωτέων ἐπλούτεον. Cod. August. Τὰς εἰς ων ληγούσας γενικὰς τῶν πληθυντικῶν, οἷον ὡρῶν [Tittmann. ὡρῶν] — καὶ πυλέων λέγουσιν. post haec omittens καὶ Ὅμηρος — Ἕκτωρ, itemque καὶ ante Ἱπποκράτης. In Hippocratis loco non habet μάλιστα. Deinde pro πληθυντικῶν habet ὁμοίως: pro

τικὰς θηλυκὰς, οἷον ὡρῶν, Θηβῶν, πυλῶν, ὡρέων καὶ Θηβέων καὶ πυλέων λέγουσι. καὶ Ὅμηρος [44])·

Ὡς εἰπὼν πυλέων ἐξέσσυτο φαίδιμος Ἕκτωρ.

γενομένας, γινομένας: pro εων, εος: pro Περσέων, Περσέος: pro νησιωτέων, νησιωτέος. Denique in Herodoteis particulam καὶ omittit. Schaef.

44) Ὅμηρος] Il. *H.* vs. 1. Hippocratis citata verba leguntur in Aphorism. III. 1. p. 1246. G. Herodoti non initio Libri III. sicut existimasse videtur Grammaticus, sed C. 57. pag. 224, 41. Priores Nostri edd. et MS. Meerm. τὸ κατ' ἀρχὰς ipsis Herodoti verbis ita adtexunt: Ἡρ. ἐν τῇ τρίτῃ· κατ' ἀρχὰς ν. μ. ἐ. Quod ad ceteras lectionum varietates attinet, primo loco in Vatic. Meerm. et edd. pro πληθυντικὰς θηλυκὰς est τῶν πληθυντικῶν θηλυκῶν. deinde ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν ἀρσενικῶν ὁμοίως γενικὰς τὰς ἐκ τῶν εἰς ης εὐθ. Ante ea ὀρέων Voss. pro ὡρέων. vbi ὡραίων habet Vatic. et cum Voss. et Meerm. Θηβαίων pro Θηβέων. Est haec librariorum aberratio in similibus genitiuis Ionicis longe frequentissima. Thales in Epist. ad Pherecydem apud Diog. Laërt. I, 44. ὑπαποστὰς ἐξ Ἀθηναίων, δοκέεις ἄν μοι ἁρμοδιώτατα ἐν Μιλήτῳ οἶκον ποιέεσθαι. Scribe: ἐξ Ἀθηνέων. Herodotea cum cura tractauit Cl. Valckenaer. ad p. 106, 4. et 639, 91. Pro Περσέων Voss. πυρσέων. Illud est et in Mich. Pselli Versibus Politicis MSS. Ὡς δὲ τὸ Δημοσθένεος γενικὴ τῆς Ἰάδος, καὶ τὸ Περσέων γενικῶς, ὡς δὲ καὶ τὸ Νυμφέων. Ionica vero διάλυσις latius patet: vid. infra §. XI. remansitque apud Atticos, ob suauitatem, in ἀνθέων, paucisque aliis: vid. doctiss. Pierson. ad Herodiani Excerpta p. 456. Βελέων et ὀρέων Xenophonti adscribit Suidas V. Ἀνθέων. Βελέων est in Aristophan. Vesp. vs. 613. Ὀρέων male fuisse acceptum a Viro docto in Libanii Or. Parent. in Fabricii Biblioth. Gr. VII. p. 295. τότε δὴ μάλιστα διακοπτομένης πολλαχοῦ τῆς τῶν ὀρέων διαδοχῆς, tanquam ab ὄρος, dum interpretatur: *cum vel maxime passim interrupta deprehenderetur superandi montes opportunitatis successio,* declarant sequentia: ὥστ' (L. οἵ τε) ὀρεωκόμοι φεύγοντες ἐν ὀρῶν ἦσαν κορυφαῖς, ἡμίονοι δὲ χαμαί. Interpretare

igitur: *interruptis passim mulorum vicibus*, ab *ὀρεύς*. *) Koen. In Homeri Odyss. III. v. 278. olim edebatur *ἄκρον Ἀθηνῶν*. Wolfius dedit *Ἀθηνέων*. Porsonus ad h. v. p. 14.: „In fine versus *Ἀθηναίων* [in Cod. Harlei.] plane scriptum, vt in omnibus Aristophanis, hunc locum ridentis Nub. 400. editionibus Brunckianam praecedentibus. Ibi quidem *Ἀθηνῶν*, vt postulat metrum, praebent codices non pauci, et Demetrius de Elocut. 150. iamdudum a Spanhemio indicatus, idque edidit Brunckius. Sed cum tres eius MSS. *Ἀθηναίων* dent, ipse etiam Rauennas, vt ex Inuernizii silentio colligere licet, vide annon legendum sit, cum in Homero, tum in Aristophane, Ionica dissolutione, *Ἀθηνέων*. Pleraeque enim omnes crases prius in pronunciando, quam in scribendo exstant. In Herodoto notum est semper scribi, *Θηβέων*, *Ἀθηνέων*, et similia, quae tamen cum solenni vocalis *ε* et diphthongi *αι* permutatione in *Θηβαίων*, *Ἀθηναίων* Codex Mediceus transformaret, Iacobus Gronouius exemplari suo vitiis imitabili deceptus est, et Criticis ludibrium debuit.“ His addit Censor Britannus Homeri Oxoniensis in *Critical Review* 1804. Vol. I. p. 323.: „Cf. Suppl. ad Praef. Eur. P. LVI. *Ἀθηναίων* 5658. *Ἀθηνέων* 6325. Il. *Γ*. 273. *κεφαλέων* Zenodotus, *κεφαλαίων* Etym. M. p. 507. Aeschyl. in Niob. ap. Schol. Lasc. in Soph. El. 139. (f. 47.) *Μόνος θεῶν γὰρ θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ*.

*) Libanii locus legitur in editione Reiskii Vol. I. p. 570. Morellus (T. II. p. 296. B.) et ipse perperam vertit: *quod tunc potissimum interrupta multis in locis esset montium continuatio*. Villoisonus erroris huius, quem dicit *lepidum*, mentionem facit tam in praelectionibus Pindaricis MSS., quam in Collectaneis, quae in Bibliotheca Caesarea nunc servantur. Posteriore loco citat haec Theodoreti de prouidentia orat. V. (T. IV. p. 373. ed. Sirm. Paris. 1642.): *διὰ τούτου γὰρ (τοῦ λόγου) ἄγεις καὶ φέρεις τῶν ἀλόγων τὴν φύσιν, τὰ ποίμνια, τὰ αἰπόλια, τὰ συφόρβια, τῶν ἵππων τὰς ἀγέλας, καμήλους νομάδας ἀχθοφορούσας, τὴν μικτὴν τῶν ὀρνέων καὶ ἡμιόνων φύσιν*, simul annotans, Henricum Valesium pro *ὀρνέων* scripsisse *ὀρέων* (ab *ὀρεὺς*), sibique *καὶ ἡμιόνων* interpretamentum videri genuinae vocis *ὀρέων*. Bast.

Muli in aues mutati etiam in Dione Chrys. T. I. pag. 301. *καὶ οὐ μόνον περὶ κυνῶν καὶ ἵππων ἔχει οὕτως, ἀλλὰ καὶ βοῶν καὶ ὀρνέων*. Vere Reiskius: „imo vero *ὀρέων* ab *ὀρεύς, mulus*.“ Sic correxit etiam Piersonus ad Moer. pag. 274. a. Schaef.

καὶ Ἱπποκράτης· „αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων μάλιστα τίκτουσι νοσήματα.“ ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν ἀρσενικῶν πληθυντικῶν γενικὰς, τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ης εὐθειῶν γενομένας, διὰ τοῦ εων προφέρουσι, Περσέων λέγοντες καὶ νησιωτέων. Ἡρόδοτος ἐν τῇ τρίτῃ κατ' ἀρχάς· „καὶ νησιωτέων μάλιστα ἐπλούτεον.“

§. V. 45) Ταῖς εἰς αις δοτικαῖς 46) τῶν πληθυντικῶν τῶν θηλυκῶν ὀνομάτων οὐ μόνον τὸ ι προςτιθέ-

---

Edd. Fl. 1. 2. 1544. 1555. δωρέων. H. Steph. δώρων.“ Idem vir doctus Ionicam formam Ἀθηνέων adeo Xenophonti Mem. III. 5. 2. vindicat ibid. 1804. Vol. III. pag. 347., de Xenophontis Ionismis disputans ibid. 1803. Vol. XXXVIII. p. 137. SCHAEF.

45) Codd. a. b. et c. ταῖς δοτικαῖς τῶν etc. omissis vocibus εἰς αις. Deinde Cod. c. προςτιθέασιν pro προςτ. εἰώθασιν. Codd. a. et c. ὡς ταῖς δοτικαῖς, omissis vocibus εἰς οις. Cod. b. ὡς ἐν ταῖς δοτ., iisdem omissis. Post Cod. c. ἀλλὰ καὶ τὸ α τῆς αι διφθόγγου τρέπουσιν εἰς η οἱ Ἴωνες, ὡς καὶ Ἱπποκράτης· — σημεῖον ἀγαθόν, ceteris omissis. In Hippocratis loco Cod. a. λιεντερ. Cod. b. λυεντερ. Ad finem ambo omittunt voces νύμφαις, νύμφης, νύμφησι. Cod. August. hunc articulum, quod scriba eius ob earundem vocum repetitionem plures transsiliisset, misere truncat, non habens nisi haec: ταῖς δοτικαῖς τῶν πληθυντικῶν ἀρσενικῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ καὶ τῆς αι διφθόγγου τρέπειν τὸ α εἰς η εἰώθασιν. ἐν τῇσι χρονίῃσι λυεντερίῃσιν ὀξυρεγμίη ἐπιγενομένη, πρόσθεν μὴ γενομένη, σημεῖον ἀγαθόν. SCHAEF.

46) Ταῖς εἰς αις δοτικαῖς] Vatic. Meerm. cum prior. edd. Ταῖς δοτικαῖς τῶν πληθ. Mox ὡς ταῖς ἐν οις δοτικαῖς, sensu exigente, rescripsi pro ὡς ταῖς ἐν αις δ. vt erat in Voss. cum adhuc ederetur: ὡς ἐν ταῖς δ. τῶν πληθ. ἀρσεν. Deinde εἰώθασιν ante verba ὡς Ἱπποκράτης, quippe non necessarium, cum Voss. et Vat. praetermisi. Meerm. — οὐ μόνον τὸ ι προςτιθέασι, ἀλλὰ καὶ — τρέπουσι τὸ α εἰς η. Vltima νύμφαις, νύμφης, νύμφησι solus dedit Voss. in cuius margine eadem manu erat:

ναι εἰώθασιν, ὡς ταῖς εἰς οις δοτικαῖς τῶν πληθυντικῶν τῶν ἀρσενικῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ καὶ τῆς αι διφθόγγου τρέπειν τὸ α εἰς η. ὡς Ἱπποκράτης· „ἐν τῇσι χρονίῃσι λειεντερίῃσιν ὀξυρεγμίη ἐπιγενομένη, πρόσθεν μὴ γενομένη, σημεῖον ἀγαθόν.“ νύμφαις, νύμφῃς, νύμφῃσι.

§. VI. [47]) Τὰς εἰς ου ληγούσας γενικὰς, τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ας καὶ εἰς ης εὐθειῶν γινομένας, διὰ τοῦ εω

καὶ Ὅμηρος· [Il. *A*. vs. 205.] Ἧις ὑπεροπλίῃσι. Locus Hippocratis est ex Aphor. VI. 1. p. 1256. D. ἐν τῇσι χρ. λ. ὀ. ἐπιγινομένη, μὴ γινομένη πρότερον, σ. ἀ. — Ionicae formae exempla nemo desiderabit. Eam ab Atticis etiam, Tragicis inprimis, fuisse vsurpatam, patet e notatis a Cl. Valckenaer. ad Euripidis Phoen. vs. 62. In huius Supplic. vs. 498. e Codice recipi potuerat πύλησιν. Ionicam dialectum fere eandem fuisse cum Attica veteri, passim homines eruditi, inuitante occasione, monuerunt. Effugisse eorum acumen videtur Io. Grammatici locus in priori tractatu de Dialectis: Ἰάς ἐστι διάλεκτος, ᾗ κέχρηνται Ἴωνες. δοκεῖ δὲ ἀρχαία εἶναι ΑΥΤΟΙΣ. Necesse non est, vt de loci corruptela moneam: corrige, sodes: δοκεῖ δὲ ἀρχαία εἶναι ΑΤΘΙΣ. Koen. Certissima eademque facillima correctio. Facile enim confunduntur Ο et Θ. Nec difficilior commutatio litterarum α et αυ. „α in libris manu scriptis passim caudam tam prolixam trahit, vt non α, sed αυ legere tibi videaris. Hinc accidit, vt α et αυ commutarentur.“ Bastius Append. ad Epistol. Critic. p. 20. V. supra p. 332. Schaef.

47) Cod. a. prima duo Homeri testimonia omittit; post γεγονότι enim statim sequuntur haec: ἀπὸ τῶν εἰς ης δέ· ἀτρείδεο δαΐφρονος, quibus verbis articulus finitur. Cod. b. τὰς εἰς ου ληγούσας γενικὰς, τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ης γινομένας, ἢ ἀπὸ τῶν εἰς ας, ἀπὸ μὲν τῶν εἰς ης, ὡς τὸ ἀτρείδεω δαΐφρονος, ἀπὸ δὲ τῶν εἰς ης, Ἡρόδοτος, τρίτῳ δὲ ἀπ' ἀρχιέω γεγονότι, ἀντὶ τοῦ ἀπὸ Ἀρχίου, quae

προφέρουσιν· ἀπὸ τῶν εἰς ας μὲν, οἷον Ἡρόδοτος· „τρίτῳ δὲ ἀπ' Ἀρχίεω γεγονότι 48).“ *καὶ Ὅμηρος·*

---

verba articulum finiunt. Cod. c. *προφέρουσιν οἱ Ἴωνες, ἀπὸ τῶν εἰς ας μὲν, ὡς Ἡρόδοτος, τρίτῳ — γεγονότι, ἀπὸ δὲ τῶν εἰς ης, ὡς τὸ ἀτρείδεω δαΐφρονος,* ceteris omnibus omissis. Cod. August. *εἰς ας ἢ* *) *εἰς ης.* Post voces *ἀπὸ τῶν εἰς ας μὲν* vacuum in eo spatium sex ferme syllabarum, post quod statim sequuntur haec: *ἀπὸ δὲ τῶν εἰς ης, οἷον Ἀτρείδης, Ἀτρείδεω,* ceteris omissis. SCHAEF.

48) *τ. δὲ ἀπ' Ἀρχίεω γ.*] *τ. δ' ἀπ' Ἀρχ. γ.* edd. MS. Meerm. Particulam *δὲ* omittit Voss. sed est etiam in Herodoto p. 224, 21. Post haec verba in vulgatis edd. legitur: *ἀντὶ τοῦ ἀπ' Ἀρχίου,* neglectis duobus prioribus Homeri exemplis, petitis ex Il. *E.* vs. 534. et *B.* vs. 461. *Ἀτρείδεω* saepius in eodem recurrit; sed *Ἀτρείδεω δαΐφρονος* ob metrum sic iungi non potuit. *Πηληϊάδεω Ἀ.* quod cum *Πέρσεω, Ξέρξεω* ab edd. Vatic. et Meerm. abest, est ex Il. *A.* vs. 1. Ionum consuetudinem operose persequitur Etymol. M. p. 153, 45. Psellus in Vers. Polit. MSS. *Τὸ μὲν γὰρ Πέρσης Πέρσεω τυγχάνει τῆς Ἰάδος.* Pertinet eo *τοῦ Πιτανήτεω λόχου,* quod in Herodoto reponendum arbitrabar p. 717, 42. pro *Πιτανητέων,* cum ibid. vs. 48. ipse adiectiue extulerit *τὸν λόχον τὸν Πιτανήτην.* Rarior est idem flexus in genitiuis a rectis in *ος. Βάττεω, Κροίσεω, Κλεομβρότεω, Δημοκρίτεω* notauit Cel. Wesseling. ad Herod. pag. 345, 49. quibus adde *Πεισιστράτεω* e Codice Arch. p. 485, 76. *Ὑστάσπεος* p. 233, 25. 40. p. 270, 48. et *Ὀτάνεος* p. 233, 45. ab *Ὑστάσπης* et *Ὀτάνης*, si sana sunt, sunt profecto singularia. KOEN.

*) De frequenti commutatione particularum *ἢ* et *καὶ* v. Bastius infra ad §. XXV. Burgessius Ind. IV. in Dawesii Miscell. Crit. v. *II:* „*η* in *κ*, hoc est, *καὶ* facile transire potuit, cum in nonnullis MSStis vix aliquid differant.“ Itaque in Callimachi H. in Dian. v. 81. probabiliter coniecerunt *Κύκλωπες, καί μοί τι Κυδώνιον, εἰ δ' ἄγε, τόξον κ. τ. λ.* SCHAEF.

Αἰνείεω — — —

καί·

Ἀσίεω ἐν λειμῶνι [49]). — —

ἀπὸ δὲ τῶν εἰς ης·

Ἀτρείδεω δαΐφρονος. — —

— — Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.

Πέρσεω, Ξέρξεω.

§. VII. [50]) Τοῖς ὑποτακτικοῖς ἄρθροις, τοῖς ἀπὸ φωνήεντος ἀρχομένοις, προςτιθέασι τὸ τ οἱ Ἴωνες [51]). ὡς παρ' Ἡροδότῳ· „αὐτὸς ἐν Πιτάνῃ συνεγενόμην δήμου ταυτοῦ τοῦ ἦν [52]).“ ἀντὶ τοῦ οὗ ἦν. καὶ ἀλλαχοῦ [53])· „τοῖς ἐντέλλετο.“ ἀντὶ τοῦ οἷς.

---

49) Ἀσίεω ἐν λειμῶνι] Il. Β. 461. vbi vetustiores Editt. male dant Ἀσίῳ. V. Etymolog. M. loco a Koenio citato. Schol. Ven. Ἀσίω] ἰωνικὴ γενικὴ παθοῦσα. τὸ γὰρ ὑγιές ἐστιν Ἀσιεω: (sic Villoisonus), ὡς Ἀτρείδεω. δι' ὃ (Cod. addit καὶ) χωρὶς τοῦ ι. Pro Ἀσιεως, vt nemo non videt, scribendum est Ἀσίεω. Et hoc habet Codex Venetus. Bast.

50) Codd. a. et c. omittunt οἱ Ἴωνες. Deinde Cod. a. αὐτὸς μὲν ἐν πιτάνῃ συνεγενόμην δήμου ταυτοῦ· τὸ ἦν ἀντὶ τοῦ οὗ ἦν. Cod. b. αὐτὸς μὲν εὐπιτάνους (sic) συνεγενόμην δήμου ταὐτοῦ. τοῦ ἦν ἀντὶ τοῦ οὗ ἦν, καὶ ἀλλ. etc. Sed Cod. a. caret verbis καὶ ἀλλαχοῦ — οἷς. Cod. c. αὐτὸς ἐν πιτάνῃ συνεγενόμην δήμου ταυτοῦ. τοῦ ἦν ἀντὶ τοῦ οὗ ἦν, καὶ ἀλλαχοῦ τοῖς ἐντέλλεται, omissis iis quae sequuntur. Cod. August. omittit primum ὡς παρ' Ἡροδότῳ - ταυτοῦ, deinde καὶ ἀλλαχοῦ — οἷς. Bastius: „Quod in Herodoteis habet editio Koenii συνεγενόμενος, manifesto vitiosum corrigendumque est.“ Correxi συνεγενόμην. Schaef.

51) Fallitur Gregorius cum aliis multis. V. quae monui ad Dionys. Hal. de Compos. Verb. p. 41. a. Schaef.

52) δήμου ταυτοῦ τοῦ ἦν] Mira est priorum edd. corruptela: αὐτὸς μὲν ἐπὶ τόνους συνεγενόμην δήμου τοῦ ἦν. MS. Vatic. α. μὲν ἐπιτάνους συνεγενόμην δημου ταὐτοῦ, τὸ ἦν ἀντὶ τοῦ οὗ ἦν. Meerm. αὐτὸς ἐπιτάνῃ συνεγενόμην. Dedi lectionem Voss. quam Grammaticum saltem posuisse, ex ipsius obseruatione satis manifestum est.

§. VIII.[54]) Τῷ ε προστιθέασι τὸ ι. ὡς τό· Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν [55]).

Apud Herodotum vulgata p. 224, 22. τρίτῳ δὲ ἀπ' Ἀρχίεω τούτου γεγονότι ἄλλῳ Ἀρχίῃ τῷ Σαμίου τοῦ Ἀρχίεω, αὐτὸς ἐν Πιτάνῃ συνεγενόμην· δήμου γὰρ τούτου ἦν, neminem iure morari possunt. Nostrum corrupto Codice vsum fuisse, hoc magis probabile est, quod in verbis δήμου γὰρ τούτου ἦν etiam aliquid turbatur in Schedis Vind. et Arch. δήμου τ' αὐτοῦ ἦν praeferentibus. Proxime accedit in Herodot. p. 726, 63. τούτου τοῦ δήμου ἐὼν ὁ Σωφάνης. Idem ante p. 725, 46. scripserat, puto: Σωφάνης ὁ Εὐτυχίδεω, δήμου Δεκελεῆθεν. vt Codex Arch. habet; vel, addito participio, quod ab vltimis literis nominis Εὐτυχίδεω fuit absorptum, Σ. ὁ Εὐτυχίδεω ἐὼν δήμου Δ. non ἐκ δήμου Δ. Suadet illud, non hoc, vsus Herodoti. Pag. 419, 85. de Eëtione, Echecratidis filio: δήμου μὲν ἐκ Πέτρης ἐών. KOEN.

53) καὶ ἀλλαχοῦ] Desunt haec postrema in Vatic. et Meerm. Pro τοῖς ἐντέλλετο priores edd. τοῖς ἐντέλλετο ἔχουσιν. In Herodoti lectione verba τοῖς ἐντέλλετο ita posita, vt ait Grammaticus, non offendi: forte e memoria citauit quae leguntur p. 24, 3. Τοῖσι δὲ ἄγειν μέλλουσι τῶν Λυδῶν ταῦτα τὰ δῶρα ἐς τὰ ἱρὰ, ἐντέλλετο ὁ Κροῖσος — in quibus tamen multum abest, vt τοῖς pro οἷς positum censeam. KOEN.

54) In Cod. a. absunt verba ἐθέλοντα δὲ πέμπειν. Cod. c. προστ. τὸ ι οἱ ἴωνες, ὡς τὸ χρὴ ξεῖνον περ *) ἐόντα φιλεῖν, καὶ εἰ ξείνια δοίη, omittens quae vulgo sequuntur. Cod. August. προστιθέασιν ἐν τοῖς ὀνόμασι τοῖς ἔχουσι τὸ ε, τὸ ι. ὡς τό· etc. SCHAEF.

55) ἐθέλοντα δὲ π.] Exsulant haec tria verba a Vatic. et Meerm. Versus est ex Homeri Od. Ο. 74. quo respexit Libanius Ep. 156. πλήρου τὰς ὑποσχέσεις, παρόντα μὲν ἡδέως ὁρῶν, ἐκπέμπων δὲ μετὰ σῶν γραμμάτων. Εἰ

*) Perpetua confusio vocularum παρ et περ. V. Musgrau. ad Euripid. Heraclid. v. 136. Brunck. ad Sophocl. Philoct. v. 425. ad Aristophan. Concion. v. 513. Vesp. v. 1050. Equit. v. 333. Wakefield. ad Euripid. Ion. v. 17. SCHAEF.

καί·

— — — *Εἴ μοι ξείνια δοίη.*

καί·

— — — *Εἰνάλιος θήρ.*

ἀντὶ τοῦ ἐνάλιος.

§. IX. [56]) *Τῷ ō ὑπεμβάλλουσι* [57]) *τὸ ῡ, κόρη κού-*

μοι ξείνια (*ξεινήϊα* male Voss.) *δοίη* legitur Od. *I.* vs. 229. *Εἰνάλιος* non apud Ionicos tantum auctores occurrit, sed in Tragicis etiam; saltem in MSS. vid. Cl. Valckenaer. ad Eurip. Phoen. vs. 6. — Nostri de Ionismo in *ξεῖνος* obseruatio referenda est, suadente ordine, ad *ξείνων* in Herodot. p. 224, 24. Koen.

**) Formae ionicae, quas habet Antoninus Liberalis, debentur poëmatibus ionicis, e quibus homo librum Metamorphoseon maximam partem consarcinauit. Sic solent compilatores temporum et antiquorum et recentium: scriptorum quos exscribunt, ipsa verba, ipsas phrases retinent. [De Polyaeno v. Koenium supra pag. 468. De Diodoro Siculo v. Meletem. Crit. I. p. 94. SCHAEF.] In Antonino quidem Liber. ipsorum versuum, quos ante oculos habebat, vestigia reperiuntur. Conf. Epistol. Crit. p. 191. vbi hexametrum paene integrum detexi. Frustra sis, si alios Ionismi fontes in Antonino Liber. quaeras, de cuius dialectis quem Verheykius Excursum editioni suae adiecit, multa tenet quae consideratius scripta velles. BAST.

***) Verissime Koenius. Nam *ἔςτε* pro *ὥςτε* clare legitur in Codice Vatic. 305., e quo Leo Allatius Anonymum illum primus exscripsit. BAST.

§. CXXXVI. [52]) Φρενήρη, τὸν σώφρονα [53])· λαμβάνουσι δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἐναντίου.

---

rodotus II. c. 119. ὡς ἐπάϊστος ἐγένετο ταῦτα ἐργασμένος. L. VIII. c. 128. ἐπάϊστος δὲ ἐγένετο ὁ Τιμόξεινος προδιδοὺς τὴν Ποτίδαιαν. V. Valckenar. p. 234, 84. Paullo rarior in talibus est vsus particulae ὡς cum verbo finito. Plato Euthyphr. 17. Ἀλλὰ γὰρ, ὡς οὐ πρόθυμός με εἶ διδάξαι, δῆλος εἶ. *) Diodorus Sic. XI. c. 27. πᾶσιν ἐγένοντο καταφανεῖς, ὡς τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀμφισβητήσοντες τῆς κατὰ θάλατταν ἡγεμονίας. Wesselingius: „ἀμφισβητήσουσι Clar. Reg. 2. Venet." Hoc a Diodoro scriptum esse suspicor. Schaef.

52) Codd. a. et b. φρενήρη δὲ τὸν σώφρ. Deinde Cod. b. λαμβ. δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ ἐναντίου. Cod. c. hunc articulum cum sequente omittit. Schaef.

53) Φρενήρη τὸν σ.] Thales in Ep. apud Diog. Laërt. I, 43. ἢ γὰρ ἂν οὐ φρενήρεες εἴημεν. Arrian. de Exped. Alex. III. 22. pag. 137. Darium vocat ἄνδρα τὰ μὲν πολέμια — μαλθακόν τε καὶ οὐ φρενήρη. Luciano T. III. p. 128. Ptolemaeus audit καὶ τὰ ἄλλ' οὐ πάνυ φρενήρης τις ὤν, ἀλλ' ἐν κολακείᾳ δεσποτικῇ τεθραμμένος. Chariton L. VI. pag. 106, 7. γυνὴ πεπαιδευμένη καὶ φρενήρης. Ad Lucian. indicauit Herodoti loca Cl. Gesnerus; qui Suidae, dicenti etiam poni pro παράφρων, suum errorem rectius reliquisset, cum et Noster addat: λαμβάνουσι δὲ [τοῦτο edd.] καὶ ἐπὶ τοῦ ἐναντίου: quae tamen verba a MS. Vaticano absunt. Etymol. etiam p. 799, 40. φρενήρης, φρόνιμος, ἢ παράφρων. Conf. Cl. Wesseling. ad Glossar. Herod. Koen. Cyrillus Alex. Lex. in Matthaei Glossar. Graec. minor. p. 20. Φρενήρης· ὁ φρόνιμος. vbi Cod. alter addit καὶ ὁ παράφρων. Add. Zonar. Lex. T.

*) Fischerus ad h. l.: „In Cod. Tub. perperam omissa est particula ὡς. ante verba οὐ πρόθυμος. nam eam abesse vetant verba δῆλος εἶ, quod dictum est pro δῆλόν ἐστι." Fallitur: tantum enim abest, vt perperam omissam putem, vt etiam rectius ac sermoni accommodatius omitti credam. Aristophanes Lysistr. v. 919. ἤ τοι γυνὴ φιλεῖ με, δήλη 'στὶν, καλῶς. Sic vulgo interpungunt, καλῶς referentes ad φιλεῖ. Perperam. Iunge δήλη 'στὶν καλῶς. Sophocles Oed. R. v. 1008. ὦ παῖ, καλῶς εἶ δῆλος οὐκ εἰδὼς τί δρᾷς. vbi Glossator Augustanus καλῶς recte interpretatur πάνυ. Schaef.

§ CXXXVII. [54]) *Καταπροΐξασθαι* [55]) *λέγεται τὸ προῖκα ποιῆσαι.*

§. CXXXVIII. [56]) *Καὶ τὸν καταφανῆ, ἐπίλαμπον* [57]).

II. c. 1822. Vnus locorum Herodoti, V. c. 42. *ἦν τε οὐ φρενήρης, ἀκρομανής τε,* facit vt recorder huius tantopere vexati ab Interpretibus l. c. 73. *ἦν γὰρ, ὡς διέδεξε, ὀργὴν οὐκ ἄκρος.* Particulam negantem delendam esse, viri doctissimi mihi persuaserant, antequam intelligerem, *οὐκ* in vno Codicum Parisinorum non legi. Quo magis miratus sum, perspicacissimum Criticum huius particulae patrocinium suscepisse. At, cedo, vnde natum est *οὐκ,* quod tot libri tuentur? Scilicet ex litteris proxime sequentibus *ακ,* quarum prior quoties cum *ου* confusa sit, in vulgus notum est. V. Melet. Crit. I. pag. 93. Aristophanis Grammatici Argument. Euripid. Med. *ἐχωρίσθη δ' Ἰάσονος, Αἰγεῖ συνοικήσασα.* Sic recentiores editiones. Vetustiores rectius *συνοικήσουσα.* Schaef.

54) Cod. August. pro *λέγεται* habet *λέγουσι.* Reuocavi Codicis Vossiani scripturam *καταπροΐξασθαι* in locum Koenianae *καταπροΐξεσθαι.* Aoristi enim infinitiuo melius respondet qui sequitur *ποιῆσαι.* Plutarchus Mor. T. I. pag. 35. *Οὐ μὴν ἐκεῖνός γε παντελῶς κατεπροΐξατο.* Schaef.

55) *Καταπροΐξεσθαι*] *Καταπροΐξεσθαι δὲ λ.* edd. et MS. Vatic. E *καταπροΐξασθαι,* quod in Voss. est, feci *καταπροΐξεσθαι* cum Glossar. Herod. iuxta Herod. pag. 213, 93. *ἐκείνους μέντοι τοὺς περιποιήσαντας οὐ καταπροΐξεσθαι.* vbi docta a Cl. Valckenaerio adscripta sunt. Themistocles Epistola XV. p. 29. *οὔτε τοὺς θεοὺς ἀσεβῶν λήσεις, ὦ Φιλοστέφανε, οὔτε ἐμὲ ἀδικῶν καταπροΐξῃ.* Koen.

56) Cod. c. *τὸν καταφανῆ, ἐπίλαμπον.* Schaef.

57) *ἐπίλαμπον*] Pertinet ad corruptum *ἐπίλαμπος δὲ ἀφάσσουσα ἔσται* in Herodoto p. 232, 4. optime e MSS. in *ἐπίλαμπτος* mutatum. In sequentibus spreuit Herodoti ordinem Grammaticus. Koen. Sophocles Antig. v. 406. *καὶ πῶς ὁρᾶται, κἀπίληπτος εὑρέθη;* Aldinae scriptura

ηὑρέθη ducere videtur ad *ἡρέθη*, quod a poëtae manu profectum suspicor. Firmat suspicionem Scholiastae interpretatio: *ποίῳ τρόπῳ αὐτὴν συνελάβεσθε καὶ κατειλήφατε;* Ceterum locutio *ἐπίληπτον αἱρεῖσθαι* neminem offendet, qui morem poetarum Graecorum cognouerit. Hesiodus Op. et D. v. 540. *μηδ' ὀρθαὶ φρίσσωσιν ἀειρόμεναι κατὰ σῶμα.* vbi quae Moschopulus egregia notauit, adscribam paullo pleniora, quam dedit Lobeckius ad Sophocl. Aiac. pag. 299. (quem vide etiam p. 353.): *μὴ δὲ αἰρόμεναι ὀρθαὶ κατὰ σῶμα γίνωνται ὤφειλεν. ὁ δέ φησι φρίσσωσιν, ὃ καὶ μόνον, τὸ τὰς τρίχας ὀρθίας γίνεσθαι δηλοῖ, καὶ Εὐριπίδης ὅμοιόν τι ποιεῖ ἐν τούτοις· μὴ τελεσφόρους Εὐχὰς θεοὶ κραίνωσιν. ὀφείλων γὰρ εἰπεῖν μὴ τελεσφόρους ποιήσωσιν, ὁ δὲ φησὶ τελεσφόρους κραίνωσιν ἐκ παραλλήλου, ὡς πετρώματι λευσίμῳ ἐν ἄλλοις, ἤγουν λιθοβολισίμῳ* *). *καὶ ἁπλῶς πολὺ παρὰ τούτοις τὸ τοιοῦτον.* Phanocles Eleg. v. 8. *εὐήκη φάσγανα θηξάμεναι.* Bene Ruhnkenius p. 301.: „Trincauellus et Gesnerus *εὐμήκη* ediderunt. At alii libri, in his Leidensis, rectius *εὐήκη* praebent.“ Alterum illud, *εὐμήκη*, nuper praetulit Io. Gottl. Kreyssigius, Lycei Annaemontani Rector, in Particula II. Symbolarum ad Bielii Thesaurum Philologicum augendum atque emendandum, p. 17. *quod vocabulis εὐήκης et θήγεσθαι frigida quaedam ταυτολογία insit.* Frigida si est, acrius etiam frigus feriit haec Homeri Il. XIV. v. 6. s. *εἰόκε θερμὰ λοετρὰ ἐϋπλόκαμος Ἑκαμήδη Θερμήνῃ.* Schaef.

*) Sic habet editio et Heinsii et Trincaueli. Corrigo *λιθοβολησίμῳ.* Vt enim a *ναυπηγεῖν* deriuatur *ναυπηγήσιμος*, (omninoque adiectiua in *σιμος* deriuantur a primis futuris, e. c. *ἀνύσιμος, ἀράσιμος,*) sic a *λιθοβολεῖν* descendit *λιθοβολήσιμος*, quod adiectiuum Lexicis addes vna cum *λιθοβόλητος*, quo vtuntur Hesychius T. II. c. 458. et Photius Lex. c. 163. Accedant item haec: *Λιθοβολεύω.* V. Schol. ad Lucian. T. I. p. 578. — *Λιθόβολος.* Notauit Schol. Ven. ad Homer. Il. III. v. 354. V. Valckenar. ad Euripid. Phoen. v. 1069. et Porson. ad eund. loc. (v. 1076.) — *Λιθοκονία.* Habet Hesychius T. II. c. 1269. Conf. Toup. ap. Warton. ad Theocrit. XXII. v. 38. — *Λιθολογία.* Reperitur in Moeride pag. 53. vbi tamen conf. Pierson. — *Λιθοτομική.* Vsurpat Cyrillus c. Iulian. pag. 208. A. — *Λιθωδῶς.* V. Casaubon. ad Athen. II. c. 7. p. 93, 25. — *Λιθωτός.* V. var. lect. ad Herodot. II. c. 69. Schaef.

§. CXXXIX.[58]) *Λᾶξιν*[59]) *δὲ τὸν μερισμὸν, ἢ τὸν κλῆρον.*

§. CXL.[60]) *Τὸν καταπεπονημένον τετρυμένον*[61]) *λέγουσι.*

---

58) Cod. c. *λάξην τὸν μερ. ἢ τ. κλῆρον.* Cod. August. *Λάξιν λέγουσι τὸν μερ. ἢ τ. κλῆρον.* Dedi *Λᾶξιν.* Koenius dederat *Λάξιν.* Recte *προπερισπᾶ* Ruhnken. ad Homer. Hymn. in Cerer. v. 328. et in Epist. Crit. p. 129. SCHAEF.

59) *Λάξιν*] *Λῆξιν* Aldi prima editio: idem si a MSS. fuisset oblatum, potuissent iungi *Λάξιν, λῆξιν, τὸν μερισμὸν, ἢ τὸν κλ.* vt iunguntur in Glossar. Herod. et Suida emendato. Pro *μερισμῷ* occurrit *λάξις* in Herodot. pag. 290, 23. *ὑπεροικέουσι δὲ τουτέων δευτέρην λάξιν ἔχοντες Βουδῖνοι.* atque ita capienda sunt haec Philostrati V. A. III. pag. 98. *τὴν δὲ γῆν ταύτην ἀρίστην φασὶ τῆς Ἰνδικῆς εἶναι, καὶ μεγίστην τῶν ἐκεῖ λήξεων.* Aelian. de N. A. XVII. 27. *ἔθνος — διευτυχοῦν τῆς εὐνόμου μάλα καὶ εὐδαίμονος ναὶ μὰ Δία λήξεως.* Pro *κλήρῳ*, quando *κλῆρος sortem, μοῖραν,* significat, praeter alios posuit Heliodor. Aeth. II. p. 106. *ταύτης εἰς τὴν ἑτέραν λῆξιν ἀναλυθείσης*:* vbi praecedentia, *ἐμοὶ πόλις Μέμφις· πατὴρ δὲ καὶ ὄνομα Καλάσιρις,* commodius procedent ita scripta: *ἐμοὶ πόλις Μέμφις πατρὶς, καὶ ὄνομα Καλάσιρις.* Sic L. III. pag. 154. *καὶ πατρὶς ἔστω τῷ σοφῷ πᾶσα πόλις. Τὴν περίγειον λῆξιν sortem terrenam* dixit Synesius de Prouid. p. 89. C. Apud Aelian. N. A. XII. 7. Empedocles censebat *τὴν ἀρίστην εἶναι μετοίκησιν τὴν τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὲν εἰς ζῶον ἡ λῆξις αὐτὴν* (l. *αὐτὸν*) *μετάγοι, λέοντα γίνεσθαι· εἰ δὲ εἰς φυτὸν, δάφνην.* KOEN.

60) Codd. a. b. et August. *τετρυγημένον λ.* Sed Cod. c. habet *τετρυμένον.* SCHAEF.

61) *τετρυμένον*] Consentit in hac lectione MS. Meerm. cum Voss. Perperam Vatic. et prior. edit. *τετρυγημένον·* nam pertinet ad *λεὼν τετρυμένον* in Herodot. p. 165, 73. Eidem Iones p. 443, 50. dicuntur *τετρυμένοι ταλαιπωρίῃσί τε καὶ ἠελίῳ.* Ad vtrumque locum Cel. Wesselingius nonnulla adscripsit. In Antholog. VI, 7, 14. pro, *Αὔλακι καὶ γήρᾳ τετριμμένον ἐργατίνην βοῦν,* e Suida in voce reuocandum censeo rarius *τετρυμμένον·* secus atque in-

§. CXLI. 62) Τὸ πολεμεῖν, ἀντιάζειν 63).
§. CXLII. 64) Τὰ αἰδοῖα, μέζεα. Ἡσίοδος 65)·
— — οὐρὰς δ᾽ ὑπὸ μέζε᾽ ἔθεντο.
§. CXLIII. 66) Τὸ καταπαιχθεὶς καὶ γελασθεὶς διαβεβλημένος λέγουσιν. Ἡρόδοτος 67· „ὦ βασιλεῦ, διαβεβλημένος ὑπὸ Ἀμάσιος οὐ μανθάνεις."

---

stituit Kusterus: conf. Suidas V. Τετρύσθαι, et Albertius ad Hesych. T. II. pag. 1374, 28. Koen. Add. Iacobs. ad Anthol. Gr. II. 2. p. 231. Perperam autem Koenius duplicato μ scribit τετρυμμένον. Brunckius ad Apollon. Rhod. I. v. 1174.: „τετρυμένα. Perperam vulgo τετρυμμένα. υ longum est. In C. τετρεμένα. Tres τετριμμένα." Schaef.

62) Codd. a. et b. τὸ πολ. ἀντ. λέγουσι. Cod. c. hunc articulum omittit. Schaef.

63) ἀντιάζειν] ἀντιάζειν λέγουσι MS. Vatic. cum edd. Putem innui Herodotea ἀντιάζωμεν τὸν ἐπιόντα e p. 332, 96. in quibus tamen ἀντιάζειν a consueta significandi potestate non deflectit. Saepius Herodotus verbo ἀντιοῦσθαι vsus est: vid. p. 511, 95. 12. 694, 2. 703, 41. Monstrat is vsus, recte p. 583, 90. Codicem ἀντιοῦσθαι pro ἐναντιοῦσθαι seruasse. Koen.

64) Cod. c. τὰ αἰδοῖα, μύρνα (sic). Cod. August. ὡς Ἡσίοδος, et in poëtae versu μάζεα pro μέζε᾽. Schaef.

65) Ἡσίοδος] Opp. et D. vs. 512. vnde emendandus Etymol. M. p. 575, 12. Hesych. Εὐμέζεος, vt bene corrigit Pergerus, εὐφυὴς τοῖς αἰδοίοις. In Herodoto μέζεα frustra quaeras. Koen. Bastius: „Orion Theb. MS., quem Etymolog. M. exscripsit: Μήδεα, τὰ αἰδοῖα, παρὰ τὸ μέδειν καὶ ἄρχειν τῆς γενέσεως· μέζεα δὲ, κατὰ μετάθεσιν τοῦ δ εἰς ζ." Εὐμέζεος adde Lexicis. Sch.

66) Cod. c. hunc articulum omittit. Schaef.

67) Ἡρόδοτος] P. 194, 28. De διαβάλλειν, notione *decipiendi*, vid. quos laudat Cel. Wesseling. ad Herod. p. 396, 77. et Albertius ad Hesych. in Διεβλήθη, ἐξηπάθη· quomodo pro ἐξηπατήθη debuerat corrigi. Koen. Quid sibi voluerit Koenius solicitans Hesychii ἐξηπατήθη, plane non intelligo. Hesychius paullo ante: Διεβάλλοντο. ἐξηπάτησαν. Medium commemorat etiam Zonaras Lex.

§. CXLIV. [68]) *Τὸ καλλωπίσας ἀσκήσας λέγουσιν.* „ὅς ἐμέ σοι κόσμῳ ἀσκήσας ἀπέπεμψε, ὡς ἑωϋτοῦ θυγατέρα [69]).“

T. I. c. 528. V. Brunck. ad Aristoph. Thesmophor. v. 1214. Add. Heringa Obseruat. p. 108. Schaef.

68) Cod. a. *ἐπέπεμψε.* Cod. c. non habet nisi haec: *τὸ καλλωπίσας, ἀσκήσας.* Eadem Cod. August., aucta tantummodo voce *λέγουσι.* Schaef.

69) *ὡς ἑ. θυγατέρα*] Herodot. pag. 194, 29. *Ἀσκεῖν commune verbum est earum omnium artium, quae ad curam et cultum, qua corporis, qua animi pertinent:* verba sunt magni Casauboni Diatr. in Dion. Chrysost. pag. 31. De corporis ornatu, vt Herodot., sic adhibuit Euripid. Troas. 1023. Ione vs. 326. Alcest. vs. 159. Aeschyl. Pers. vs. 182. aliique complures. Ea significatio sine dubio antiquior est, ad animum deinde eiusque dotes excolendas translata. Isaeus pro Apoll. her. p. 64, 37. *Ἀπολλοδώρῳ γὰρ ἦν υἱὸς, ὃν ἐκεῖνος καὶ ἤσκει καὶ δι' ἐπιμελείας εἶχεν.* In Philostrato V. A. L. VI. p. 243. si pro: *καί μοι ἔδοξεν* (*ἡ φιλοσοφία*) *ἀνδρῶν εἶναι περιττῶν τὰ θεῖα, ψυχήν τε ἄριστα ἐσκεμμένων,* legatur: *ψυχήν τε ἄριστα ἠσκημένων,* haud leue pondus sententiae accedet. *) *Ἀσκεῖν τὴν ψυχὴν* dixit Xenophon Memor. pag. 714. B. Achilles Tat. L. VIII. p. 495. vbi perperam *τῇ ψυχῇ* vulgatur. Plura dedit H. Stephanus in Thes. L. Gr. T. I. p. 587. E. Obuium est verbum pro *exercere* in Xenophontis Hist. Gr. III. p. 499. C. *ἀσκῆσαι δ' αὐτὸ* (*τὸ στράτευμα*) *βουλόμενος, ἆθλα προὔθηκε·* quae repetuntur in Agesilao p. 655. A. Polyaen. IV. 2. §. 10. *Φίλιππος ἤσκει τοὺς Μακεδόνας τρόπῳ κινδύνων.* Latet idem verbum flagitiose corruptum in huius L. II. 7. *Ἀλκέτας Λακεδαιμόνιος ἀπὸ τῆς Ἱστιαίας ὁρμώμενος, βουλόμενος λαθεῖν*

*) Conf. notam ad Philostr. Her. p. 482. Boisson.

Sic iam Huetius emendauit. V. Boissonad. ad Philostr. Her. p. 482. Eadem commutatio alibi reperitur. Eudocia Villois. p. 251. *περὶ Κέκροπος . . . ἐκαλεῖτο δὲ διφυὴς, ὅτι δύο φωνὰς ἦν ἠσκημένος.* Nonnus MS. in epitaph. Basil. M., vnde Eudocia articulum sumsit, habet *ἐσκεμμένος.* Bast.

Obiter Lexicis adde *σκεπτοσύνη*, quod legitur in Timonis Phliasii Fragm. XXIII. (Brunckii Anal. II. p. 72.) Schaef.

§. CXLV. 70) Ἐνάριες 71) οἱ ὁπλῖται παρ' αὐτοῖς ὀνομάζονται.

πεπληρωκὼς αὖς πολλὰς, καθελκύσας τριήρη μίαν, καὶ ἐς ταύτην (ἀνὰ) μέρος ἐμβιβάζων τοὺς στρατιώτας, ἵνα δοκοίη τοῖς πολεμίοις ἓν σκάφος ἔχειν, ῞ΗΝ ΚΑΙ` τριῶν ἁπασῶν τὰ πληρώματα. In vltimis, quae mutila pronunciarunt Casaubonus ad h. l. et Sam. Tennulius ad Frontin. IV. 7. 19. MS. Cant. praebet ἢ καὶ τῶν τριηρῶν πληρ. Sine haesitatione emendandum: ῎ΗΣΚΕΙ τριηρῶν ἁπασῶν τὰ πληρώματα. Operae pretium erit versionem addidisse: *Alcetas Lacedaemonius ab Histiaea soluens, cum vellet clam multas naues implere, vna triremi deducta, inque eam per vices militibus impositis, vt videretur hostibus vnam omnino triremem habere, exercebat triremium omnium classiarios.* Frontinus d. l. *vicibus in ea remigem exercebat.* Koen. Bastius: „Phrynichus MS. Ἀσκεῖν καὶ ἀσκηταὶ καὶ ἀσκητικῶς *). τὸ ἀγωνιστικῶς ἐπιμελείας τυγχάνειν ἀσκεῖν ἐστιν. Εὔπολις· ἵππον κέλητ' ἀσκοῦντα θὲς, οἷον ἀγωνιστήν. σημαίνει καὶ τὸ μετ' ἐπιμελείας τι κατασκευάζειν. Lexicon Rhetor. MS. Ἀσκεῖν· οἱ ῥήτορες χρῶνται μὲν καὶ ἐπὶ τὸν (l. τῶν) ἄλλο τι ἔργον σκοπούντων, τιθέασι δὲ καὶ ἐπὶ ἀνδρὶ ἀγαθῷ λόγων ἄσκησιν ποιουμένῳ. ὅταν δ' αὐτὸ καθ' αὑτὸ τάξωσι τὸ ἀσκεῖν, εἰδέναι χρὴ τότε, ὅτι τῇ λέξει ἐχρήσαντο ἐπὶ τῶν ἀγωνιζομένων τοὺς στεφανίτας, τουτέστιν ἐπὶ τῶν ἀθλητῶν." Μετ' ἐπιμελείας τι κατασκευάζειν significat, vbi cum genitiuo materiae iungitur. Plutarchus V. Alex. c. 20. πάντα χρυσοῦ ἠσκημένα περιττῶς. Recte Interpres: *ex auro fabrefacta omnia:* ne de χρυσῷ cogites. Schaef.

70) Cod. a. ἐνάριες ὁπλῖται ὀνομ. π. αὐτοῖς. Cod. b. ἐνάρεες οἱ ὁπλῖται ὀνομ. π. αὐτοῖς. Cod. c. ἄναριας (sic) τοὺς ὁπλίτας. Cod. August. hunc articulum et sequentem omittit. Schaef.

71) Ἐνάριες] Ἐνάριας τοὺς ὁπλίτας Meerm. omissis verbis παρ' αὐτοῖς ὀ. Frustra a Grammaticis Scythicam vocem ex Graecorum ἐνάροις et ἐναρίζειν arcessi, com-

*) Hoc aduerbio Lexica carent. Quamquam mirum, Phrynichum commemorare aduerbium, non commemorare adiectivum: vt ἀσκητικὸς legendum videatur. Schaef.

§. CXLVI. *Διάσφαγες δὲ, αἱ διεστῶσαι πέτραι* [72]).

---

monuit ad Glossar. Herodot. Wesselingius, quem vide et ad Herodot. p. 52, 50. De *διάσφαγες* adi Valckenaerio laudatos ad Schol. in Eurip. Phoen. p. 600. Koen. *Ἐνάρεες* habet Lexicon Herodot. habebantque priores Herodoti editiones: *ἐνάρεες*, quam formam dat Cod. b., edidit Wesselingius. Schaef.

72) *Διάσφαγες — πέτραι*] Cod. a. *διασφάγες δὲ* etc. Cod. b. *διαῤῥῶγες δὲ αἱ δ. π.* Cod. c. *διασφάγας, τὰς διεστώσας πέτρας*. Bastius: „Accentus huius glossae tot diuersis modis ponitur, quot excogitari possunt. Glossarium quidem Herodot. Wesseling. habet, vt Gregorius Corinthius, *διάσφαγες*. Franzii editio p. 606. dat *διασφᾶγες*, quod Albertum ad Hesych. T. I. p. 969. videtur offendisse. In Herodoto, Luciano, Hesychio, Etymologico M., Suida, aliis, legitur *διασφάγες*. Denique Schneiderus, priores sequens Lexicographos, dat *διασφὰξ*, *διασφαγός*. Ita etiam Schol. MS. SG. 345. ad Lycophron. v. 317. *Διασφαγός· τοῦ χάσματος. σφὰξ γὰρ πᾶν χάσμα γῆς.* et v. 1062. vbi *διασφὰξ* adiectiue intelligit. Legit enim: *κρύψουσι κοίλης* (non *κοίλοις*) *ἐν μυχοῖς διασφαγὸς*, vltimamque vocem interpretatur *βαθείας καὶ κοίλης. διασφὰξ γαρ ἡ εὐθεῖα.* H. Stephanus Thes. T. III. p. 1159. scribit *διασφάγες, ὑποσφάγες*, quanquam addens: *Videntur obliqui potius circumflecti debere, quam acui.* Ego vero vnice probo *διασφάγες*. Circumflexus enim in obliquis casibus propterea locum non habet, quia $\bar{\alpha}$ penultimae corripitur. Nam canon hic est: Omnia nomina in $\overline{\alpha\xi}$, quae feminini sunt generis, (male Reichardus Ind. Lycophr. *ὁ διασφὰξ*,) $\bar{\alpha}$ breue habent. V. Etymolog. M. p. 109, 45. aut p. 460, 55. sqq. —— Pseudo-Herodianus Epimer. MSS. *Διασφαλξ* (sic), *τὸ σχῆμα τῆς γῆς*. Corr. *Διασφάξ· τὸ σχίσμα τῆς γῆς*.“ Adde hoc exemplum confusionis litterarum $\bar{\eta}$ et $\overline{\iota\varsigma}$ illis, quae supra p. 429. congessimus, et vide paullo post not. ad §. CL. Schaef.

§. CXLVII. [73]) *Γνωσιμαχεῖν* [74]), τὸ γνῶναι τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, τήν τε τῶν ἐναντίων ἰσχύν.

---

73) Cod. c. hunc articulum cum tribus sequentibus omittit. SCHAEF.

74) *Γνωσιμαχεῖν*] *Γνωσιμαχεῖν δὲ* edd. priores. Exemplis, quae ad Thomam M. Viri docti dederunt, accedat hoc, significatu τοῦ μετανοῆσαι, Scholiastae ad Pindari Nem. V. 1. *Φασὶν, ὅτι οἱ οἰκεῖοι τοῦ Πυθεοῦ* *) *ἦλθον πρὸς αὐτὸν, παρακαλοῦντες ὅπως γράψῃ ἐπίνικον* **). *Πινδάρου δὲ αἰτήσαντος τρεῖς* (*τριακοσίας* verisimiliter emendat in notis MSS. Scaliger.) *δραχμὰς, ἔφασαν ἐκεῖνοι — χρόνῳ δὲ ὕστερον γνωσιμαχήσαντες, ἦλθον τὸ αὐτὸ διδόντες*. KOEN. Bastius: „Lexicon Rhet. MS. interpretationi Gregorii haec addit: *οἱ δὲ τὸν* (leg. *τὸ*) *γνόντα ὅτι πρὸς κρείσσονας ἔσοιτο αὐτῷ ἡ μάχη, ἡσυχάσαι*, quae etiam in Etymolog. M. leguntur. Phrynichus *Προπ. Σοφ.* MS. *Γνωσιμαχῆσαι· τὸ μεταγινώσκειν καὶ συνιέναι τοῦ ἁμαρτήματος, οἷον τῇ προτέρᾳ γνώμῃ ἣν ἔσχεν, μάχεσθαι*. Maioris momenti propter auctorem, cuius affertur testimonium, est hic articulus Lexici SG. *περὶ συντάξεως· Γνωσιμαχῶ· ἅπαξ ἐχρήσατο τῇ λέξει Ἀρριανὸς ἐν πάσῃ τῇ πράξει* †) *αὐτοῦ, ἐν β τῇ μεταλέξαν* (i. e. *ἐν τῇ δευτέρᾳ τῇ μετ' Ἀλέξανδρον* ††)) *· οἱ δὲ γνω-*

*) Scrib. *Πυθέου*. BAST.

**) *Ἐπίνικον* habent editiones P. Brubacchii 1542. et P. Stephani 1599. Heyniana mutauit in vulgarem formam *ἐπινίκιον*, haud scio an sine causa idonea. Certe Thomas Mag. p. 350. s. *Οὐ μόνον ἐπινίκιος, ἀλλὰ καὶ ἐπίνικος. ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ μὲν ἐπινίκιος, καὶ μετὰ προςθήκης, καὶ χωρὶς προςθήκης λέγεται. οἷον, ἐπινίκιος λόγος, καὶ ἁπλῶς ἐπινίκιος. τὸ δὲ ἐπίνικος, οὐδέποτε μετὰ προςθήκης. Ἀριστείδης ἐν τῷ περὶ τοῦ παραφθέγματος· ὥσπερ αὐτῷ τὸν ἐπίνικον ποιῶν. Λιβάνιος ἐν τῷ εἰς τὸν Ἰουλιανὸν ἐπιταφίῳ· καθήμενον ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου, δέχεσθαι τοὺς ἐπινίκους* [sic scripsit Thomas: non *ἐπινικίους*, quod non debebat laudari in Addend. ad h. l.]. vbi Oudendorpio *ἐπίνικος* aspernanti non magis ausim assentiri, quam Schneidero, cui haec forma dubiae videtur fidei. SCHAEF.

†) Rarus hic vsus vocis *πρᾶξις* pro v. *πραγματεία*. SCHAEF.

††) V. de hoc Arriani libro Fabricii Bibl. Gr. vol. V. pag. 103. ed. Harl. BAST.

σιμαχήσαντες, ὑπέδυσαν τὰ ἐπαγγελλόμενα. Omnino hoc Lexicon non pauca complectitur fragmenta lectu perdigna historicorum, quorum libri iniuria temporum perierunt. Itaque gratum fore puto Viris Doctis nuntium, clarissimum nostrum Hasium edendo illi vacaturum esse, simulac recensum Codicum Graecorum ex Italia Lutetiam aduectorum peregerit.“ Dionysius Halic. Ant. Rom. III. c. 57. in. Σαβῖνοι μὲν οὖν ἐγνωσιμάχησαν ἀπὸ τῆς τότε συμφορᾶς βιασθέντες. Pausanias IX. c. 7, 4. ἐγνωσιμάχησάν τε αὐτίκα καὶ ἐτράποντο αὖθις ἐς τὴν Ῥωμαίων φιλίαν. Ibid. §. 2. editum est ἐπλήθη γὰρ ὑδέρῳ. Corrigo ἐπλήσθη. SCHAEF.

75) Codd. a. et b. σισύρα δὲ βαρβ. χιτ. SCHAEF.

76) Σισύρνα] Ita*) Voss. pro σισύρα, vt adhuc editum fuit, et vulgatur etiam in Gloss. Herod. Inprimis vid. Valckenaer. Anim. ad Ammon. III. 11. pag. 205. KOEN. Etymolog. M. pag. 714, 24. Σισύρα, αἴγειον στέγαστρον, τετριχωμένον δέρμα. Ruhnkenius ad Tim. p. 232. commemorat diuersam scripturam σκέπαστρον pro στέγαστρον, nescio vnde petitam. Cito Etymolog. Paris. MS., quia correctionis indiget. Sic enim ille: Σισύρα, ἤγουν αἴγειον. στέγαστρον τετραχωμένον τουτέστι βάκος ὅ ἐστι δέρμα. Ex ἤγουν caue facias ἤγουν, (notior enim haec particula est, quam vt librarius eius et spiritum et accentum corrumpat,) sed corrige ἡ γοῦνα. Ducangius Gloss. p. 261. sq.: „Γοῦνα, γοῦννα, *vestis pellicea, guna, gunna.*“ τετραχωμένον perperam scriptum est pro τετριχωμένον, verbaque τουτέστι βάκος ὅ ἐστι δέρμα, perinde vt ἡ γοῦνα, a manu glossatoris interpolatrice profecta sunt. Sed hoc quoque additamentum vitio laborat: nam βάκος, vox nihili, in νάκος, vt nemo non videt, mutari debet. Ammonii articulus super vocibus σισύρα et σισύρνα item latet in Etymolog. Paris. et Sorbon. (v. quae supra p. 289. monui), sed multis vitiis corruptus. Scilicet articulum sic scriptum habent: Σισύρα καὶ σίσυρμα (sic) διαφέρουσι. σισύρα μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐξ αἰ-

*) Koeniana in textu habet Σισύρα, inuito, vt satis apparet, Koenio, cui scriptura libri Vossiani placuit. Ego idem consulto retinui, cum non esset sat grauis causa mutandi. SCH.

γείων δερμάτων τετρυχομένον (Sorb. rectius *τετριχωμένον*, addens *στέγαστρον*)· *σίσυρμα δὲ τὸ ἐκ τῶν βοκυδίων κώδιον* (Sorb. *τὸ ἐκ τῶν κιρκυδίων*) *ῥαπτόμενον ἀμπεχόνιον*. Vltima quomodo corrigenda sint, dubius haereas, nisi in consilium adhibeas Ammonii textum, *τὸ ἐκ τῶν κροκύδων ῥαπτόμενον ἀμπεχόνιον*. Haec enim mihi videntur satis emendata, neque opus est pro *κροκύδων* scribere *κροκίδων* *). V. Schneideri Lexic. v. *κροκύς*. Quamquam non multum repugnem, si quis *τὸ ἐκ τῶν κωδίων ῥ. ἀ.* legere malit. At, inquit, *βοκύδιον* fortasse vox est propria citerioris Graecitatis. Ducangius quidem hoc docet; nam in Glossario habet haec: „*βοκύδιον*, *bucula*. Suidas in Etymologico,“ (Sic Ducangius Suidam saepius citat, interdum significans editum Suidae Lexicon: sed h. l. quale Lexicon intelligendum sit, pro certo non dixerim.) „*τὸ ἐκ τῶν βοκυδίων κώδιον ῥαπτόμενον*“ (sic, omissa voce *ἀμπεχόνιον*). Sed cum alio testimonio non vtatur, vix mihi persuaderi patiar, vocem *βοκυδιον*, quae vnde deriuari debeat, difficulter dicas, a quoquam vsurpatam esse. Idem placet doctissimo Coraio, quem cum de voce *βοκύδιον* nuper consuluissem, haec mecum vir egregius communicauit: „*Le mot βοκυδίων n'apartient ni à l'ancien grec, ni que je sache au moderne. Ainsi dans le texte du lexique, τὸ ἐκ τῶν βοκυδίων κώδιον ῥαπτόμενον ἀμπεχόνιον, il faut lire avec Ammonius,*

*) *Κροκίδων* placuit Valckenario. E contrario in Antipatri Thessal. Epigr. XXXII. v. 2. *κροκίδων* repudiat Brunckius, vnice probans *κροκύδων*. *Κροκὺς* legas in Aristophan. Fragm. incert. LVIII., sed *κροκὶς* ibid. LXXXV. quamquam etiam h. l. Porsonus Supplem. praefat. ad Euripid. Hec. p. XLI. extr. alteram formam praetulit: recte, vt opinor. H. Stephanus Thes. T. II. c. 441. G. notauit etiam formam *κροκύη*, etsi auctoritate perquam dubia. Mirum tamen, Huschkium eandem reperisse in anecdoto Antipatri Epigrammate, vbi *κροκύαι* recte mutat in *κροκὺς*, quemadmodum in Herodoto III. c. 8. pro *κροκύην* ediderunt *κροκύδα*. V. viri doctissimi Anal. Crit. p. 236. Ceterum vt libri inter *κροκὶς* et *κροκὺς*, sic variant inter *πηλαμὶς* et *πηλαμύς*. Alciphron I. ep. 17. *ὡς πλήθους ὅλου προσιόντος θύννων ἢ πηλαμίδων*. Berglerus p. 65.: „Apud Oppianum I. Hal. v. 113. *πηλαμύδας* per *υ*. vtraque autem scriptio obtinet.“ Altera illa per *ι*, iam repudiata a Grammaticis Graecis, nunc parum probatur. V. Schweighaeuser. Animadu. in Athen. T. II. pag. 314. T. IV. p. 241. s. 389. et Schneider. Adnotat. in Aristotel. Histor. Animal. p. 286. SCHAEF.

§. CXLIX. Ὑβρίζειν, τὸ σκιρτᾷν [77]).

§. CL. [78]) Οἰσύπη [79]) δὲ, τὸ τῶν ῥυπαρῶν προβάτων ἔριον, καὶ τὸ διαχώρημα τοῦ προβάτου.

τὸ ἐκ τῶν κροκύδων ῥ. ἀ., ou bien corriger l'un et l'autre, en lisant: τὸ ἐκ τῶν κωδίων ῥ. ἀ. Cette dernière correction me paroît la plus simple; car je présume que ce βοκυδίων, ou κροκύδων, n'est qu'une repetition vicieuse du mot κωδίων. Il est possible aussi, pour ne rien dissimuler, que le lexicographe ait écrit τὸ ἐκ τῶν ῥακιδίων (pour ῥακίων ou ῥακίδων) κωδίων κ. τ. λ. cousu ensemble des lambeaux ou des pièces de peaux de brébis. Quoiqu' il en soit, le βουκυδίων est du nombre des mots fautifs qu'on trouve souvent dans le glossaire de Ducange, et qui ne sont dûs qu' à la distraction ou à l'ignorance des copistes. Tel me paroit, par exemple, celui que je viens d'y voir à la page 1280. Ἡμισυράκιον . . . . τὸ συῤῥαπτόμενον εἰς τὸ κατώτερον τῆς στολῆς ἐκ πορφύρας ἩΜΙΣΥΡΑ'ΚΙΟΝ. Ou je me trompe fort, ou il faut lire . . . . ἐκ πορφύρας, Ἢ ΒΥ'ΣΣΟΥ, ῬΑ'ΚΙΟΝ." Obiter moneo, adiectiuum *ἀναποίητος**), quo Ammonius vtitur in his, *τὸ ἐκ τῶν τετριχωμένων δερμάτων ἀναποίητον στέγαστρον,* in Lexicis nostris frustra quaeri. Bast.

77) *Ὑβρίζειν, τὸ σκιρτᾷν*] Sic ceperunt Grammatici in Herodot. p. 337, 85. *ὑβρίζοντες ὦν οἱ ὄνοι ἐτάρασσον τὴν ἵππον τῶν Σκυθέων:* iure in eo loco obnitente Cl. Wesselingio. Ad Nostri mentem *ὑβρίζειν* et *σκιρτᾷν* de elephantis lasciuientibus iunxit Aelianus de N. A. X. 10. de equis XII. 44. *ὕβριν* et *σκίρτημα* XI. 18. Philostrat. V. A. L. VI. p. 267. *ὑβρίζει τις ἐνταῦθα Σάτυρος. — ὅν γε ἡμεῖς οἱ Γυμνοὶ, χρόνῳ ἤδη ὑβρίζοντα, μήπω μετεστήσαμεν τοῦ σκιρτᾷν.* Koen.

78) Codd. a. et b. *σινύπη* etc. Idem habet Cod. Aug., statim omittens particulam *δέ.* Schaef.

79) *Οἰσύπη*] Vulgo *Σινύπη·* sed *Οἰσύπη,* vt corrigen-

*) De verbo *ἀναποιεῖν* v. Schneiderum in Lex. Gr. Germ. s. v. cuius Collectaneis accedat hic locus Scholiastae ad Aristophan. Plut. v. 1064. *οἱ κάπηλοι χρίειν καὶ ἀναποιεῖν τὰ ἱμάτια εἰώθασι.* Schaef.

dum monuit Foësius in Oecon. Hippocrat. e MS. Voss. restitui. Michael Psellus: *Οἰσυπηρὸς ὁ ῥυπαρὸς, οἰσύπη γὰρ ὁ ῥύπος.* In Gloss. Herodot. est *Οἴσπη, ῥυπαρῶν προβάτων ἔρια.* Quae his in Nostro accedunt, *καὶ τὸ διαχώρημα τοῦ προβάτου,* non de suo adiecit Grammaticus, sed Erotianum auctorem secutus. Aristophani *fimus ouillus οἰσπώτη* dicitur: vid. Cl. Alberti ad Hesych. T. II. pag. 733, 15. vnde in Etymol. M. pag. 619, 10. pro *Οἰσπώτη, ὀπλὴ προβάτου,* legendum videtur *κοπρος προβάτου·* tametsi *οπλὴ* etiam propugnat MS. Codex Leidensis, quem innuit *veteris sui Lexici* appellatione H. Stephanus in Thes. L. Gr. T. II. p. 1250. C. De *οἰσύπη,* vel *οἴσπη, lana succida,* quaedam notauit Cl. Wesselingius ad Herodot. p. 363, 42. Koen. Franzius p. 612. edidit *Οἰσύπη· ῥυπαρὰ προβάτων ἔρια.* Koenii coniectura in Etymolog. M. *κόπρος* pro *ὀπλὴ* legentis mihi non videtur probabilis. Scilicet Etymologicum duas dat diuersas interpretationes vocis *ὀϊσπώτη, ὀπλὴ προβάτου* et *τὸ τοῦ προβατου διαχώρημα.* Priorem cur conuincas falsitatis, factaque correctione sic mutes, vt posteriori congruat, non puto causam satis grauem esse. Secundum Valckenarium ad Ammon. p. 128. H. Stephanus per *vetus Lexicon suum* interdum etiam Ammonium intelligit. Causa haec est, quod Etymologicum Leidense, pariter vt Sorbonicum et Parisinum, plurimos Ammonii articulos complectitur. V. quae supra p. 289. paulloque ante ad glossam *σισύρα* monui. —— De v. *διαχώρημα* conf. Schaefer. Melet. Crit. I. p. 95.*) qui quod in Luciano Vol. II. p. 136. praetulit *διαχωρίσματα,* idem confirmatur auctoritate Codicis Vatic. 90. vbi legitur *γενόμενα διαχωρ$\overset{\text{ισ}}{\text{ή}}$ματα*. Litterae *H* et *IC* saepissime commutantur, in primis in syllabis finalibus *ημα* et *ισμα* (conf. paullo ante ad §. CXLVI.), *ημενος* et *ισμενος,*

*) Dixi ibi: „In solis hucusque Grammaticis *διαχώρημα* de interuallo passim dictum reperi. Vid. Suidas T. 1. p. 559. 572." Nunc, palaeographicis motus rationibus, non dubito, vbicunque *διαχώρημα* hoc sensu legatur, corrigendum esse *διαχώρισμα.* E. c. in Suidae priore loco legendum *Διάλειμμα.* — *διαχωρίσματα.* Sic, quo minus dubites, statim sequitur *Διαλείμματος, διαχωρισμοῦ.* Schaef.

§. CLI. 80) *Νεοχμῶσαι* 81), *τὸ νεωστὶ κινῆσαί τι.*

ηθεις et *ισθεις* (v. pag. 321.), *ητος* et *ιστος* (v. pag. 429.). Bast.

80) Codd. a. et b. *νεοχμῶσαι δὲ τὸ νεωστὶ κ. τι.* Cod. c. *νεωχμῆσαι, τὸ νεωστὶ κινῆσαί τι.* Cod. August. *νεοχμάσαι, τὸ ν. κ. τ.* Schaef.

81) *Νεοχμῶσαι*] Glossar. Herod. N. *νεωστὶ κινῆσαι,* pro *νέον τι* e Cl. Wesselingii opinione. Scribi hoc verbum *νεοχμῶσαι* et *νεωχμῶσαι,* praeter Stephan. in Thesauro T. II. p. 1033. A. monuerunt, Nostri etiam memores, Foësius in Oecon. Hippocrat. Maittairius Indice Aretaei in *Νεόχμωσιν.* Theophylact. Bulg. Epist. 16. *τοῦτο μὲν οὐδ' ὑπὸ τῶν καιρῶν ἐνεωχμώθη, οὔτ' αὐτὸς πέπονθας.* Male *ἀνεωχμώθη* editur. Ad sequens *φερέγγυος* confer. Wesseling. ad Herodot. p. 533, 8. Koen. Illum qui Glossas Herodoteas primum congessit, *νέον τι* voluisse pro *νεωστὶ,* non credo. Etenim *νεωστὶ* significat non tantum *nuper, recens,* sed etiam *noue* (*καινῶς*), poniturque pro aduerbio parum vsitato *νέως.* Apollonius MS. *περὶ ἐπιῤῥημάτων* tria adverbia in *ωστι* desinentia commemorat: *τὰ δὲ ὡς ἠλογημένα**) *ἀπὸ ἐπιῤῥημάτων παρῆχθαι τῶν εἰς ως περατουμένων, ὥςτε ἐν προςθέσει τοῦ τι ἀποτελεῖσθαι, μεγάλως μεγαλωστὶ, νέως νεωστὶ, ἱερῶς ἱερωστί.* et ionice *ἱρωστὶ,* vt paullo ante legitur (conf. §. LXVI. de Dial. Ion.). Ibidem: *ὁ Τρύφων ἐζήτει περὶ τοῦ μεγαλωστὶ, ἱερωστὶ παρὰ Ἀνακρέοντι* **), *καὶ ἔτι τοῦ παρὰ Ἀθηναίοις νεωστὶ,*

*) De hoc vsu verbi *ἀλογεῖν,* non raro illo in Grammaticorum scriptis, Lexica nostra tacent. Idem Apollonius de Synt. p. 158. extr. *ὡς εἰ μὴ ἦν τὰ τῆς ἐναλλαγῆς, τάχα καὶ ὁ στίχος ἠλογεῖτο.* Interpres: *quod nisi esset enallage, versus etiam ille fortasse culpa non careret.* Ibid. p. 199. extr. *καὶ οὐδὲ οὕτω τὰ τοῦ λόγου ἠλόγηται.* Interpres: *ac ne sic quidem oratio vitiosa est.* Sylburgius Ind. in Etymolog. M. p. 55. c.: „*ἀλογεῖσθαι,* contra rationis regulam vsurpari 405, 34. sic *ἠλογημένον* 790, 43. 48." Obiter illa Apollonii, *τὰ τῆς ἐναλλαγῆς, τὰ τοῦ λόγου,* adde iis quae Bastius supra p. 253. sq. collegit. Schaef.

**) Auge hac voce Syllogen Fischerianam Fragmentorum Ana-

§. CLII. [82]) Φερέγγυος, ὁ βεβαιωτής.

ὅπερ οὐκ ἀπιθάνως τῇ παρὰ Ἀθηναίοις συνήθει ἐπεκτάσει ἐξέτεινεν τὸ ῖ. Grammaticus Hermanni p. 448, 122. affert etiam δημιωστὶ, aliunde mihi non cognitum. — Etymolog. M. pag. 600, 48. Νεοχμοῦντες (Etymolog. Paris. male νεοχμοῦνται), μετακοσμοῦντες, καὶ νεόχμωσιν (Paris. νεοχμησιν *)) τὴν νεοκίνησιν (vox a Grammaticis conficta ad declarandam analogiam compositionis), καὶ νεοχμὸς, ἄκοπος, ἄπονος ἢ ἄπειρος (duae vltimae voces desunt in Etymolog. Paris.), νεωστὶ εἰργασμένος. Bast.

82) Cod. c. hunc articulum cum duobus sequentibus omittit. Codd. a. b. et August. ὁ βεβαιωτής. Et sic dedi pro Koeniana scriptura ὁ βεβαιώτης. Bastius: „βεβαιωτης habet etiam Glossar. Herod. Wesseling. Sed in Franzii editione p. 618. et in Codice SG. recte ὀξυτόνως scribitur βεβαιωτής. Nomina enim in ωτης, deriuata a verbis περισπωμένοις, accentum habent in syllaba vltima. Pseudo-Herodianus Epimer. MSS. Τὰ διὰ τοῦ ωτης (ὀξύτονα) ἅπαντα διὰ τοῦ ω μεγάλου γράφονται, οἷον ζηλωτὴς, χρυσωτὴς, σταυρωτὴς, στεφανωτὴς (quo nomine Lexica carent), καὶ ἁπλῶς ὅσα ἀπὸ περισπωμένων γίνονται. καὶ γὰρ ἐκ τοῦ χρυσόω χρυσῶ, χρυσώσω, χρυσωτὴς, ζηλόω ζηλώσω, ζηλωτὴς, καὶ τὰ λοιπὰ ὡσαύτως. Τὰ διὰ τοῦ ωτης (παροξύτονα), εἰ μὲν καθαριεύει τὸ ο, ἅπαντα διὰ τοῦ ω μεγάλου γράφονται, οἷον ταξεώτης, ἰδιώτης, Σικελιώτης, κ. τ. λ. εἰ δὲ μὴ καθαριεύει τὸ ο, μικρογραφοῦνται, οἷον τοξότης, δεσπότης, ἱππότης,

creontis. De alio poëtae Teïi Fragmento, item omisso in illa Sylloge, Hermannus ante plures annos haec mihi scripsit: „In noua Anacreontis editione Fischerus omisit Fragmentum hoc ap. Schol. ad Aeschyli Prometh. 128. οὐδ᾽ αὖ ἐάσεις με μεθύοντ᾽ οἴκαδ᾽ ἀπελθεῖν. Quae Scholiastes ibi de metro dicit, arguunt sic scribendum esse: οὐδ᾽ αὖ μ᾽ ἐάσεις μεθύοντ᾽ οἴκαδ᾽ ἀπελθεῖν." Schaef.

*) A verbo νεοχμεῖν, quod hac ipsa substantiui forma, Lexicographis neglecta, magis confirmatur, vicissim confirmans formam substantiui per η. Schaef.

§. CLIII. Ἔφεδρος [83]), ὁ ἐπίκληρος.

§. CLIV. [84]) Ἀγηλατεύειν [85]), τὸ διώκειν.

ἀγρότης, δημότης, κ. τ. λ. πλὴν τοῦ δεσμώτης, θιασώτης, ἠπειρωτης, μονωτης καὶ ἀσκαλαβώτης. τα δὲ θήλυκα ἅπαντα διὰ τοῦ ο μικροῦ γράφονται, οἷον φιλότης, νεότης, ὁσιότης, κ. τ. λ.“ Schaef.

83) Ἔφεδρος] Herodot. pag. 391, 18. ἔφεδρον βασιλέα (Cleomenem) Σπαρτιήτῃσι ἀπέφαινε· vbi vide Wesselingium, aduersus Grammaticos etiam ad Gloss. Herodot. monentem. Koen.

84) Cod. August. pro ἀγηλατεύειν dat ἐγκλητεύειν. Schaef.

85) Ἀγηλατεύειν] Sic MSS. Voss. et Vatic. pro vitiosa priorum edd. lectione Ἐγκατεύειν. Vna litera deleta ἀγηλατέειν, Ionici commatis, conueniet cum Glossar. Herod. et ipso Herodot. pag. 407, 24. Leuis menda eximi poterit Etymologo M. pag. 10, 35. Ἀγηλατίζειν, διώκειν, φυγαδεύειν, ἐπιτάσσειν· οἱ δὲ ἀττικίζειν, vltimam vocem mutando in αἰκίζειν· nam ἀγηλατέειν etiam per ὑβρίζειν exponunt Glossae Herod. Hesychius autem Αἰκίζεται, μαστίζεται, ὑβρίζεται. Koen. Bastius: „Pro ἀττικίζειν, quod in Etymolog. M. legitur, Cod. Paris. 2740. habet τ7 ἀττυβίζειν, quod fortasse ex ἀν (i. e. ἀντὶ τοῦ. conf. pag. 38.) ὑβρίζειν per negligentiam librarii ortum est. Lex. SG. rhet. soph. MS. Ἀγηλατῶν· ἀντὶ τοῦ διώκων, φυγαδεύων. οὕτω Νικόμαχος.“ Sophocles Oed. R. v. 401. s. κλαίων δοκεῖς μοι καὶ σὺ, χὠ ξυνθεὶς ταδε, Ἁγηλατήσειν. Sic cum aspero spiritu Brunckius, qui haec notat: „ἁγηλατήσειν. gl. ἐμὲ δηλονότι, ὃν λέγεις φονέα εἶναι. Plerisque in codd. vt in Aldina edit. tenui spiritu notatur. At melius asperatur. Eustathius ad Odyss. Λ. pag. 1704. τὸ ἀγηλατεῖν παρὰ Σοφοκλεῖ. ἐκεῖνο μέντοι καὶ δασύνεται παρὰ τὸ ἄγος.“ Tenuem tuetur Schneiderus, aliud verbi etymon statuens: in quo falli videtur vir egregius. Ruhnkenius, recte cum ceteris ab ἄγος deriuans, ad Tim. p. 13. a.: „Iustinus VIII. 2. Graecum ἀγηλατεῖν Latine reddidit *piaculum exigere*.“ Schaef.

§. CLV. 86) *Τετραπτερυλλίδες* 87) *λέγονται παρὰ Ἴωσιν αἱ ἀκρίδες, παρὰ τὸ τέσσαρα ἔχειν πτερὰ, δύο μὲν ἔξω μείζω, ἐλάσσω δὲ ἔντοσθεν ἕτερα δύο.*

§. CLVI. 88) *Τὸ οὐκ ἱκνεομένως* 89) *ἀντὶ τοῦ οὐ προσηκόντως, οὐ καθηκόντως.*

---

86) Codd. a. et b. *τετραπελυρίδες.* Deinde Cod. a. *ἔξωθεν μείζω.* Cod. c. *τετραπτερυγίδας, τὰς ἀκρίδας, παρὰ τὸ τ. ἔ. πτ., δύο μὲν ἔξωθεν μείζω, καὶ ἔνδοθεν ἕτερα δύο μικρά.* Cod. August., vt a. et b., *τετραπελυρίδες* *): deinde pro *παρὰ τὸ* habet *ἀπὸ τοῦ:* denique extremo articulo *καὶ δύο ἔντος* (sic: leg. *ἐντὸς,* coll. Brunck. ad Aristophan. Pac. v. 1298.) *ἐλάσσω.* SCHAEF.

87) *Τετραπτερυλλίδες*] *Τετραπτερυλίδες* Voss. omissis verbis *λ. π. Ἴωσιν.* Peius Vat. cum prior. edd. *Τετραπτελυρίδες.* Meerm. *Τετραπτερυλίδας, τὰς ἀκρίδας, διὰ τὸ τέσσαρα ἔχειν πτερὰ, δύο μὲν ἔξωθεν μείζω, καὶ ἔνδοθεν ἕτερα δύο μικρά.* Herodoteis hanc Grammaticus interposuit Glossam e Scholiaste Aristoph. in Acharn. vs. 871. *τετραπτερυλλίδων* reddente *τῶν ἀκρίδων, παρὰ τὸ δ ἔχειν πτερά.* Conf. vs. 1081. cum Bergleri nota. Apud Suidam, praeter rectum *Τετραπτερυλλίδων,* exstat etiam decurtatum *Πτερυλλίδων.* Vulgatam in Nostro scripturam innuebat Stephanus, cum in Thesauro T. III. pag. 1419. A. notaret, *alicubi transpositis literis legi τετραπτελυρίδες, pro τετραπτερυλλίδες.* Proxime accedunt *formicae τετράπτεροι* in Sophoclis fragmento apud Etymol. M. p. 385, 3. quam lectionem vel ob Aristophanis *τετραπτερυλλίδας* praeferrem Photianae *τετράπεζοι·* vid. not. ad Hesych. in *Ἐσφηκωμένον.* Superest in isto fragmento, in quo ingenium exerceant homines acutiores. KOEN.

88) Codd. a. et b. *τὸ οὐκ ἱκν. ἀντὶ τοῦ προσηκ.* Bastius: „vitiose pro *ἀντὶ τοῦ οὐ προσηκ.*“ Deinde iidem *οὐ καθ. παρ' αὐτοῖς λαμβάνεται.* Codd. c. et August. hunc articulum omittunt. Post *ἱκνεομένως* addidi voces *ἀντὶ τοῦ,* quibus Koeniana caret. SCHAEF.

*) Simili vitio laborat haec Hesychii glossa T. I. c. 438. *Ἀπεπόμην. ἀπεχώρησα. ἀπεπήδησα.* Wakefieldius Animaduers. in Mosch. II. v. 109.: „Rescribo: *ΑΠΕΠΗΔΑΜΗΝ· απεχωρησα, απεπηδησα.*“ Quanto lenius corrigas: *Ἀπεπτόμην. ἀ. ἀ.* SCHAEF.

§. CLVII. 90) *Τὸ ἀπεπλίξατο* 91) *ἀντὶ τοῦ ἀπέφυγε. πλὶξ γὰρ τὸ βῆμα, ἐξ οὗ καὶ πλίγματα τὰ πηδήματα. ἔνθεν καὶ τὸ περιβάδην ἀμφιπλὶξ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Τριπτολέμῳ. καὶ Ὅμηρος·*

Αἱ δ' εὖ μὲν τρώχων, εὖ δὲ πλίσσοντο πόδεσσιν.

---

89) *Τὸ οὐκ ἱκνεομένως*] Prior. edd. *Τὸ οὐκ ἱ. ἀντὶ τοῦ προςηκόντως, οὐ καθηκόντως, παρ' αὐτοῖς λαμβάνεται,* male neglecta ante *προςηκόντως* negatione. In Glossar. Herod. est *οὐχ ἱκνευμένως· οὐκ ἱκνεομένως* in Herodot. p. 467, 96. *ἐν χρόνῳ ἱκνευμένῳ* p. 477, 23. vbi vid. Wesseling. *Κατὰ χρόνον τὸν ἱκνούμενον* Antonin. Liber. C. 3. et 27. Herodotus p. 703, 43. scripsisse videtur: *τοῦ δὲ ἑτέρου (κέρεος) φαμὲν ἐς ἡμέας ἱκνέεσθαι ἡγεμονεύειν.* Deest in impressis praepositio ante *ἡμέας·* sed additur in simili structura p. 463, 68. *ἐς τὸν ἱκνέεται ἔχειν.* Conf. Valckenaer. ad p. 120, 95. Koen. Demosthenes T. II. p. 1072. *ἐν ἱκνουμένᾳ ἁμέρᾳ.* quo pro mox dixit *ἐν ταῖς καθηκούσαις ἡμέραις.* Dionysius Hal. Ant. Rom. I. c. 66. *ἐν τοῖς ἱκνουμένοις χρόνοις.* vbi miror Stephanum haec notantem: „Suspectum est vocabulum *ἱκνουμένοις.*" Bene Reiskius p. 612. b.: „*ἱκνουμένοις* bene habet. *tempore fatali.* quo fatum decreuerat id euenire." Plutarchus Mor. T. I. p. 20. *Σκέψις δ' οὐκ ἐᾷ τῆς ἱκνουμένης συμμετρίας τὸν λόγον ἐκπίπτειν.* vt locus scribendus. Schaef.

90) Codd. a. et b. *ἀπουπλίξατο.* Deinde iidem *ἐξ οὗ πλίγματα,* omisso *καί.* In versu poëtae Cod. a. *τρόχων,* b. *τρέχον.* Cod. c. *ἀπεπλίξατο* (omisso articulo *τὸ*) *ἀ. τ. ἀ.* — — *πηδήματα, καὶ Ὅμηρος· εὖ δὲ πλίσσοντο πόδεσσιν.* ceteris omnibus omissis. In Cod. August. articulus sic scriptus est: *Τὸ ἀπεπλίξας ἀντὶ τοῦ ἀποφυγών. πλὶξ τὸ βῆμα, καὶ πλίγματα τὰ ὑποδήματα.* reliquis omissis. Schaef.

91) *Τὸ ἀπεπλίξατο*] Haec iterum e Comici Scholiaste huc relata sunt, qui totidem fere verbis Aristophanis *ἀπεπλίξατο* Acharn. vs. 217. ornauit, Suida aemulo in V. vbi Kusterus indicauit Homeri versum ex Od. *Ζ.* 318. Sophoclis versum e Triptolemo, quem respiciunt Grammatici, seruauit Etymol. M. p. 395, 13. vbi MS. Leiden-

§. CLVIII. [92]) *Καὶ τὸ ψῶσαν* [93]) *ἀντὶ τοῦ θάλπουσαν. ἔστι δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ τὸ ψῶ ἀγροικικὸν προςφώνημα.*

§. CLIX. [94]) *Κόλλιξ δέ ἐστιν* [95]) *εἶδος ἄρτου περιφεροῦς, ἐξ οὗ τὰ παρ' ἡμῖν κολλίκια.*

---

sis, *Σοφοκλῆς*, *οἷον*. *Δράκοντα δ' αἶρον ἀμφιπλὶξ εἰληφότε*, pro edito *εἰληφότες*. Illud propius abest a Pollucis lectione II. 173. *θαιρὸν ἀμφιπλὶξ εἰληφότα·* vnde et *θαιρὸν* Etymologo bene restituit Kusterus ad Suid. in *Περιβάδην*, et ante Kusterum Iungermannus ad Polluc. III. 90. Sed verior Sophoclis lectio est apud Ruf. Ephes. de Partib. Homin. p. 32. *Δράκοντε θαιρὸν ἀ. εἰληφότε.* Verbum *πλίσσεσθαι*, tantum non semper cum *πλήσσεσθαι* confusum (*δ' ἐπλήσσοντο* in Homeri versu Meerm.) accuratam meruit Eruditorum curam: vide laudatos ad Hesych. in *Διαπέπλιχε* et Hemsterhus. ad *Διαπεπλίχθαι*. In explicando Homeri *πλίσσοντο* diuersam a Grammaticis et linguae etiam genio, ni fallor, rationem secutus est Th. Bentleius: vid. Cl. Ernesti ad Callimach. H. in Dian. vs. 243. Ab *ἀμφιπλὶξ* cum origine, tum significandi potestate, multum differt *ἀμφιπλήξ·* de quo Critici ad Sophoclis Oed. T. vs. 425. Koen.

92) Cod. August. hunc articulum omittit. Schaef.

93) *ψῶσαν*] Glossar. Herodot. et Suidas: *ψῶσαν*, *θάλπουσαν*, ad Herodot. p. 465, 42. vbi *καταψῶσαν*. Philostrat. V. A. L. II. p. 51. *καὶ χεῖρα ἠνέσχετο ἐπαφωμένην τε καὶ καταψῶσαν.* Nostro vsus est Sylburgius ad Clenardi Institut. p. 379, 5. Verbi nequam *ψῶ*, a Callia apud Athen. L. X. p. 454. A. tribus senariis descripti, expositionem in Animadu. Casauboni modestia detrectauit. Koen. Boissonadus: „Verbi *καταψῶ* testis excitatur Philostratus in nota ad Her. p. 347. 348." Homerus Il. I. v. 361. *χειρί τέ μιν κατέρεξεν.* Paraphrastes Wassenb. *καὶ τῇ χειρὶ αὐτὸν κατέψησε.* Schol. *καταρέζειν — ὅπερ ἐστὶ καταψῆν καὶ ἅπτεσθαι ἠρέμα καὶ κολακευτικῶς.* Sch.

94) Cod. b. *ἐξ οὗ καὶ τὰ π. ἡ. κολλίκια.* In Cod. c. articulus sic scriptus est: *Κόλλιξ παρ' αὐτοῖς τὸ παρ' ἡμῖν κολλίκιον.* Cod. August. omittit voces *δέ ἐστιν:* postea habet *ἐξ οὗ καὶ τὰ —*. Schaef.

95) *Κόλλιξ δέ ἐ.*] MS. Meerm. *Κόλλιξ παρ' αὐτοῖς τὸ*

παρ' ἡμῖν κολλίκιον. In Voss. *δὲ* post *Κόλλιξ* omittitur. Grammaticus sequitur Schol. Aristophanis ad Acharn. vs. 872. *Κόλιξ. εἶδος ἄρτου περιφεροῦς.* Suidas in V. videtur scripsisse: *Κόλιξ, ὁ ἄρτος, ὅθεν καὶ κολούριον ἐπὶ τοῦ κολλάβου.* Athen. L. III. p. 112. F. *Τῶν δὲ κολλικίων ἄρτων, οἱ αὐτοὶ δ' εἰσὶ τοῖς κολλάβοις, —.* Conf. Suid. in *Κολλάβους.* Koen. Erotianus Lex. Hippocrat. p. 29. H. Steph. *Κόλλικες. ἀρτίσκων εἶδος, ὡς πλακούντων, ὧν καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσι μέμνηται, λέγων, ὦ χαῖρε κολλιφάγε. τινὲς δὲ τὰ ἠτρία* (*ἴτρια* corrigit Piersonus ad Moer. p. 203. a.) *ἐνόμισαν.* H. Stephanus ad h. l. p. 136.: „Apud Hippocratem scriptum habetur *κόλληκες* per *η*: sed non solum ex hoc Erotiani loco et ex Galeno, verum etiam ex Aristophane per *ι* potius scribi debet, simulque reponendum hîc *κολλικοφάγε.* Ita enim legitur apud Aristophanem in Acharnensibus, *ὦ χαῖρε κολλικοφάγε βοιωτίδιον.* Vbi et scholiastes ait esse *εἶδος ἄρτου περιφεροῦς.* At Galenus *κόλλικας* exponit apud Hippocratem *τοὺς τροχίσκους,* sed apud Aristophanem *μικροὺς ἀρτίσκους* esse dicit. Hippocr. Epidem. 2, *τρίψαντα λίτρον αἰγύπτιον καὶ κορίανον καὶ κύμινον, κόλληκας ποιοῦντα προςτιθέναι ἐν τῷ αἰδοίῳ.* Idem in libro qui *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν* inscribitur, *καὶ φακῶν καὶ ὀρόβων πεφρυγμένων ἄλφιτα καθάρας ὁκόσον ἡμιχοίνικον ἑκατέρων, ξυμφυρῆσαι ταῦτα μέλιτι καὶ ὄξει, εἶτα πλάσαι κόλληκας ἑξήκοντα.* Quibus locis optime conuenire prior illa Galeni expositio videtur. Scripsi autem in vtroque *κόλληκας* per *η*, sicut in Aldino exemplari habetur, quum alioqui *ι* pro *η* reponi debeat, vti modo dictum est." Etiam vno *λ* scribi, Lexicographi tradunt citantes Aristophan. Ran. v. 576. *ὦ τοὺς κόλικας κατέσπασας,* quo loco vtitur etiam Thomas Mag. pag. 570. in cuius libris insignis obtinet diuersitas scripturae, alio dante *κώληκας,* alio *κόληκας,* alio (v. Addend.) *κολύκας.* Sed recte habere illum Comici locum non ita demonstratum vidi, omnis vt mihi materia dubitandi exemta sit: suspicorque corrigendum esse *ὦ τοὺς* (aut, si malis, *τὰς*) *χόλικας κατέσπασας.* Scholiastes: *ἢ ἄρτους, ἢ ἔντερα.* Mecum facere video Schweighaeuserum Animaduers. in Athen. T. VII. p. 540. Vulgatam scripturam tuetur Piersonus ad Moer. p. 405. b. Schaef.

§. CLX. 96) *Σχοίνων δὲ συμβολεῖς* 97) *οἱ ψιαθοπλόκοι.*

§. CLXI. 98) *Καὶ ἰθαγενεῖς* 99) *οἱ γνήσιοι παῖδες.*

---

96) Cod. a. *σχοίνου δὲ συμβ.* Codd. c. et August. hunc articulum omittunt. Schaef.

97) *Σχοίνων δὲ σ.*] *Σχοίνου συμβολεῖς, οἱ ψιαθοπλόκοι, καὶ σχοῖνος ὁ ψίαθος* Glossar. Herodot. vbi docta est Celeb. Wesselingii adnotatio. Koen. Glossarium Herodot. Wessel. et Codex SG. habent *ἡ ψίαθος.* Bast.

98) Cod. c. hunc articulum omittit. Cod. August. omittit copulam *καὶ* et pro *ἰθαγενεῖς* dat *εἰθαγενεῖς.* Sch.

99) *Καὶ ἰθαγενεῖς*] Pariter Glossar. Herodot. ad Herodot. p. 461, 26. vbi *Αἰγύπτιοι ἰθαγενέες, indigenae,* quos alii *αὐθιγενεῖς* potius dixissent. *Πέρσης αὐθιγενὴς* est in Anthol. III, 13, 4. Sed solent sic ista commutari. *Οὐκ ἰθαγενέα στόματα, ἀλλ' ὀρυκτὰ,* sunt in Herodoto pag. 112, 92. at *ὕδωρ αὐθιγενὲς* p. 177, 63. et in Aelian. Hist. A. XII. 41. Hesychii *Βαρθειγενῶν, ἰθαγενῶν,* corruptum censeo ex *Βαυθειγενῶν,* praeposita tantummodo e dialecto litera *Β*, vt in *Βαγὸς, Βαλικιώτης,* aliisque plurimis. Etenim suo loco Hesych. *Αὐθιγενής. — ἰθαγενής.* Conf. Foës. Oecon. Hippocr. V. *Ἰθαγενές.* Est et *Ἐθαγενὴς* apud Hesych. et Suidam. Koen. Bastius: „Phrynichus *Προπαρ. Σοφ.* MS. *Αὐθιγενής. Ὅμηρος ἰθαγενής. σημαίνει δὲ τὸν γνήσιον, καὶ μὴ ἀλλοδαπὸν* *), *μηδὲ νόθον.*“ Eustathius ad Homer. Odyss. pag. 1861, 7. iungit *ἰθαγενεῖς, γνήσιοι τῆς χώρας.* quemadmodum Hippodamus Stobaei S. XLI. p. 250, 25. *τὸ γνάσιον καὶ τὸ αὐθιγενές.* *Ἰθαιγενὴς,* de qua forma v. supra pag. 294., habet Codex in Herodot. II. c. 17. extr. Agatharchides in Geogr. Graec. minor. T. I. p. 34. *λοιπὸν εἰπεῖν, ὡς αὐθιγενεῖς εἰσι, — ἀεὶ δὲ ὑπάρχοντες.* Dionysius Halic. Ant. Rom. l. c. 15. *λίμνη — αὐθιγενοῦς πλήρης νάματος ἀποῤῥέοντος ἀεί.* In Herodoto IV. c. 48. extr. nonnihil miror *αὐτιγενέες ποταμοί.* vbi tamen al. *αὐθηγενέες,* al. *αὐθιγενέες.* Vulgatâ formâ tuearis *αὐτι,* reiectum illud

*) Cod. habet *μηαλλοδαπ'*, quod propterea noto, quia supra p. 295. dixi, *μὴ* in Cod. SG. accentu carere, si vox insequens *a consona* incipiat. Bast.

§. CLXII. [1]) *Πρόξενοι δὲ οἱ προστάται τῶν πόλεων καὶ οἱ φροντισταὶ καὶ ξενίαις* [2]) *ὑποδεχομενοι.*

§. CLXIII. [3]) *Σπαργᾷ* [4]), *τὸ ὀρέγεται καὶ ἐπιθυμεῖ.*

---

a Criticis nostris in Homer. (v. Clark. et Heyn. ad Il. IX. v. 427. coll. Heyn. ad Il. v. 435.), sed iam agnitum Etymologo M. c. 169, 26. Schaef.

1) Codd. a. et b. *καὶ ξενίας ὑποδεχόμενοι.* Cod. c. non habet nisi haec: *πρόξενοι, οἱ προστάται τῶν πόλεων.* Cod. August. totum articulum omittit. *ξενίαις* a Gregorio scriptum non puto: tam insolens est in hac similibusque locutionibus vsus pluralis. Diuersum est quod H. Stephanus Thes. T. II. c. 1126. B. ex Isocrate citat, *ἀνανεώσασθαι τὰς παλαιὰς ξενίας.* Schaef.

2) *καὶ ξενίαις*] *καὶ ξενίας* MS. Vatic. cum ante editis; duplicis forte lectionis vestigio, vel *ξενίας ἐπιμελούμενοι,* vel *ξένους ὑποδεχόμενοι·* quarum haec est in Glossar. Herodot. vtraque in Hesychio: tertia, *εἰς ξενίαν ὑποδ.*, in Erotiano. De *προξένοις* multa Cl. Valckenaerius Anim. ad Ammon. L. III. 10. et ad Herodot. pag. 462, 67. longe accuratius disputauit, quam A. van Dale in Diss. IX. ad Marmora Vet. p. 773. 774. Atheniensium *πρόξενον* memorat Herodot. p. 684, 76. 689, 42. Alexandrum Macedonem, Amyntae filium; Lacedaemoniorum, Miltiadem Andocides p. 23, 43. Ciuitatis alicuius *προξενίαν* a parente in filium posterosque aliquando deuolutam fuisse, etiam Calliae exemplo testatum esse potest; qui apud Xenophont. Hist. Graec. L. VI. p. 590. D. *Ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, τὴν μὲν προξενίαν ὑμῶν οὐκ ἐγὼ μόνος, ἀλλὰ καὶ πατρὸς πατὴρ πατρῴαν ἔχων παρεδίδου τῷ γένει.* quo in loco nescio an pronomen *ἐγὼ* expulerit adfinis pronunciationis verbum *ἔχω.* Koen.

3) Codd. a. et b. *σπ. δὲ τὸ ὀρέγ.* Cod. c. articulum sic scriptum habet: *ἀσπερσᾶν* (sic) *τὸ ὀρέγεσθαι.* Cod. August. omittit. Schaef.

4) *Σπαργᾷ*] *Σπερᾶν τὸ ὀρέγεσθαι* Meerm. corrupte pro *σπαργᾶν· σπαργᾷ* habet etiam Erotianus, e cuius Lexico Hippocratico hanc glossam, quaeque in hoc Capite sequuntur plerasque Grammaticus hausit. Pertinet *σπαργᾷ,* Foësio in Oecon. obseruante, ad Hippocrat. E-

§. CLXIV. [5]) *Κορδίνημα* [6]), *τὸ καρηβαρεῖν. γράφεται δὲ καὶ σκορδίνημα.*

---

pid. II. pag. 1053. G. *ἢν τὰ ἄνω χωρία σπαργᾷ.* Docta dedit Clar. Ruhnkenius ad Timaeum p. 167. *Τὰ σπαργῶντα ἤδη τῶν σπερμάτων* dixit Theophyl. Coryd. Rhet. Expos. §. 1. Koen.

5) Codd. a. et b. *κορδίνημα δὲ παρ' αὐτοῖς τὸ καρηβ.* Cod. c. articulum sic scriptum habet: *κορδινῆσαι, τὸ καρηβαριᾷν.* Cod. August. sic: *κορδύναμαι, τὸ καρηβαρῶ.* Bastius: „*Καρηβαριᾷν* verbum est bene graecum, de qua re Koenius videtur dubitasse.“ Legitur in Aristophan. Fragment. ex Incert. Comoed. XVII. Schaef.

6) *Κορδίνημα*] *Κορδίνημαι* et mox *σκορδίνημαι* MS. Voss. cum edd. plerisque: Vatic. *Κορδίνημα δὲ παρ' αὐτοῖς τὸ κ.* *Κορδίνημα* et *σκορδίνημα* e MS. Vatic. et editione Gormont. praetuli ob Erotian. V. *Κορδίνημα. γράφεται καὶ σκορδίνημα. καρηβαρίαν δὲ σημαίνει.* vnde pro *τὸ καρηβαρεῖν* Nostro *καρηβαρίαν* restituendum arbitrarer, fauente praecipue MS. Meerm. in quo, *Κορδινῆσαι, τὸ καρυβαριᾷν·* nisi *καρηβαρεῖν* haberet etiam Erotian. in *Σκορδίνημα. Πταρμὸς, σκορδίνημα,* est in Hippocrate Epid. II. p. 1020. E. pro quo *πταρμὸς, κορδίνημα,* etiam in antiquis Codicibus, exaratum fuisse videtur; qua ratione inter *σκαρδαμύσσειν* et *καρδαμύσσειν* variatum notauit idem Erotianus *): Hesych. *Σκόρδυλα, — ἔνιοι Κορδύλη·* vbi vid. Cl. Alberti: *κουτάλη* pro *σκυτάλη* Doriensibus tribuit Etymol. Paris. MS. Locum dedimus supra p. 388. Contra ea *σκορακίζειν* et *σκυρίττω* exstant apud Suidam. De *σκορδινᾶσθαι* e Grammaticis egit Doctiss. Io. Piersonus ad Moerin p. 342. Quod Hesychio V. *Σκορδινᾶσθαι, τὸ παρὰ φύσιν τὰ μέλη ἐκτείνειν καὶ στρέφεσθαι μετὰ χάσμης. γίνεται δὲ τοῦτο περὶ ἐγειρομένους ἐξ ὕπνου, ὅτε* **) *χασμώδεις ὄντες, ἐκτείνωσι τὰς χεῖρας. ὅπερ καὶ περὶ τοὺς ἄλλους πῶς βασανιζομέ-*

*) Sic dicebant etiam *σκάπετος* et *κάπετος, σκέραφος* et *κέραφος.* Bast.

**) Corrigo *ὅταν,* vt habent Etymolog. M. c. 719, 12. et Zonaras Lex. T. II. c. 1658. Vicissim in Dionys. Hal. Ant. Rom. IV. c. 6. T. II. p. 650, 3. lego *ὅτε ὁ πατὴρ αὐτῶν ἀπέθνησκεν.* Schaef.

§. CLXV. 7) Ἶξις δὲ ἡ εὐθυωρία 8).

§. CLXVI. 9) Ῥοικὸν, τὸ εἴσω νεῦον 10) καὶ στραβὸν, ὃ καὶ ῥοιβὸν λέγεται.

νους — γίνεται. restituit L. Bos Anim. p. 134. ὅπερ καὶ περὶ τοὺς ἄλλως πως β. etiam in Etymol. M. p. 719, 13. praebet MS. Leidensis. Koen.

Τὰ εἰς η λήγοντα διαιρεῖ εἰς εα, τείχη τείχεα, βέλη βέλεα, μέλη μέλεα, καὶ τὰς γενικὰς ὡσαύτως, τειχέων, μελέων, βελέων, σκαφέων.[1]

Ἀεὶ τὸ υ ταῖς λέξεσι προστίθησι, οἷον κ. τ. λ.[2]

Τὸ διττὸν σσ εἰς ξ τρέπει. τὰ γὰρ δισσὰ διξὰ λέγει.[3]

---

94) Conf. Grammat. Meermann. de Dial. Ion. §. XI. Bast.

95) Conf. Io. Grammat. Bast.

96) Dele prius *μὲν* et adde hoc exemplum illis, quae Bastius collegit Epist. Crit. p. 123. s. Schaef.

97) Conf. Io. Grammat. Bast.

98) Conf. Io. Grammat. Bast.

99) Plane vt in Ioanne Grammat. Bast.

1) Conf. Io. Grammat. Bast.

2) Conf. Io. Grammat., a quo Grammaticus noster hoc in articulo plane nihil discrepat. Bast.

3) Conf. Io. Grammat. Bast.

Τῶν λέξεων ἐξαίρει πολλάκις τὸ ῑ· τὸ γὰρ δείξω δέξω λέγει, δίχα τοῦ ῑ, καὶ τὴν ἀπόδειξιν ἀπόδεξιν, ὡς καὶ δειλὸς δελός. 4)

Τῶν μετοχῶν τὰς παθητικὰς εἰς ος ληγούσας (sic) *διαιρεῖ, οἷον λυπούμενος λυπεόμενος, μαχόμενος* (sic) *μαχεόμενος.* 5)

Τῷ ω ἀντὶ τοῦ ᾱ κέχρηται· τὸν γὰρ ἄνθρωπον ὤνθρωπον λέγουσι, καὶ τὸ ἄριστον ὤριστον. 6)

Αἱ παραλήψεις τῶν ἀπαρεμφάτων ἀντὶ τῶν προστακτικῶν Ἰώνων εἰσίν·

> *ἐλθὼν ἐς κλισίην Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο* (sic)
> *πάντα μάλ᾽ ἀτρεκέως ἀγορευέμεν.*

ἀντὶ τοῦ ἀγόρευε. 7)

Αἱ παραλήψεις τῶν ὀνοματικῶν 8) *πτώσεων ἀντὶ γενικῶν Ἰώνων εἰσίν·*

> *οἱ δὲ δύο σκόπελοι — —*

ἀντὶ τοῦ τῶν δύο σκοπέλων. καί·

> *ἄμφω δ᾽ ἑζομένων* (sic) — —

ἀντὶ τοῦ ἀμφοτέρων καθεζομένων. 9)

Τῷ ω ἀντὶ τῆς αυ διφθόγγου χρῆται· τὸ γὰρ θαῦμα θῶμα λέγει, καὶ τὸ καῦμα κῶμα, καὶ τὸ αὔριον ὤριον. 10)

Αἱ τμήσεις Ἰώνων εἰσὶν ἴδιαι, Πέλοπος νῆσον ἀντὶ

---

4) Conf. Io. Grammat. Bast.

5) Conf. Io. Grammat. Bast.

6) Conf. Grammat. Meermann. de Dial. Ion. §. XXI. Bast.

7) Conf. Io. Grammat. Bast.

8) Rectius *ὀνομαστικῶν* Ioannes Grammaticus. Aliud *ὀνομαστικὸς*, aliud *ὀνοματικός*. Illud dicitur de *casu recto*, hoc de *certa classe nominum*. Sic *τὰ ὀνοματικὰ* dixit Gregorius Corinth. p. 591. V. Sylburg. ad Dionys. Halic. de Compos. Verb. c. 2. p. 21. nup. edit. et Fabric. Bibl. Graec. T. I. p. 477. ed. Harles. Schaef.

9) Conf. Io. Grammat. Bast.

10) Conf. Grammat. Meermann. de Dial. Ion. §. XXII. Bast.

τοῦ Πελοπόννησον, ἄγριον ἔλαιον ἀντὶ τοῦ ἀγριέλαιον, αἶγα ἄγριον ἀντὶ τοῦ αἰγάγριον.[11])

Αἱ ἐναλλαγαὶ τοῦ η εἰς α βραχὺ, μεμακυῖαι ἀντὶ τοῦ μεμηκυῖαι, καὶ λελασμένη ἀντὶ τοῦ λελησμένη, καὶ ἄπλαστος ἀντὶ τοῦ ἄπληστος (sic).[12])

Αἱ ἐναλλαγαὶ τοῦ α μακροῦ εἰς η Ἰώνων εἰσὶν, οἷον ἦρα ἀντὶ τοῦ ἆρα.[13])

Αἱ ἐναλλαγαὶ τοῦ βραχέος α εἰς η τῶν νεωτέρων εἰσίν· ἀληθείη ἀντὶ τοῦ ἀλήθεια.[14])

Αἱ καταρχαὶ (sic) ἀφαιρέσεις Ἰώνων εἰσὶν, οἷον τέρεν κατὰ δάκρυον εἶβεν, ἀντὶ τοῦ λεῖβεν.[15])

Ἀεὶ τὴν εἰς ων (sic) συλλαβὴν περιττὴν οὖσαν μεταξὺ τῶν προθέσεων τίθησιν, οἷον ἐξωνεῖλον, ἀπωνέδοντο, ἀντὶ τοῦ ἐξεῖλον, ἀπέδοντο.[16])

Τὰ πρῶτα στοιχεῖα τῶν λέξεων ἀφαιροῦνται, ὡς ἐπὶ τοῦ κεῖνος καὶ ὀρτή. καὶ γὰρ ἐκεῖνος καὶ ἑορτή.[17])

Ἀεὶ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου τῶν ῥημάτων ἀφαίρεσιν ποιοῦσιν, οἷον νόει, ποίει, τίκτεν, ἀντὶ τοῦ ἐνόει, ἐποίει, ἔτικτεν.[18])

Τῷ π ἀντὶ τοῦ φ χρῆται, οἷον ἀπικόμην, ἀπίκετο, ἀντὶ τοῦ ἀφικόμην, ἀφίκετο.[19])

Τὰ σύνθετα ῥήματα διαλύει, καὶ μεταξὺ αὐτῶν λαμ-

---

11) Conf. Io. Grammat. Bast. Ioannes habet αἴγαγρον, quae forma solennis est. Quam Codex noster formam habet, in solis mihi Lexicis occurrit. Vide H. Stephan. Thes. T. I. c. 175. C. et Indic. in Thesaur. c. 298. G. Interprett. ad Hesych. T. I. c. 68. Schaef.

12) Conf. Io. Grammat. Bast.

13) Conf. Io. Grammat. Bast.

14) Conf. Io. Grammat. Bast.

15) Conf. Io. Grammat. Bast.

16) Conf. Io. Grammat. Bast.

17) Conf. Io. Grammat. Bast.

18) Conf. Io. Grammat. Bast.

19) Conf. Io. Grammat. Bast.

βάνει τὸ $\bar{\alpha}$ (sic), *ἀνατέδραμον, καὶ ἀναταπέδοντο* (sic).[20]

Τὰς εἰς $\overline{ου}$ *γενικὰς οἱ Θετταλοὶ ἀπὸ τῶν εἰς* $\overline{ος}$ *διὰ τοῦ* $\overline{οιο}$ *ἐκφέρουσι, καλοῦ καλοῖο, σοφοῦ σοφοῖο, πόλου πολοῖο* (sic).

---

20) Conf. Io. Grammat. Bast.

FRIDER. IAC. BASTII

COMMENTATIO

PALAEOGRAPHICA.

FRIDER. IAC. BASTII

COMMENTATIO

PALAEOGRAPHICA *).

A. DE SINGVLIS LITTERIS.

Alpha. *Alpha* et *Delta* ductu non dissimili scribuntur tam in alphabeto vnciali quam in minusculo. De formis harum litterarum minusculis vide voces *ἀμφὶ, διατί* κ. τ. λ. tab. I. num. 1. ex Cod. Mar-

*) Constituerat vir praestantissimus, quicquid palaeographicarum obseruationum in notis ad Gregorium Corinthium, itemque in Epistola Critica ad Boissonadum eiusque Appendice, dispersum est, accurato plenoque Indice complecti, qui ceteris Indicibus nouae editionis Gregorii accederet. Itaque in notis ad Grammaticum nostrum lectores passim iussit adire *Indicem Palaeographicum*. Sed cum operi manum admouisset: quod in tanta exquisitissimae doctrinae vbertate totque Imperia-

ciano Homeri A. et Montefalcon. Palaeogr. Gr. pag. 347. Hae litterae facile commutantur, nisi sensus verborum seriesque orationis manifesto docet, vtra intelligenda sit. Exempla huius commutationis satis frequenter reperias in citationibus librorum, quando litterae istae pro notis numerorum vsurpantur, v. *Epist. Crit.* p. 75. 226. *Gregor.* p. 155. (conf. Pierson. ad Moer. p. 245.); in nominibus propriis, v. infra *Ypsilon* de voce *Δρυάδης*, pro qua Ἀρυάδης legerunt; item in vocibus ἀεὶ et δεῖ, v. *Append.* p. 50. sq. Conf. Schaefer. ad Dionys. Halic. pag. 258. et ad L. Bos. p. 244. vbi aliquot adiectiua in ιδιος, quae, ex hoc nata fonte, in Graecitatem fraudulenter irrepserunt, Graeca esse iure negat, substituitque genuinam formam ιαιος. Ex horum numero sunt etiam ναματίδιος Codicis Vindob. B. in Alciphr. III, 13., pro quo Wagnerus bene dedit ναματιαῖος, et φρεατίδιος. Conf. Schneider. Lex. v. φρεατιαῖος. — Vide etiam infra *Epsilon*, vbi monui, Villoisonum in Scholiis Homericis ἄρ pro δὲ legisse: item compendium litterae *Ny*, vbi docui, quomodo *ΑΝ* pro *ΔΑ* legi potuerit.

Etiam *Alpha* et *Lambda*, tam in alphabeto vnciali quam in minusculo, simili scribuntur ductu, ideoque commutantur. In Diodoro quidem Siculo librarii legerunt Ἀητοῦν, Ἀντοῦν pro Λητοῦν, v. *Gregor.* p. 428. *Ibid.* p. 663. agitur de commutatione verborum ἄλλος et λάλος. Vocum, quibus οἱ Τεχνικοὶ vtuntur, παθητικὸς et πληθυντικὸς compendia interdum solo ᾱ et λ̄ dignoscuntur. Vide infra v. παθητικός.

Alpha in scriptura Codicis Palat. 398., Paris. 1807., Vindob. 54. (conf. *Krit. Vers. üb. d. Platon. Gastm.*

---

lis Bibliothecae thesauris nemo mirabitur, materia adeo excreuit, vt currente rota non Index, sed liber exiret plenus rerum optimarum, pergratum Philologis futurum δῶρον ἐκ Μοισᾶν. Hunc, titulo inscriptum *Commentationis Palaeographicae,* hoc loco ponere placuit. SCHAEF.

p. XV.) aliorumque Codicum interdum lineolâ instructum est productiore, quae litteram ι referat: vt non simplex α, sed αι (*Alpha Iota*) videre tibi videaris. Sic, vt hoc vtar, Xylander in Antigono Carystio ποιουν τ αι pro ποιουν τ α legit. v. *Epist.* pag. 87. Inspice hoc ipsum ποιουντα, itemque ὅσα (non ὅσαι) tab. I. num. 2. Ceterum hoc Alpha plerumque in fine vocum conspicitur. v. *Gregor.* p. 190. sq. 223. Villoisonus eiusdem passim mentionem fecit, e. c. in obseruationibus ineditis ad Pindari Olymp. 2, 157. (conf. Koen. ad Gregor. p. 218. sq.), vbi haec legas: „Le trait prolongé et relevé de l' *alpha final* res- „semble infiniment à l' iota, et a induit en erreur „beaucoup d'éditeurs, qui n'ont pas su le distinguer." Sed reperitur etiam in mediis vocibus, e. c. in tertia voce, quae significat πᾶς, non παῖς. Falsum illud ἔναιτος, ἐναίτη in Lexico περὶ πνευματων, pro ἔνατος, ἐνατη, a tali Alpha, vt probabile est, originem traxit. v. *Gregor.* p. 191. E contrario α passim reperitur pro αι. Sic e. c. τοιαῦτ α pro τοιαῦτ αι. v. *Gregor* p. 105. Pari modo suspicor περιάγων in περὶ αἰγῶν mutandum esse. v. *Addenda ad Gregor.* p. 191. Librarius Codicis Palat. 398., vnde omnia exempla tab. I. num. 2. sumta sunt, vbi παῖς scribendum esset, aut Iota longum, subter lineam demissum, (v. παῖδα), scripsit, aut α ita posuit, vt ι non contingeret. In voce Θρᾴκης iuxta tale Alpha conspicitur Iota adscriptum.

Aliis in Codicibus *Alpha* interdum litterae proxime sequenti per semicircellum litterae υ non dissimilem (v. infra *Ypsilon*) continuatur: vnde factum, vt α et αυ commutarentur (tab. I. num. 3. ex Cod. Paris. 1524.). Hoc facilius etiam accidit, vbi, vt in κατατους, διατὸν, praepositiones, omisso earum accentu, vocibus sequentibus adhaererent: qui scribendi mos, satis ille frequens, errores non paucos peperit. Exemplis *Append.* p. 20. excitatis (αυλέα pro ἀλέα, αὐτοῦ pro ἅτ' οὗ) accedat hoc Libanii Vol.

IV. p. 859, 26. *καὶ πολλὰ ἂν εἴη λέγειν αὐ τ ο ῖ ς ἀποροῦσι φίλων συνέζευκται χαλεπά*. Pro *λέγειν αὐτοῖς* Reiskius scribendum esse suspicatur *λέγειν, ἃ τ ο ῖ ς*. Hoc ipsum dant Codices Paris. 2918. et 3014. *Πελοποννα υσιστὶ* in *Gregor.* p. 332. natum ex eodem errore, cum legi debuisset *Πελοποννασιστί*. Corruptionem vocis *'Ατθὶς* in *αὐτοῖς* Schaeferus ad Gregor. p. 383. rectissime explicat.

Alpha sic pictum, vt vltimum in *ἔσχατα* et in *δῆλα* (tab. I. num. 4. ex Cod. 1524.), parum differt, maxime in tachygraphorum scriptura, a diphthongo *ει* in vocibus *ἐκείνης* et *λαθεῖν*. Compara etiam posterius Alpha in *πρᾶγμα* tab. III. num. 5. cum *ει* in *λέγει* tab. III. num. 6. Propterea *α* et *ει* inprimis his in vocibus commutata videmus, quas scribae non haberent quotidiano vsu cognitas: e. c. in *εἰλινδεῖσθαι* pro *ἀλινδεῖσθαι*. v. *Epist.* p. 210. sq. Eodem referendum *ἀνειλοῦται*, vox nihili, in Libanio Vol. IV. p. 990, 27. sqq. *ἡ δέ γε ἄμπελος* (Cod. 29 8. addit *πολλάκις*) *καλεῖ πρὸς ἑαυτὴν τους θεραπεύσοντας, καὶ πολὺς οὕτως ἐπὶ κακῷ τῶν ἀνθρώπων καματος ἀνειλοῦται*. Reiskius coniicit *ἀνηλωται* aut *ἀντλεῖται*. Codex 2918. rectius dat *ἀναλοῦται*, formam verbi minus frequentem pro *ἀναλισκεται**). Alia exempla commutationis litterae *α* diphthongique *ει* habent notae ad *Gregor.* in vocibus *ἄθαρ* et *εἴθαρ* p. 342., in *θωρεῖσθαι* et *θωρᾶσθαι* p. 357., denique in *εἶτε* et *ἄτη* p. 623.

De notissima commutatione litterae *α* et diphthongi *ευ* iam Montefalcon. Palaeogr. Gr. p. 343. egit. Exemplum eius dat scribarum fluctuatio inter *ἐξέλασις* et *ἐξέλευσις*. v. *Gregor.* pag. 353. Voces *βασιλεύων* et *εὕρηνται* (tab. I. num. 5.), eam tenentes

---

*) Aristophanes *Δαιταλ.* Fragm. XVII. *Εἰς τὰς τριήρεις δεῖ μ' ἀναλοῦν ταῦτα*. Alciphron I. ep. 6. *ἀναλοῖ Χαρύβδεως δίκην*. V. Valckenar. ad Euripid. Phoen. v. 591. et Fischer. ad Weller. III. 1. p. 32. SCHAEF.

formam diphthongi $\overline{ευ}$, quae ad litteram $\overline{α}$ proxime accedit, sumtae sunt e Codice Paris. 24 3., eodem illo, quem Montefalconius p. 344. citauit, quique nunc 133 numeratur. Tertium exemplum (ex Cod. Marciano Homer. A.) est *φλοξευτικα* a Villoisono perperam lectum pro *φλοξά τινα*. v. *Gregor.* p. 8.

Vide etiam *Beta; Epsilon* ob commutationem syllabae $\overline{συ}$ litteraeque $\overline{α}$; *Omega;* denique ob similitudinem cum $\overline{ευ}$, $\overline{ιυ}$, $\overline{οι}$ et $\overline{ος}$ infra has syllabas.

Beta. Inter varias huius litterae formas plurimarum fons confusionum fuit ea, quam ostendit tab. I. num. 6. Quippe Beta sic formatum librarii confuderunt

1. cum *Alpha*, et quidem ita scripto, vti hanc litteram *οἱ τυποπλασται* etiamnunc in vsum typographorum effingunt. Nam si Alpha, id quod facile fit in scriptura tachygraphi, sic scribitur, vt ductus calami superne interruptus fiet, forma eius ad Beta accedit: sin litterae Beta anterior vertex inclinat versus posteriorem, Alpha videre tibi videaris. Itaque non mirum, scribas legisse *βουφοραίων* pro *βουφορβίων*, *αρβιοῦσθαι* pro *άραιοῦσθαι*, item $\overline{β}$ pro $\overline{α}$, quando hae litterae ponuntur pro notis numerorum. v. *Gregor.* p. 349. In Etymol. Paris. 2630. v. *μοριαν* ad finem articuli haec leguntur: *διὰ τὸν παλιῤῥοθιου μυ* (sic: leg. *διὰ τὸν ἐπὶ Ἁλιῤῥοθίου μῦθον:* conf. infra compendium *τοῦ Ε ψιλοῦ*) *ὃν ἑαυτὸς* (male pro *ὁ Ἄρης*) *ἀνεῖλε πελέκει, ἐασάμενον* (sic) *αὐτοῦ τὴν θυγατ ἀλκίπτην* (leg. *θυγατέρα Ἀλκίππην*). *Ἐασαμενον* natum e vitiosa pronuntiatione vocis *αἰασαμενον* (v. *Gregor.* p. 363.), quam aliud habet Etymologicum: haec posterior autem orta inde, quod librarius perperam legisset *βιασάμενον*, quae vera scriptura ex edito Etymologico pag. 590, 47. restituenda est. Ita syllaba $\overline{βι}$ in litteram $\overline{ε}$ bis corrumpendo mutata est, quae corruptio, etsi

prona et facilis, primo tamen adspectu permira videatur.

2. cum *Kappa* sic scripto, vti in voce *Θράκης* tab. I. num. 2. In Timaei Lexico Platon. legitur *ἔκκλητα* pro *ἔκβλητα*. v. *Append.* p. 23. sq. Primi scriptorum Graecorum editores, non semper satis instructi palaeographicarum rerum cognitione, tali modo haud raro lapsi sunt. Sic Lucas Holstenius *ἄκρον* pro *ἀβρὸν* (ibid. num. 6.) legit. In Apollonio Dyscolo *ἐκδόμῳ* pro *ἑβδόμῳ* editum. v. *Epist.* pag. 92. sq. Conf. Schaefer. ad Dionys. Halic. p. 309.

3. cum *My*, eoque antecedenti litterae sic adhaerente, vt primus ipsius ductus infra lineam non porrigatur. Exempla huius My dant voces *ἀβραμιαῖος, γαμέσσεται, βωμοὺς* ex Cod. SGerm. 345. Sic legerunt *Στρομμος* pro *Στρόμβος*, v. *Epist.* p. 57. et *Gregor.* p. 291., *μονωνίας* pro *Βονωνίας*, v. *Epist.* p. 69., *μῶμος* pro *βωμὸς*, v. *Gregor.* p. 240. Datiuus *Ἰόβᾳ* (v. *Epist.* p. 230.) in scriptura seculi decimi parum differt a verbo *ἵεμαι*. Itaque scriba, cum $\bar{\beta}$ pro $\bar{\mu}$ et ᾳ (αι) pro $\overline{αι}$ habuisset, insuper, vt vocem extunderet Graecam, $\bar{o}$ in $\bar{\varepsilon}$ mutauit. V. etiam *Epist.* p. 278. sq. et Bergler. ad Alciphron. III, 27. vbi e Cod. Vatic. *Γέβελλος* pro *Γέμελλος* excitatur.

4. cum *Ω μεγάλῳ*, et quidem tum, cum Beta sequenti litterae non iungitur, ipsiusque secundus ductus vncinulum habet sursum porrectum. Vide Omega in *βωμοὺς* (tab. I. num. 6.) et Beta in *ἀνέβη* (tab. I. num. 7.). Errores in *ἀμοιωης* et in *ἐν τοῖς* $\bar{\omega}$ $\overline{\tau\tau}$ (tab. I. num. 7.) inde orti, quod in libro, vnde transcriptus est Cod. SGerm. 345., Beta esset, quod librario videretur Omega: error in *διὰ τοῦ* $\bar{\beta}$ (tab. I. num. 8.) hinc, quod scriba poneret Beta, cum Omega deberet. v. *Append.* p. 15. Eunapius p. 25. Boisson. *ὁ Κωνστάντιος . . . . κληρωθεὶς ὅσα γε ἐκληρώθη, ταῦτα δὲ ἦν τὰ ἐξ Ἰλλυρίων εἰς τὴν ἑῴαν καθήκοντα, κ. τ. λ.* Nouissimus editor p. 218.: „Editi „*εἰς τὴν νεβίαν*. *Iunii* coniectura *Νέσιβιν* placuit „*Spanhemio* ad Iulian. p. 161. Sed codices *ἑῴαν*

„dederunt, excepto Veneto, in quo ἔβιαν." Iuuat aduertere, quo pacto sensu cassae voces ἔβιαν et νεβίαν (vbi Ny initiale ex articulo antecedente τὴν perperam repetitum) e genuina voce vitiose lecta originem traxerint. Scilicet si ad vocem ἑώιαν scribendum tale vsurpes Omega, quale vox βωμοὺς (tab. I. num. 6.) ostendit, simulque Iota, quod subscriptum dicimus, ex more constanti Codicum vetustorum ad latus ponas in ipsa linea: vix quidquam intercedit discriminis inter ωι (ῳ) et ιι (βι), librariusque socors ἑῴαν facillime corrumpat in ἔβιαν.

Tale *Beta*, arcte adhaerens τῷ Υ ψιλῷ, siue syllaba υυ (βυ), in Codd. MSS. vix ac ne vix quidem differt a syllaba υν, eaque continuo ductu scripta (vid. e. c. tab. VII. num. 11. voces σύνθεσις, συνήθεια), cuiusmodi forma etiamnunc inter typos ligatos librorum impressorum reperitur (conf. vocem statim citandam Συντέως in Villoisoni Eudocia p. 247.). Itaque facile intelligas, cur Cornarius in Parthenio pro πρεσβύτης legerit πρεσύντης, quod deinde μετεμόρφωσεν in nomen proprium viri *Praesyntes*. v. *Epist.* p. 222. — Pariter commutatae sunt syllabae κυ et υν. In Codice Eudociae (Villois. p. 247.) recte legitur Ἰφικράτης, σκυτέως πατρός. Conf. Suidas, quem Eudocia exscripsit. Sed Villoisonus legit συντέως. Quae vox cum sensu careret, hanc ille viam iniit, vt faceret nomen proprium viri, aequalis ac ciuis Praesyntae Cornariani.

Beta sic scriptum, 6, quando duo illi ductus circulares, quod facile accidit in scriptura tachygraphorum, se mutuo contingunt, simile fit litterae θ (v. λαϐεῖν et λαθεῖν tab. I. num. 8. ex Cod. Paris. 133.). Haec causa fuit, cur 6 et θ confunderentur. E. c. legerunt ϐίου pro θείου, ἀπειϐοῦντα pro ἀπειθοῦντα. v. *Append.* p. 51. In Hesychio recte editum Ἄϐρα, δούλη, παλλακή. Sed Cod. Ven. auctore Schowio pag. 4. dat Ἀθραδούλη, παλλακή.

Schol. Platon. pag. 107. ed. Ruhnk. ὁ Πλάτων ἐνταυθα κατακέχρηται τῷ ἀττικῷ σχηματισμῷ Cod. Par 1809. σχήματι, v infra v. Κόλασις) κατακόρως, τῷ καλουμένῳ ἀμερίστῳ. Plerique Parisinorum Codicum pro ἐνταυθα (ἐνταῦθ) dant ἐν τῷ ϐ, quae falsa scriptura inde originem traxit, quod scribae αυ pro ῳι (cuius confusionis alibi etiam exempla occurrunt), θ pro ϐ, notamque tachygraphicam litterae Alpha super θ pro lineola numerorum indice haberent.

De alia forma litterae *Beta*, quae ad *Zeta* accedit, v. infra v. *Ζήτει.*

Gamma. Gamma et *Tau* in alphabeto tam vnciali quam minusculo (tab. I. num. 9.) simili modo scribuntur, ideoque commutantur in vocibus *Γαργαρος* et *Ταρταρος*, v. *Epist.* p. 47., in τῆς et γῆς, v. *ibid.* p. 77., in τε et γε, v. *Gregor.* p. 88., in μέγα et μετὰ, v *ibid.* pag. 246., in *Γυννιχος* et *Τυννιχος*, v. *ibid.* p. 292.

Item *Γ* et *Π*, quae formae etiam in minuscula scriptura quorundam Codicum reperiuntur, similia sunt, quando minutulus ductus, qui additur superiori parti litterae Gamma, iusto magis deorsum vergit, aut secunda litterae Pi columella lineam horizontalem, cui voces insistere debent, non plane contingit. Sic legerunt λυγρὸς pro λυπρός. v. Ruhnken. ad Tim. p. 68. Koenius ad Gregor. pag. 185., partim hac litterarum illarum similitudine motus, in Hesychio ἀγάννα in ἀπάνα mutat. Porro hinc orta commutatio haud infrequens vocum γράμμα et πραγμα. V. infra v. *Γραφεται*, vbi simul de compendiis vocum πρὸς et γραφεται ob solam illam litterarum Gamma et Pi similitudinem facile commutabilibus agitur.

Qua nunc vtimur forma litterae Gamma, γ, in libris manu scriptis passim similis est litterae Ny, litterae Rho, itemque syllabae ϱι. V. infra *Ny* et *Rho.*

Delta. V. supra *Alpha.*

Delta in alphabeto et vnciali et minusculo (tab. I. num. 1.) simile est litterae *Λ* s *λ*, cum eaque confunditur in *Φίλων* pro *Φείδων*, v. *Epist.* p. 246., in *ἥλιον* pro *ἥδιον*, v. *Gregor.* pag. 474. Villoisonus in Scholiis Homericis legit *εἶλε* pro *εἶδε* (*ἴδε*), v. *Gregor.* pag. 121., *δεκτέον* pro *λεκτέον*, v. *ibid.* pag. 341. Iisdem in Scholiis corruptum *διδοῦν* sic corrigo, vt scribam *δηλοῦν*. v. *ibid.* p. 334.

Delta in compendio *κατα* (ex Cod. SGerm. 345.) significante *κατάδικοι* vel *καταδικασθέντες*, cuius in *Append.* p. 18. facta mentio, non licuit illic formis typographorum fideliter repraesentari. Certiorem eius iconem habet tab. I. num. 9. V. etiam infra v. *καταδικασθέντες*. Idem monendum de littera Delta in v. *δίφθογγον Gregor.* p. 34. V. infra h. v. et tab. VI. num. 4. Delta sic effictum ductu productiore, quando duo puncta sibi imposita habet, valet *δι*. Itaque passim legerunt *δι* etiam punctis illis deficientibus, vbi solum *δ* legendum esset. Sic in Cod. SGerm. Timaei est *μυδιᾶν* pro *μυδᾶν*: sic Villoisonus legit *ἀναδιέστη* pro *ἀνὰ δ᾽ ἔστη*, et *καὶ δι᾽ αὐτοῦ ἡ* pro *καὶ δ᾽ αὐτ᾽ ἡ* (tab. I. num. 9. ex Cod. Marc.) aut rectius *καὶ δ᾽ αὐθ᾽ ἡ*. v. *Gregor.* p. 54. E contrario in Etymolog. M. legitur: *καὶ οἱ παλαιοὶ δ᾽ ἀρνῶν τὰς θυσίας ἐποίουν*, pro quo lego *δι᾽ ἀρνῶν*. v. *ibid.* Hoc ipsum *δι᾽* manifesto habet Etymolog. Paris. 2630. Scriba Sorbonicus primum dederat *δὴ ἀρνῶν*, deinde correxit, non *δι᾽ ἀρνῶν*, sed *ἐξ ἀρνῶν*, propterea, opinor, quod sic pro *δὴ ἀ.* in archetypo libro legere sibi videretur. Scilicet in quorundam Codicum scriptura, si spiritum accentumque non attendas, facile confundas *δὴ* et *ἐξ*. Vide tab. VII. num. 14. Adde quod *δη* (perinde ac *δαι*) facile haberi potest pro *δρ*, (v. infra syllabam *αι* et tab. III. num. 15.) *δρ* autem et *εξ* confusa esse, libri passim docent. In Cod. Vatic. Luciani 87. (Demon. cap. 50. Vol. II. p. 392.) pro *δρω-*

πακισθῆναι reperi ἔξω πακισθῆναι (diuisis vocibus), quod monstrum librarii genuinam vocem perperam legentis negligentiae debetur. Hesychius Miles. de Vir. Clar. p. dat ὑπ' ἀνδρικακίας, vbi Diogenes Laërtius habet ὑπ' ἀνεξικακίας. Vide ad illum H. Stephan. p. 98. ed. Meurs., qui tueri vult ἀνδρικακιας.

Epsilon. Quam formam huius litterae in vnciali alphabeto nunc vsurpamus eius vel in iis Codicibus, quos in hac Commentatione dico vetustissimos, h. e. in libris noni seculi *), nullum vestigium reperitur. Epsilon enim vbique est formâ rotundâ, id quod tab. II. plura docent exempla Codicum Palat. 398. et Platon. 1807., differtque a Sigma**) (c) lineolâ medium locum occupante. Haec

---

*) Excerpam locum e litteris, quas Bastius d. 18. m. Maii a. 1810. mihi scripsit: „*Vetustissimos* Codices dico „libros seculi noni: *vetustos*, decimi, vndecimi, duode„cimi: *recentiorum temporum*, decimi tertii quartique: „*nouellos*, decimi quinti sextique." SCHAEF.

**) Sic, non *Sigmate*, qui foret casus obliquus substantiui declinabilis, quo Lexica adhuc carent, quodque, etsi nusquam mihi lectum, tamen analogia facile tueatur, σίγμα, σίγματος, i. q. σιγμὸς, *sibilus*. Iis quae de indeclinabili σίγμα dixi Meletem. Crit. I. p. 96., nunc pauca haec accedant. Dio Cass. p. 1141, 19. Reim. τῶν σίγμα ἐς τὸ ταῦ μεταπεσόντων. Scholiastes Lipsiensis ad Homer. Il. κ'. v. 572. in Corinnae Fragmentis p. 57. Wolf. διὰ δύο σίγματα. Ipse accusatiuus docet, haec vitiosa esse: nam saltem διὰ δύο σιγμάτων scribendum erat. Bergleri fuerit, an, quod verisimilius videtur, Wolfii error, non quaero: hoc nemo dubitabit, ipsum Scholiastam scripsisse διὰ δύο σίγμα. Conf. Eustath. ad l. c. p. 751, 14. Bas. Eodem modo Eustathius ad Il. p. 465, 27. Bas. διὰ τῶν δύο γάμμα. Omninoque Apollonius de Syntaxi p. 34, 4. μονόπτωτά ἐστι τὰ στοιχεῖα. et v. 28. ἄκλιτα τὰ στοιχεῖα. Tamen, ne quid dissimulem, Leo Imper. Tactic. col. 892. §. 184. Lam. dixit (βαρβαριστὶ, opinor,) τοῦ σίγματος. Vnde natum adiectiuum σιγμα-

lineola, tenuissimo calami ductu pingi solita, cum oculos legentium passim effugerit: quis miretur, Epsilon et Sigma in vnciali alphabeto facile confundi? Sed eadem confusio in minuscula scriptura Codicis Palat. 398. aliorumque locum habere potest, vbi Epsilon a Sigma saepius tantum vncinulo super lineam exstante differt. Hinc repetenda, vt hac vtar, commutatio syllabarum ευ et συ in nominibus compositis, v. *Gregor* p. 295., verborum ἴεται et ἴσται, v. *Epist.* p. 238., nominum propriorum Ὀρειλοχία et Ὀρσιλοχία, v. *Epist.* p. 169. (Sic in Plutarcho legebatur ὀρειγύναιξ pro ὀρσιγύναιξ. V. Schneideri Lexicon Graecum.) In Apollonii Lex. Homer. p. 374. πολυσκάρθμοιο sic explicatur: τῆς πολὺ ἐκαρίστου (sic) ἢ πολυκινήτου. Villoisono pro ἐκαρίστου legi placet εὐσκαρίστου: sed quid illo πολὺ faciendum sit, plane tacet. Πολυε καρίστου (sic Cod. SGerm. habet) manifesto debetur librario perperam legenti genuinam vocem πολυσκαρίστου, idem significantem quod πολυπήδητος, qua voce vtitur Hesychius s. πολυσκάρθμοιο. Ceterum adiectiuum πολυσκάριστος, perinde vt εὐσκάριστος, quod habet Etymolog M. p. 398, 23., sine cunctatione in Lexica infer.

Si lineola, quae *Epsilon* a Sigma (c) distinguit, non in ipso medio posita est, sed inde sursum versus deflectit: tale Epsilon facile potest pro *Rho* haberi. Sic Villoisonus in Scholiis ad Il. *E*, 53. perperam dedit ἀδιανόητον ἄρ (sic) γίνεται τὸ λεγόμενον. Pro ἄρ cum Cod. Marc. (tab. VII. num. 14.) δὲ legendum est. Scilicet Villoisonus falso ε pro ρ, δ pro α habuit. Contrario errore scriba SGerm. in Phrynicho ἀνδρεράστεια pro ἀνδρεράστρια scripsit. v. *Gregor.* p. 260.

τοειδής, quo vtitur Onosander p. 81. Schweb. Ἑλληνικωτέρως Hero Alexandr. in Schneideri Eclog. Phys. pag. 227. ταῦτα δὲ ἔσται γαμμοειδῆ. quod adiectiuum Lexicis adde. SCHAEF.

In *E ψιλῷ* minusculae scripturae Codicis Palat. 398. (vide e. c. tab. I. num. 14. voc. *ἑλληνικά*) aliorumque ductus saepe sic habent, vt, si lineola copulans *super linea* adiungatur, haec littera transeat in *Theta* (*θ*). Propterea fit, vt etiam $\bar{\theta}$ et $\bar{\varepsilon}$ confundantur. In loco infra (s. *compend. integrarum vocum* ab init.) citando Etymologici M. pag. 160, 26. scriba Codicis Sorbonici male dedit *προςυπακουόμεθα* pro *προςυπακουομένου*. Videlicet duae postremae syllabae in libro, quem transcribebat, hoc compendio scriptae erant: $\overset{\theta}{\mu}$ (conf. infra v. *καλούμενος*), pro quo, cum minus attenderet, videre sibi visus est $\overset{\theta}{\mu}$, i. e. *μεθα*. A sola hac similitudine litterarum $\bar{\varepsilon}$ et $\bar{\vartheta}$ repetendam commutationem syllabarum finalium $\overline{\mu\varepsilon\nu o\varsigma}$, $\bar{\eta}$, $\overline{o\nu}$ et *μεθα* in Lexicis Etymolog Paris. saepissime reperi. Correctio Koenii *κεκλήσεαι* pro *κεκλῆσθαι* (*Gregor.* p. 411.) probabilior etiam ideo fit, quod ratione palaeographica egregie defendi potest.

In Cod SGerm. 345. Epsilon passim sic scriptum est, vt tab. I. num. 10. in vocibus *ἐέλδωρ* et *ἔῆος*. Quod si medius ductus, vt in v. *ἔῆος*, non recta porrigitur, sed nonnihil incuruatur: persimilis fit *τῷ Y ψιλῷ* (v. infra *Ypsilon*), litteraque $\bar{\varepsilon}$ facile habetur pro syllaba $\overline{\sigma\upsilon}$. Hinc solennis confusio praepositionum $\overline{\varepsilon\nu}$ et $\overline{\sigma\upsilon\nu}$ in vocibus compositis, siue $\bar{\nu}$ maneat, seu mutetur in $\bar{\gamma}$ aut $\bar{\mu}$. v. *Gregor.* pag. 21. sq. et 494. not. (**). In notis ad Longinum Weiskii pag. 641. dixi, Villoisonum in Apollonio pag 796. perperam dedisse *ἐμφώνισται* pro *συμφώνισται*, et p. 42. *ἐπιαμπεπτωκότα* pro *ἐπισυμπεπτωκότα*. Vid. tab. I. num. 10., vbi duas has voces, prout in Cod. SGerm. scriptae sunt, repraesentari iussi: nam in Longino Weiskiano typothetа syllabas $\overline{\sigma\upsilon\mu}$ ambarum parum fideliter reddidit. Posterius $\overline{\sigma\upsilon\mu}$ discrepat a priore: vnde orta

eius confusio cum $\overline{\alpha\mu}$, non cum $\overline{\varepsilon\mu}$. In nota ad Longin. l. c. contrarium male dicitur. Igitur rogo lectorem, vt leuem hunc errorem beneuole corrigat. Facile autem apparet, si lineola exigua in medio accedat, e syllaba $\overline{\sigma\upsilon}$ fieri litteram α.

De similitudine passim obuia τοῦ *E* ψιλοῦ cum syllabis $\overline{\alpha\nu}$, $\overline{\alpha\varsigma}$ et $\overline{\varepsilon\nu}$ v. infra has syllabas.

Zeta. *Zeta* et *Xi* cum scribantur similibus adeoque simillimis ductibus, non mirum est, toties inter se commutari. Vide voces ἕξειν et ζῴων e Cod. Palat. 398., item ξανθή, ξενίζειν κ. τ. λ. e Cod. SGerm. 345. tab. I. num. 11. *Epist.* p. 13. 95. 237. *Append.* p. 61. sq. *Gregor.* p. 271. 272. et infra s. compend. τοῦ *Ω* μεγάλου. Adde Schaefer. ad Dionys. Halicarn. p. 209.

De aliis formis litterae *Zeta* vide infra v. ζήτει.

Eta. Qua nos forma huius litterae tantum in vnciali alphabeto vtimur, ea in Codicibus temporum et vetustiorum et recentiorum etiam in minuscula scriptura reperitur. Hoc Eta (*H*) minus accurate legentes saepe habuerunt pro *N*, quae forma litterae Ny item in minuscula Codicum scriptura satis frequens est. Haec causa confusionis harum litterarum, inprimis ibi, vbi calamus scribae obtusior minutos earum ductus tam parum distincte fecisset, vt, rectus esset medius ductus an obliquus, non appareret, sed iudicium penderet a solo sensu verborum. Sic legerunt Ἀν τοῦν pro *Α* η τουν, v. *Gregor.* p. 428., σκοπεῖν pro σκόπει ἤ, τὸ η pro τὸν, v. *ibid.* p. 429. — Etiam *Π* et *H* interdum solo verborum sensu dignosci possunt, quoniam calamus velociter scribentis parum curat, quem locum medius ductus, summum, vt decet, an paullo inferiorem, occupet. Apollonius Lex. Homer. p. 790. τὸ γὰρ $\overline{\psi}$ μεταπίπτει κατὰ τὰς πτώσεις ἤτοι εἰς $\overline{\beta}$, ἢ *H*, ἢ φ. Ita Villoisonus edidit, haec notans: „Lego *Π* pro *H*.“ Hoc ipsum *Π* Codex habet,

vt nemini non ductus eius callenti manifestum fit. Infra s. compend. litterae Ny exemplum commemorabo, vbi *N* pro *Π* positum est.

Interdum posterior ductus figurae *H* non rectâ pingitur ac *παραλλήλως* priori, sed sic, vt tab. I. num. 3. in vocibus *δῆλα* et *ἐκείνης*. Id vbi factum esset, saepe ιc (*ις*) pro *H* legerunt. Ideo confusa sunt nomina in *ημα* et *ισμα*, e. c. *ζωγράφισμα* scriptum pro *ζωγράφημα*, v. *Gregor.* p. 429., *σχῆμα* pro *σχίσμα*, v. *ibid.* p. 538., *διαχώρημα* pro *διαχώρισμα*, v. *ibid.* p. 543. Porro confusae syllabae finales *ημενος* et *ισμενος*, *ηθεις* et *ισθεις*, *ητος* et *ιστος*, *κ. τ. λ.* v. *Gregor.* p. 429. Scholia Platon. p. 215. *τοιαύτη πή ἐστιν ἡ ὑπόθεσις.* Qui Codicem contulit, in vocula *πή* solum accentum bene, cetera omnia male dedit. Etenim Codex 1807., vnde locus sumtus est, pro *π* habet *τ*, et pro *H*, ιc: vt corrigendum sit *τὶς ἐστιν*. Melius ille legit p. 222. v. 18. *τοιαύτη τις ἦν.*

Eta minusculi alphabeti, cui duo sunt puncta superscripta, in quibusdam Codicibus, e. c. in Cod. Paris. 1741., indicio est, pro *η* legi oportere *ι*. v. *Epist.* p. 53. Conf. v. *οἰδιπους* tab. V. num. 3. In Codice Apollonii Dyscoli *ἤν δ' αυτω* cum Ruhnkenio legendum est *ἶν δ' αὐτῷ*. v. *Gregor.* p. 84.

Eta in scriptura Codicis Palat. 398., omninoque Codicum seculi noni, decimi, vndecimi, etsi differt a littera *Kappa*, id quod lector attente inspiciens exempla tab. I. num. 12. facile intelligat: tamen non exigua inter has litteras intercedit similitudo. Ideo *κᾆν* pro *ἢ ἂν* legerunt. v. *Epist.* p. 207. Conf. *Gregor.* p. 112. quique ibi citantur. Sic in Apollonio Dyscolo *κτητέον* legerunt pro *ἡγητέον*. v. *Gregor.* p. 194. *Πλαδδιῆν* in Aristophane male legendo corruperunt in *πλαδδικῶ* (de confusis *ν* et *ω* v. infra). v. *Gregor.* pag. 229. Valckenarius in notis Koenii p. 27. *κρίμα* in *ἠρέμα* mutat. Haec coniectura mihi quidem non improbabilis videtur. Nam

η semel habito pro κ, vt graeca vox extunderetur, ε in ι mutatum est. Schneiderus Lex. Gr. v. Ὁρκιοτόμος: „Bey Pollux I, 38. hat die Vossische Hd-„schrift für ὁρκοτόμος geschrieben ὁρκι κ τόμος, an-„dere ὁρκι χ τόμος oder ὁρκι λ τόμος. Ich meyne, dass „von ὅρκια τέμνειν die rechte Le-art ὁρκι ο τόμος seyn „mö-ge.“ Verum hoc: sed ipsum illud ὁρκι κ τόμος ad manum Grammatici rectà ducit. Sic enim perperam legerunt, quod legendum erat ὁρκι η τόμος: quam nominis formam non aduersari analogiae, satis arguit ὁρκι η φόρος a me citatum *Epist.* p. 16. Hesychius: Κακόρας, κατακόνας, παρὰ Εὔηλῳ. Imo παρὰ Εὔκλῳ. Hic *Euclus* citatur etiam a Scholiasta Platonis p. 135. Conf. Suidas Vol. I. p. 2. Amicissimus Chardon de la Rochette *Notice des Scholies grecques sur Platon* p. 36.: „*Euclès* pag. „135. Le scholiaste cite ses poèmes, et lui donne „l'épithète de χρησμολόγος, dont on ne peut dé-„terminer le sens, parceque nous n'avons aucun „renseignement sur cet auteur, inconnu à Vossius „et Fabricius.“ V. quae dixerunt Interpretes Hesychii ad articulum: Ἐμπυριβήτης, οὕτως Εὔκλος (add. ὁ) χρησμολόγος ἐκαλεῖτο. Ceterum quod vir doctissimus scripsit *Eucles*, videtur assentiri Is. Vossio, cuius ad Hesych. v. Σκυδάσκια hanc notam legas: „Εὐκλῆς, graecum nomen, non item alterum „Εὔκλος.“ Sed haec altera forma, Εὔκλος, mihi videtur sanissima. V. Valckenar. ad Theocr. Adoniaz. p. 411., vbi formas Πατροκλῆς et Πάτροκλος, Ἰφικλῆς et Ἴφικλος, Ἐτεοκλῆς et Ἐτέοκλος, item Θέοκλος et Μάντικλος commemorat. Addo Δήμοκλος e Cononis cap. 33., Δόρυκλος e Scholiis ad Apollon. Rhod. II, 178. et Φέρεκλος ex Etymolog. M. p. 790, 33. vbi v. Sylburg.

De frequenti commutatione particularum ἢ, καὶ et ὡς agam infra s. voce καὶ et syllabâ ως. Vide etiam s. syll. εν recentiorem formam litterae Eta, quae similis est syllabae εν.

Eta passim referre litteram Rho, passim diphthongum αι, monebo infra s. syll. αι litt. b.

Idem superscriptum interdum non differt ab $\overline{\eta\varsigma}$. V infra hanc syllabam.

Theta. *Theta* et *Omicron* commutata in alphabeto tam minusculo quam vnciali. In minuscula enim scriptura Omicron non semper circulari flexu, sed interdum sic pingitur, vt plane referat litteram θ, in qua deficit ductus transuersus. In Aeliano N. A. VI, 15. editiones habent *οἱ Κεῖοι*, pro quo e Codice Vatic. 997. *οἱ κεῖθι* restituendum. v. *Epist.* p. 186. Koenius ad Gregor. p. 204. *ἐγδανεισόωντι* optime mutat in *ἐγδανεισθῶντι*, pag. 205. *τῶν νοητικωτέρων* in *τῶν θητικωτέρων* (vbi $\overline{\vartheta\eta}$ semel corrupto in $\overline{o\eta}$, repetiuerunt vltimam litteram articuli praegressi, vt graeca vox nasceretur), et p. 383. *αὐτοῖς* in *Ἀτθίς*. De commutatione non ita rara nominum *οὐσία* et *θυσία* agitur ad *Gregor.* p. 231. sq. Conf. item Hemsterhus. ap. Wagner. ad Alciphron. T. II. p. 191. et Schaefer. ad Dionys. Halic. p. 73. Hic dedit exempla confusionis syllabarum *ΑΟ* et *ΑΘ*.

V. etiam *Beta* et *Epsilon*, atque ob formam $\overline{\vartheta}$ *Phi* et s. syll. $\overline{\varepsilon\upsilon}$.

Iota. *Iota, initio vocis* positum, (ita finiendum, quod *Epist.* pag. 53. not. 21. nimis vage dictum mihi excidit,) in Codice Palat. 398. duobus punctis notari solet. Sic in *ϊστορεῖ* et *ϊδιαις* tab. I. num. 13. Id cum fit, librarii passim spiritum omittunt, vt in Cod. Marc. Hom. A. *ϊρηξ* legitur pro *ἵρηξ*, v. *Gregor.* p. 590.; alibi non solum spiritum, sed simul accentum, e. c. in *ϊουλος, ϊνες, ϊνα, ϊακῶς*, tab. VII. num. 14. Eodem referendum *ϊρον* in Cod. Palat. 398. (v. *Epist.* p. 200.), e quo Xylander male fecit *ιρον*, cum *ἱρὸν* (pro *ἱερὸν*) deberet. Omnino haec omissio multorum in spiritibus errorum causa est. v. *Gregor.* l. c. Posteriorum temporum scribae duo illa puncta paene omnibus et $\bar{\iota}$ et υ, siue ab initio vocum seu alibi, imposuerunt. v. *Gregor.* p. 110. aliisque locis. Interdum duorum loco punctorum vnum ponitur, e. c. *ἐστὶν, χιτων, οἴδησις*. Conf. tab. VII. num.

16. voces *σίνεταί φησίν* e Cod. Philem. Lex. Technol. In Codice Draconis *περὶ μέτρων* semper legas *διϊπέτης, διΐαμβος, θέτιϊ, φόρκυϊ*, etc., vbi bina puncta super posteriore Iota sunt puncta *διαιρετικά*.

Iota quod *subscriptum* dicimus, olim in ipso versu scribebatur, nunc communis habens formae brevitatem, nunc solito longius porrectumque infra lineam v. voces *ὤκηται* et *πολλῇ* tab. I. num. 12 et 13.): interdum etiam superscribebatur, si scriba omisisset. V. *βήσσῃς* II tab. num. 8. *ᾄδεσθαι* tab. I num. 13. v. *Epist.* p. 29. 145. 215. 230. etc. (In verbo *ᾄδομαι* interdum *δι* legebant pro *ᾳ*. V. supra *Alpha*. Hermannus ad Aristotel. Poet. pag. 163.: „Scripsi cum „Madio *ᾀδόμενα*, quod a vulgato *διδόμενα* vnius „tantum lineolae accessione differt."*) Quod si discrimen inter Alpha et Delta oculos plane fugit, *ᾀδόμενα* solo spiritu agnosci potest.) Primi editores Iota adscriptum Codicum interdum habebant pro *ἐκφωνουμένῳ*, ideoque typis exprimi iubebant. Sic in omnibus editionibus Antonini Liberalis c. 17. legitur *α ἴρασθαι* pro *ᾄρασθαι* s. *ἄρασθαι*. v. *Epist.* p. 145. Accommodatius nostro mori Iebbius in Aristide Vol. II. p. 466. *ἄρασθαι* dedit, vbi Cod. 1741. idem illud *αἴρασθαι* habet: ac pari modo Ruhnkenius in Schol. Platon. p. 192. *ἀράμενος* pro scriptura Codicis 1807. *αἰράμενος*. Eiusdemmodi est in Menandro de encom. p. 108. *ἐπισημ α ι νασθαι* pro *ἐπισημ ᾴ νασθαι*, pro quo Codices Parisini melius (v. Phrynich. Eclog. p. 10.) *ἐπισημ ή νασθαι* dant. Porro nostrae editiones Hesychii habent *Ῥαῖ, ῥαῖστον, ῥαδίως*, pro *Ῥᾴ, ῥᾷστον, ῥαδίως*. Sed quo iure *ῥᾳδίως* pro *ῥαιδίως* editur, eodem *ῥᾴ, ῥᾷστον* scribendum pro *ῥαὶ, ῥαῖστον*. v. *Gregor.* p. 574. Multae voces, nunc carentes Iota subscripto, in Codicibus cum illo reperiuntur. E. c. *ζῷον* pro *ζωον*, v. *Epist.* p. 82. et Wagner ad Alciphron. III, 9. *λάθρᾳ, κρύφᾳ* (tab. I. num. 13.) pro *λάθρα, κρύφα*, v. *ibid.* p. 200. *σῴζω, θνῄσκω*, pro *σώζω, θνήσκω*, v. *Append.* p. 31. sq.

---

*) Add. not. ad Dionys. Halic. de Comp. Verb. p. 246. Schaef.

Pro littera ῑ in Codicibus passim legitur diphthongus ει: cuius rei causa esse potest pronuntiatio Graecorum ει, η, ι, οι et υ eodem sono efferentium. Sed de hac causa nunc non loquor: hoc volo, in *vetustis* Codicibus, qualis est Cod. Palat. 398., Platon. 1807. etc., certas quasdam voces ex more antiquissimo diphthongum ει habere scriptam pro simplici ῑ, quando haec vocalis producitur. Sic Cod. Palat. μηνείει dat pro μηνίει in hoc versu:

Μηνίει δὲ φόνῳ, στρατιᾶς καὶ σοῖσιν ἐπ' ἔργοις. v. *Epist.* p. 64. Eodem modo in Titulis (v. *Gregor.* p. 211.) aliisque Monumentis legitur *ΤΕΙΜΗ* pro *ΤΙΜΗ.* Confer inprimis quae vir praestantissimus, Coray, praefat. ad Isocrat. pag. 92. sqq. de scriptura *ΕΙCΟΚΡΑΤΗC* pro *ΙCΟΚΡΑΤΗC* monuit, Priscianique ab illo citati hunc locum l. I p. 561.: „I quo„que apud antiquos post E ponebatur, et EI diphthon„gum faciebat, *quam pro omni I longa scribebant* „*more antiquo Graecorum.*"

V. etiam de similitudine litterae Iota sub lineam productae cum Lambda, Rho, αι et καὶ, αυ, ερ, infra has litteras et syllabas.

Kappa. Quod nunc vsurpamus in alphabeto vnciali Kappa (*K*), in Codicum scriptura apparet tam minuscula quam vnciali. Altera tamen pars huius litterae in Codicibus non semper eius est formae, qua nunc fingi solet, sed satis frequenter ductus rotundi est. Vide Kappa in κατατοὺς tab. I. num. 3., in ἐκείνης ibid. num. 4., in καὶ num. 9., in ἄλκις et αἰολικοῦ tab. IV. num. 15. etc. Iam si Kappa hanc formam habet, simulque posterior pars a priori nonnihil distat, (quod saepe accidisse quis non intelligit?) tale Kappa, nisi sensum verborum seriemque orationis expendas, non possis dignoscere a syllaba ις, cum qua saepe confusum fuit. Huius confusionis, a nemine adhuc, quod sciam, explicatae, causa nunc manifesta est. Sic legerunt ἐκ pro εἰς, et vice versa, συνεριστικὸς pro συνερκτικὸς, ὤμοκτον pro ὤμοις τὸν, etc. V. ad *Gregor.* p. 244 — 246. Illis,

quae de ἐκ et εἰς dixi, addo haec. Libanius Vol. IV. p. 909, 2. *θεοὺς . . . τῇ τῶν νοσημάτων ἰσχύϊ εἰςδεδωκότας τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα.* Lexica ignorant verbum *εἰςδιδόναι**). Iure, opinor: nam Cod. Paris. 2918. habet *ἐκδεδωκότας.* Ibid. p. 1051, 8. de sole: *οὔπω δ' εἰς ἀμετρίαν τῆς θερμότητος εἰςβαίνων, ὃ τοῦ θέρους πέφυκε ποιεῖν.* Cod. Paris. 963. bene dat *ἐκβαίνων.* (V. Ruhnken. ad Xenoph. Mem. I, 2, 22. ad verba *εἰς ἔρωτας ἐκκυλισθέντας.* Schol. ad Apollon. Rhod. III, 226. *εἰς ἔρωτα ταύτης ἐκπεσών.* Cod. Paris. 2727. male *ἐμπεσών.*) Schol. ad Thucydid. l. III. (Vol. V. p. 403. Bip.) *ὅπως δυςέκπλωτοι τοῖς πολεμίοις εἶεν.* In not. ad h. l. (Vol. VI. p. 210.) haec legas: „Potius *δυςείςπλωτοι.*" Cum Epsilon a C̄, vt supra dixi, tantummodo lineolâ in medio differat, factum est, vt Villoisonus in Scholiis Homericis ιε̄ habens pro κ̄, interserto ε̄, legeret *κρεουργίας* pro *ἱερουργίας*: a quo errore facile sibi cauere potuisset, si attendisset vocem a Scholiasta mox positam, *ἱεροποιΐας.* v. *Gregor.* p. 246.

In minuscula scriptura Codicum vetustorum *Kappa* hanc habet formam, quam ostendit tab. I. num. 2. etc. De confusione huius Kappa cum *Beta* et *Eta* vide supra has litteras.

Interdum *Kappa* simile est litterae *My* cum eaque confunditur. E. c. in verbo *ὀγκοῦν* tab. I. n. 9. si lineola accedat, quae copulet primum secun-

---

*) Ignorant Lexica: sed scriptores Graeci non videntur ignorasse. Thomas Mag. p. 278. s. *Ἐκβάλλει καὶ ἐκδίδωσιν ὁ ποταμὸς εἰς τὴν θάλατταν, — οὐκ εἰςβάλλει, οὐδὲ εἰςδίδωσιν, κ. τ. λ.* Quam Magister locutionem repudiat, passim habent libri manu scripti pro ea, quae eius assensum tulit. Herodotus IV. c. 44. *τῇ ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ.* Al. *ἐςδιδοῖ.* Ibid. c. 48. *ποταμῶν καὶ ἄλλων ἐς αὐτὸν ἐκδιδόντων.* Wesselingius: „*ἐςδιδ.* Arch. V., frequenti mutatione." Eadem scripturae diuersitas recurrit mox c. 49. Schaef.

dumque ductum litterae Kappa, transit haec littera in verum My. Hinc *μῶμον* pro *μῶκον*, v. *Epist.* pag. 90., *ἐμπεριελθεῖν* pro *ἐκπεριελθεῖν*, v. *ibid.* p. 267. Plura exempla dat Koenii nota ad *Gregor.* p. 146. meaque p. 405.

Denique commemoranda illa forma litterae Kappa, quae solennis est quibusdam librariis in superscribendo (v. voces *τὰ περιστατικά* tab. III. num. 2., *τὴν κλητικὴν, ἱππικῇ* tab. VII. num. 7. etc.), quaeque frequentatur in compendio syllabarum finalium *ικος*. V. infra voc. *συγκριτικός*. Dixi de hac forma ad *Gregor.* p. 111. et 388. Plures hinc orti errores. Sic Villoisonus pro Aristarcheo *ἰακῶς* tam frequente in Scholiis Homericis (conf. Wolf. Prolegg. p. LXVI.) alicubi, aliud agens, legit *ἴσως*. v. *Gregor.* pag. 111. Videbis hoc ipsum *ἰακῶς* tab. VII. num. 14. Idem alibi syllabas finales *ικος* videre sibi visus est, vbi syllaba *ες* scripta erat. V. infra hanc syllabam.

De similitudine litterae *Kappa* cum syllaba *εν* vide infra compendium *τοῦ E ψιλοῦ*.

Lambda. Formae *Λ* et *λ* in Codicibus nunc cum *Alpha*, nunc cum *Delta* confusae sunt. V. supra has litteras. De confusione litterae *Λ* cum littera *Π* v. infra *Pi*.

In minuscula scriptura non *λ*, sed illa forma est vetustior, qua librarii Codicis Palat. 398., Platon. 1807. aliorumque librorum manu scriptorum vsi sunt, quamque cernes tab. I. num. 14. Huiusmodi Lambda multarum causa commutationum fuit. Habuerunt enim

nunc pro *Iota* infra lineam producto, legeruntque e. c. *τροχμαιοὶ* pro *τρόχμαλα*. v. *Gregor.* pag. 512. E contrario Iota habuerunt pro Lambda, e. c. in voce *φάλαγξ* pro *Φαίαξ*. v. *Gregor.* p. 240. Eodem modo *Καλκίδιος* natum est e *Καικίλιος*. v. Reisk. ad Schol. Aeschin. in Orat. Gr. Vol. III. p. 749. Koenius in Pindaro *ἄλτει* legit pro *αἴτει*. v. ad *Gregor.* p. 219. sq. Vocum *τῆς ἑώλου Γαλατίας* in Philostrato V. S. II, 11. pag. 591. vitium

non aliunde repetendum quam e socordia sic perperam legentis, quod legendum fuit τῆς ἰώιου (ἰῴου) *Γαλ.* Boissonadus ad Eunap. pag. 218.: „Olearius „prauo fretus Hesychii loco, textum sincerum es„se putat, siletque Toupius Emend. IV. pag. 222. „At Valesius Emend. III, 10. optime coniecit ἰῴου, „quod inueni in Cod. 1696." — Quomodo vitiosum *συμπιπτομένη* in Scholiis Luciani e *συμπλαττομένη* nasci potuerit, dixi ad *Gregor.* p. 457.

nunc pro *My*, quando e. c. *ἅμα* legebant pro *ἄλα*. Conf. Schaefer. ad L. Bos. p. 244. E contrario Lexicon *περὶ πνευμ.* habet *ἑτοιλοπειθής* pro *ἑτοιμοπειθής*. v. *Epist.* p. 163. Quo pacto *ποικίλλη* in *ποικιλμένη* transire potuerit, dictum est ad *Gregor.* p. 295.

nunc pro *Ny*; Ny ita scripto, vt in Cod. Palat. scriptum est, quales formas huius litterae iam plures lector, tabulis inspectis, notas habet. Exempla huius commutationis collegit Doruillius ad Chariton. p. 342. et 616. ed. Lips. Facta detritione lineolae vltimae in littera *N*, vt cum viro doctissimo (p. 616.) loquar, iustum Lambda remanet.

Etiam syllaba $\overline{\lambda\iota}$ cum litteris *My* et *Ny* confusa est. Et cum *My* quidem, cum *πάμα* pro *πάλιν* legeretur *) (nam litterae $\bar{\alpha}$ et $\bar{\nu}$ pari modo compendiose significantur lineolà superscriptà). V. Porson. in notis ad *Gregor.* pag. 455. et Wagner. ad Alciphron. III, 16. vbi *Μαμεὺς* soli debetur errori ita perperam legentis pro *Μαλιεύς*. Cum *Ny*, in *μὲν* pro *μέλι*, v. *Epist.* p. 70. sq., in *Οὐεργῖνος* pro *Οὐεργίλιος*, v. Wyttenbach. Select. pag. 434. Vice versa $\overline{\lambda\iota}$ legitur pro Ny in *Κουρβιλίου* pro *Κορβίνου*, v. *Epist.* p. 66., in *κοιλιῶν* pro *κοινῶν*, v. Coray ad Hippocrat. T. I. pag. 124. V. etiam

*) Item *παμπόλλου* pro *πάλιν πολλοῦ*. V. Valckenar. Diatr. Euripid. pag. 273. vbi vir summus plura huc spectantia habet. SCHAEF.

Schaefer. Melet. Crit. p. 95. qui e Codice Hesychii citauit ἐλιάδου pro ἐν ᾅδου.

Duplex Lambda item pro *My* passim habitum est, et vice versa. Sic scripserunt ὁμηρικὰ pro ἑλληνικά. v. *Gregor.* p. 86. Indidem orta creberrima commutatio vocum ἀλλὰ et ἅμα. V. Wesseling. ad Herodot. pag. 552. et Abresch. Dilucid. Thucyd. p. 418. *)

Denique syllaba $\overline{\lambda\upsilon}$ et littera My tam simili scribuntur ductu, vt, nisi seriem orationis attendas, vix dignosci possint (tab. I. num. 15.). Nemo quidem tam ineptus sit, vt ἐκώμυθη legat pro ἐκωλύθη; nam illud plane barbarum est: sed verba καλύπτειν et κάμπτειν saepe commutata sunt. v. *Epist.* p. 46. Hesychius: Ἄστονον, ἀμπὸν, μεγαλόστονον. Is. Vossius praeclare corrigit ἄλυπον. Vitiosum ἀμπὸν inde natum, quod librarius genuinam vocem perperam legisset.

Quot hucusque enumeraui confusiones, nascuntur ex ea forma litterae Lambda, quam ostendunt tab. I. num. 14. et 15. In Codice Apollonii Dyscoli 2548. hoc Lambda interdum sic effictum est, vt in v. ὁλοκληροτέραν tab. VII. num. 14.

Qua nunc vtimur forma litterae Lambda, in libris manu scriptis interdum similis est litterae χ. V. infra litteram *Chi.* V. etiam de similitudine eiusdem Lambda, vbi superscribitur, cum nota tachygraphica syllabae $\overline{\omega\nu}$, quando accentus acutus hanc notam contingit, infra s. hac syllaba.

---

*) Add. Ind. Voc. Graec. ad Longi Pastor. p. 457. V. etiam Wesseling. ad Diodor. Sic. XV. c. 79. XX. c. 76. Fischer. Commentar. in Xenophont. Cyropaed. pag. 468. Iacobs. ad Anthol. Graec. III. 2. p. 339. 341. (quem conf. it. p. 325. 325.) Schneider. ad Xenophont Anab. p. 367. et ad Aristotel. Hist. Anim. p. 152. Diodorus Sic. Eclog. T. II. p. 517, 81. παῖδα Γάλλον al. Παιδάγαμον. Wesselingius: „ΓΑΜΟΝ et ΓΑΛΛΟΝ vna duntaxat litera, ad scripturae errorem progenerandum prona, distinguit." SCHAEF.

Superest alia forma litterae *Lambda;* nimirum ea, quae reperitur in Cod. SGerm. 345., in Cod. A. Scholiorum Homericorum, itemque alibi (conf. Montefalcon. Palaeograph. p. 346. col. 3. voce *παῦλα*), quando haec littera, syllabis finalibus omissis, vocali antecedenti superscribitur. Talia compendia vocum, quibus huiusmodi Lambda superscriptum est, haud raro ambigas, quomodo expleri oporteat, vt ex iis, quae postea dicam, satis apparebit. Tertia et quarta vox tab. I. num. 15. e Cod. SGerm. 345. significant *δῆλον, δηλονότι,* aut, prout series orationis poscit, aliquod aliud verborum, quae ad *Gregor.* p. 3. enumeraui; quibus etiam *δηλωτικὸς* addi potest. Horum verborum plura, nominatimque quod modo dixi *δηλωτικὸς,* interdum, vel sine finali Lambda, compendiose sic scribuntur, vt in articulo ex Cod. SGerm. 345. excerpto: *Τητινὸν, ἐπίῤῥημα χρόνου δηλωτικόν.* Vnde apparet causa confusionis eorum cum particula *δὴ*, quam particulam, etiam hoc argumento palaeographico motus, nunc praefero voci *δηλονότι* in Antigono Caryst. cap. 29. v. *Append.* p. 32. Primum exemplum tab. II. num. 1. *τὴν Ἀχιλλέως τιμὴν* e Scholiasta Homerico ad Il. *A,* 564. sumtum est, vbi Villoisonus compendium expleturus male *Ἀχιλλῆος* pro *Ἀχιλλέως* dedit. Illa enim forma ionica est: haec vsurpatur a Scholiastis. Alterum exemplum reperitur in Scholiasta Homerico ad Il. *Δ,* 37. legendumque est *ἡ ἀμφιβολία αὕτη.* v. *Gregor.* p. 3.

My. V. supra *Beta, Kappa, Lambda;* et vltimo quidem loco de confusione cum Lambda tam simplici quam duplici ($\overline{\lambda\lambda}$), itemque cum syllabis $\overline{\lambda\iota}$ et $\overline{\lambda\upsilon}$.

Neque minus confunduntur *My* et *Ny*, quando in littera My lineola eam cum sequente littera iungens aut plane deest, aut certe oculos legentis fugit. Inde nata e. c. scripturae diuersitas in *σίσυρμα* et *σισύρνα,* v. *Gregor.* p. 540. sq. item in *συρνέη* et *συρμαίη,* v. *ibid.* p. 526. In Apollonii Lex. Homer. Villoisonus *μημέμον,* i. e. *μὴ μένων* (v. infra

s. μὴ) habuit pro *νημένον*, et ex hoc fabricauit, parum ille *τεκτονικῶς*, *κεκινημένον*. v. *Gregor*. pag. 295. In Excerptis Apollonii Dyscoli restituo *μᾶλλον δώριος ἡ μετάληψις* pro *μ. δ. ηνεταληтις* (tab. II. num. 1.). Haec correctio tam certa est, nemo vt de ea dubitare posse videatur. v. *Epist*. p. 147. not. 61.

Ny. In scriptura et vnciali et minuscula *N* interdum vix potest ab *H* dignosci: vnde orta commutatio harum litterarum. V. supra *Eta*, item Montefalcon. Palaeograph. p. 346. col. 3. vv. *οὐράνιος*, *οὐρανῶν* etc., vbi medius ductus litterae *Ny* non transuerse, sed rectâ porrigitur. Porro vt Eta cum syllaba ΙC̄ (*ις*) confusum est, perinde librarii legerunt ΙC, vbi *N* debebant. Hinc orta scripturae fluctuatio inter *πᾶν* et *παῖς* in Aphthonio, vbi *παῖς* tali in legendo errori debetur. v. *Gregor*. pag. 105. Indidem repetendum, quod librarii passim commutarunt praepositiones *ἐν* et *εἰς* in vocibus compositis. De vnciali litterae *Ny* forma obiter hoc addo, non minus facilem eius esse confusionem cum littera *Kappa* sic scripta, vt pro ΙC haberi possit. Ideo in Scholiasta Platonis p. 175. legas vitiosam ac ne graecam quidem vocem (nam quod Dores sic dicunt pro *πηκτὴ*, nemo huc vocauerit,) *πακτὰ* in phrasi, *ἀσύγκριτον γὰρ τἀγαθὸν ἁπλῶς πρὸς πακτὰ*, pro qua e Cod. 1807. restitue *πάντα*. Etiam *Π* pro *N* haberi posse, dicam infra s. compend. litterae *Ny*.

In minuscula scriptura *Ny*, sic effictum, vt in Cod. Palat. aliisque, (conf. vocem *ποιοῦντα* tab. I. num. 2.) cum *Lambda* et *My* confunditur. V. supra has litteras. Non minus frequens, et fortasse frequentior etiam est eius confusio cum *Rho*: quo loco mihi succurrit, olim *Ny*, nescio quem, vocasse *Rho patulum*. Sic legerunt *ῥοῦν* pro *νοῦν*. v. *Gregor*. p. 4. Vide etiam quae de *θωνᾶσθαι* et *θωρᾶσθαι*, de *ἐρεῖς* et *ἐνεὶς*, etc. dicta sunt ad *Gregor*. p. 358. et alibi. In Apollonii Histor. Mirab. *χνοώδεις* corrigo pro *χροώδεις*: quod recte factum puto. v. *Epist*. p. 76. Philemon Lex. Technol. in Villoisoni Proleg. ad Apollon. p. LXIX.: *Σίναπυ· οὐδεὶς τῶν Ἀττικῶν ἔφη, οὐ μὴν οὐδὲ τὸ σίνηπι, ὃ λέγεται οὕτω, ἐ-*

πειδὴ σύρεται, φησὶν ὁ Δειπνοσοφιστὴς (T. III. p. 353. ed. Schweigh.) τὰς ὦπας ἐν τῇ ὀδμῇ. Σύρεται illud Villoisonus finxit. Ipsius Codicis scripturam vide tab. VII. num. 16. Scilicet librarius pro σίνεται, quod scribere volebat, primum per errorem scripserat σύνεται, puncto posito super littera υ, quod etiam super Iota ponere solet: deinde, vt vitium corrigeret, Iota cum puncto suo in ipsum illud vitiosum υ immisit, (quo factum, vt duo nunc puncta ibi appareant,) non deleto primo ductu litterae υ. Villoisonus igitur, quem vera ratio fugeret, ν mutato in ρ, dedit σύρεται. Σίνεται, quomodo legendum est, recte habet Phauorinus, quem nunc satis constat compilasse scrinia Philemonis.

Forma litterae Ny nunc vsitata (ν) vbi in libris manu scriptis occurrit, interdum maiorem habet longitudinem, quam quae est huius litterae in typis quibus operae nostrae vtuntur. Vide voces νῦν, γεννηθέντας, οὐσίαν tab. II. num. 2. e Cod. Paris. 2423. Hinc oritur similitudo huius litterae cum *Gamma* (γ). Itaque non mirum, has litteras toties commutatas esse. V. ad *Gregor.* p. 72. In Apollonio Dyscolo lego εὐναίας pro εὐγαίας. v. *Gregor.* p. 393. Pro γεγονήκασιν in Regulis prosod. Hermanni pag. 444, 106. Codex Paris. 2008. dat νενοήκασιν, quod fortasse verum est.

Notissimam confusionem litterarum ν et υ tangam infra s. *Υ ψιλῷ*. Exempla eius vbiuis occurrunt.

Xi. Vide supra *Zeta.*

Praepositio πρὸς passim eâ notâ tachygraphicâ scribitur, quae non dissimilis sit litterae ξ aut ζ. In Scholiasta Platon. p. 168. legebatur ξήκει pro προσήκει. v. *Append.* p. 44. Integrum Scholiastae locum tab. II. num. 2. ex egregio Codice 1807. repraesentaui. In altero exemplo, item e Cod. 1807. sumto, (tab. II. num. 3.) prima manus scripsit voces βοτάνης ὄνομα ποιᾶς: altera manus adiunxit haec,

βαρύνεται δὲ, ἐπειδὴ κύριον· ὅτε δὲ προσηγορικὸν, ὀξύνεται. Quaenam sit haec altera manus, discas ex nota in fine Codicis addita: Ὠρθώθη ἡ βίβλος αὕτη ὑπὸ Κωνσταντίνου Μητροπολίτου Ἱεραπόλεως, τοῦ καὶ ὠνησαμένου. Parisina Bibliotheca possidet Codicem Aeschinis oratoris (SGerman. 249.), in quo compendium hoc praepositionis πρὸς paene singulis paginis apparet. Voces προσυπακουστέον, πρὸς ἕκαστον, πρὸς τοὺς λόγους (tab. II. num. 3.) ex hoc libro sumtae sunt.

Omicron. Vide litteras *Theta*, *Sigma* et *Ypsilon.*

Recentioribus seculis scribae passim in linearum (versuum) exitu litteras παραλόγως grandes pingunt, auctas illas aduenticiis ductibus praelongis, quos nonnulli pro ο̄ μικροῖς habuerunt. Ita legerunt το̄ pro τ̄, χάσμησο pro χάσμης. v. *Gregor* pag. 410. Talium ductuum aduenticiorum exempla dant voces ὕψωμα, θάλασσαν, χρείαν, τὸ, τ̄, ἢ, καὶ, δὴ, tab. II. num. 4. et 5. e Cod. Paris. 2423. Hac occasione moneo, Codicem Ven. Homericum in fine paene singulorum Scholiorum aut bina puncta cum lineola, aut aliquod signorum tab. II. num. 5. repraesentatorum habere solere. Huiusmodi ductus in plurimis Codicibus reperiuntur, nihil significant, possuntque comparari cum signo illo .|. , quod Galli scribae in fine scripti Gallici haud raro ponunt. In Scholiis ad Iliad. Γ, 426 Villoisonus, aliud agens, tale signum, forte contingens litteram finalem vocis extremae, pro compendio syllabae ται habuit legitque ἐφίζεται pro ἔφιζε. Ipse Codex haec dat: Ὅσα παρῳχημένου χρόνου ῥήματα βραχυκατάληκτα ἐνέλειψε χρόνῳ κατὰ τὸ ἄρχον, ταῦτα συντιθέμενα ἀναδίδωσι τὸν τόνον. εἶχον, συνεῖχον· ἀλλ' ἐπεὶ ἐγένετο ἔχε (sic cum Codice scribendum, non ἔσχε, vt Villoisonus edidit), ἀνεδόθη ὁ τόνος. νὺξ δὲ μάλα στυγερὴ κάτεχεν (scrib. κάτεχ') οὐρανόν (Odyss. Ν, 269.). οὕτως ἷζε, κάθιζε, Νέστωρ τ' αὐτός τ' ἔφιζε (scrib. Νέστωρ αὖ τότ' ἔφιζε Odyss. Γ, 411.). Conf. Ety-

mol. M. p. 469, 35. vbi haec leguntur: *Ἴζω, τὸ κά-θημαι. Ὅμηρος· Νέστορα δ' αὐτόθι ἔφιζεν* (sic). V. etiam Etymol. M. p. 484, 13. ss. et de *κάτεχον* pro *κατεῖχον* p. 778, 30. ss. Wolfius in nouissima Odysseae editione priore loco dat *κατέχ'*, posteriore *ἐφῖζε*, sed Odyss. *T*, 55. *ἕφιζεν*.

Omicron οἱ ταχυγράφοι saepissime adnectebant litterae proxime praecedenti, qui scribendi mos varios errores genuit. Hanc ob causam in Apollonio Villoisonus legit *ἀκουώμεθα* pro *ἀκουσόμεθα*. v. *Gregor*. p. 577. Vide hoc ipsum *ἀκουσόμεθα* tab. VII. num. 14. Eodem modo eademque de causa Sambucus in Aristaeneto I, 1. *παύωμαι* dedit pro Codicis scriptura *παύσομαι*. Frequentiori etiam errore *ō* tali ratione adnexum habebant pro ductu nihil significante, in legendoque plane negligebant. E contrario ductus rotundi nihilque significantes, etiam quando non extremis vocibus lineisque, sed alibi erant appicti, nonnunquam pro *ō μικροῖς* habiti sunt. Hinc natae e. c. scripturae diuersitates *ἀλογήσαντα* et *ἀλγήσαντα* in Herodoto p. 613., *καθεῖργμαι* et *καθείργομαι* (sic Cod. Paris. 3014.) in Libanio Vol. IV. p. 1029, 18. etc. Litteram *ō* sic cum Lambda connexam vide tab. VII. num. 15. in vocibus *ἀλόγους* et *λογάρια* e Cod. SGerm. 345. Sic Leo Allatius in Anonymo de Incredib. c. 16. *χρείαν* legit pro *χορείαν*. Id cur fecerit, lector intelliget e tab. VII. num. 16. (e Cod. Vat. 305.) In exemplo statim sequente *ἔχον* littera *ō* cum *χ* connexa clarius apparet. In adiectiuo *προβολής, προβολῆτος* (Regul. prosod. Hermanni p. 450, 131.) alterum *ō*, nisi fallor, a tali ductu aduenticio ortum ideoque delendum est. Codex quidem Paris. 3027. recte dat *προβλής, προβλῆτος* et addit *ἀβλής ἀβλῆτος καὶ τὰ ὅμοια*. Quomodo *ō* cum *Rho* connectatur, ostendunt voces *πρὸ* et *πρὸς* tab. VII. num. 5.

V. etiam infra syllabam *αν*.

Pi. In Phlegonte Tralliano *λασιάνακτος* legitur pro *πασιάνακτος*. v. *Epist*. p. 72. Huius confusionis

ratio petenda ex vnciali scriptura, in qua Lambda superne non semper, vt nunc, acutum habet ductum, sed interdum paene eiusdem, cuius infra, latitudinis est: quapropter *Π* et *Λ* plurimum inter se habent similitudinis. Vide voces *Ἀπόλλωνος, λίθον* (quam, si solam legas, facillime confundas cum v. *πίθον*), *λαγῶς, κ. τ. λ.* tab. II. num. 6. ex Cod. Pal. 398. In Scholiis Codicis Platon. 1807., quorum scripturam tab. II. num. 2. ostendit, aduerbia *ἄλλως* et *ἁπλῶς* propemodum solo accentu spirituque dignosci possunt. Schol. p. 166. ed. Ruhnk. *ἐν τῷ οὐρανῷ εὑρίσκομεν . . . . ἁρμονίαν, καὶ ἀναλογίαν, καὶ ὁμοιότητα, καὶ ἰσότητα, καὶ ἄλλως πάντα σύμφωνα τῷ λόγῳ.* Codex pro *ἄλλως* bene dat *ἁπλῶς*. Eudocia p. 242. *μετὰ δὲ τὴν πόρθησιν Ἰλίου, ἐν τῷ τῶν Ἑλλήνων Ἀπόλλωνι, Χρύσης μὲν . . . . τελευτᾷ κ. τ. λ.* Vox *Ἀπόλλωνι*, quae etiam in Codice legitur, sensu h. l. plane caret. Fingamus hoc *Ἀπόλλωνι* litteris maiusculis, omissâ syllabâ $\overline{\nu\iota}$ (id quod plerumque fit: vnde orta in accusatiuo satis frequens discrepantia formarum *Ἀπόλλω* et *Ἀπόλλωνα*:), sic scriptum, vt $\overline{\omega}$, quemadmodum tab. II. num. 2. in v. *μεγάλῳ*, litterae Lambda impositum sit. Iam si prius Lambda pro Pi habemus, protinus incidimus in genuinam scripturam, *ἀπόπλῳ*. Hoc ipsum *ἀπόπλῳ* habet etiam Tzetzes ad Lycophron. v. 183.: nam quod legitur in editione qua ego vtor, *ἀπόπλᾳ*, vitium videtur typotheticum *).

Confusionem litterae *Π* cum *Η* et *Ν* tango supra in Eta, et infra s. compend. litterae Ny.

Pi superscriptum in vnciali scriptura interdum simile est lineolae illi, quae significat Ny aut Alpha. V. infra s. compend. litterae Alpha.

Pro *Π* librarios passim legisse *ΤΙ*, et versa vice, Doruillius ad Chariton. p. 249. et 288. aliique docuerunt. Si secundus ductus litterae *Π*, id quod interdum fit, flexu rotundo pingitur (vide vocem *πληγῆς*

---

*) Verum habent editiones Basileensis, P. Stephani, Potteri, (alterâ vtor,) nupera Sebastiani. Schaef.

tab. VII. num. 15. ex Cod. Par. 133.): facile accidit, vt τε pro π legatur. Hinc natum in Libanio τέως pro πῶς, et τελείω pro πλείω. v. *Gregor.* p. 360. Etiam inter τρ et π similitudo passim intercedit: scilicet tum, cum τρ sic scriptum est, vt tab. II. num. 11. in v. ἐτραυμάτισε e Cod. SGerm. 249., rotunditasque litterae Rho calami vitio confluxit.

In minusculo alphabeto bini ductus litterae π, calamo velociter currente, facile tam prope scribuntur, vt amborum confluat atramentum et modo *vnam* lineolam effingere videatur. Vide voculam πρὸ aut πρὸς tab. VII. num. 5. Hanc ob causam toties confunditur π cum τ, et vice versa, e. c. in vocibus πρασιὰ et τρασιὰ, v. *Gregor.* p. 514., in αὐτὸ τοῦτο et αὐτὸ τὸ ὑπὸ, v. *ibid.* p. 511. Confusionis litterarum ππ, πτ et ττ vix operae pretium est hoc loco mentionem facere. Vide e. c. locum Etymologici Parisini citatum supra in Beta, notasque ad *Gregor.* p. 457. et alibi.

Rho. Rho in libris manu scriptis aut sic formatum est, vt in εὕρηνται tab. I. num. 5., aut sic, vt in βάρβαροι ibid. num. 6., aut denique sic, vt in πυρῶδες tab. IV. num. 8.

Primam formam interdum cum *E* ψιλῷ confuderunt, inprimis quando cauda infra lineam aut plane non, aut perparum porrigeretur. V. supra illam litteram.

Secundam confuderunt cum *Ny* (v. supra), itemque cum *Iota* infra lineam producto, scilicet quando calamus velociter currens exiguum litterae Rho circulum atramento repleuisset. Vide e. c. vocem χρόνος tab. II. num. 6. e Cod. SGerm. 345. In Apollonio ad *Gregor.* p. 115. citato v. διαπλήσσοντες ascivi correctionem Villoisoni, dedique ἐὰν δὲ σὺν τῷ ρ γράφεται, ἔσται διαβαίνοντες. Sed Cod. SGerm., in cuius pusilla scriptura commutatio litterarum Rho et Iota facillima est, dat σὺν τῷ ι,

hoc Iota infra litteram excurrente. Alia exempla huius commutationis dederunt viri docti, quos citant Koenius et Schaeferus ad *Gregor.* p. 215. In Etymolog. Sorbon. legitur *Αἴθυρα, τὸ ζῶον καὶ ἡ ἴγδη.* Suidas et Etymolog. Paris. 2630. bene habent *αἴθυια.*

Syllaba ρι, Rho cum Iota sic connexo, vt in vocibus *καταριθμεῖ, οὔρια ὠὰ* tab. II. num. 7. (ex Cod. Ven. Homer.), nonnihil habet similitudinis cum γ. Hinc, ni fallor, in Lexico SGerm. *Ἄλλος ἀλφάβητος* origo repetenda vocis, quae etiam Porsono nihili videtur, *θανατήριος*, pro qua *θανατηγὸς*, synonymum adiectiui *θανατηφόρος*, scribendum esse suspicor. v. ad *Gregor.* p. 156. Voces *οὔρια ὠὰ* leguntur in Scholiasta Veneto (A.) ad Il. *Δ*, 50. vbi Villoisonus ante *εὐπαθῆ δὲ τὰ ζῶα ταῦτα* haec omisit: *Οὐρῆες λέγονται διὰ τὸ ἄγονον, καὶ οὔρια ὠὰ καλοῦμεν (τὰ ἄγονα). εὐπαθῆ δὲ κ. τ. λ.* Vide de *οὔρια ὠὰ* Schneideri Lexic. Gr. T. II. p. 181. — Etiam simplex Rho (sine ι) interdum habetur pro Gamma, et versa vice. Sic Villoisonus in Eudocia p. 327. v. 5. ab vlt. *ἀρχίνουν* legit pro eo quod Codex habet, *ἀγχίνουν*. Oblitus sum hoc monere ad *Gregor.* p. 481.

De similitudine litterae Phi cum littera Rho v. infra voc. *φασίν.*

Tertiam formam litterae Rho confuderunt cum compendio syllabae ουν. Si rotunditas huius Rho atramento impletur, similitudo nascitur cum compendio syllabae αι, aut cum littera η. Vide infra syllabas ουν et αι, itemque supra litteram Delta. Multi scribae rotundum ductum huius Rho *παραλόγως* grandem, vncinulumque sub eo minimum fecerunt, sic vt ο videre tibi videaris. V. infra voc. *Ἰσοκράτης.*

Duo Rho deinceps posita (ῤῥ) in Cod. Palat. 398. (tab. II. num. 17. v. *ἔῤῥιψεν*), in Cod. SGerm. 345. (tab. V. num. 19. v. *Ἀῤῥιανὸς*), in aliisque Codicibus vetustis nunquam spiritus sibi inscriptos

habent: sed Rho, a quo vox incipit, vt nunc fieri solet, aspero spiritu instruitur. Pro duplici Rho in vetustis Codicibus persaepe simplex scriptum est. V. infra compend. integrarum vocum init.

Sigma. Formae Σ vel in iis Codicibus, quos vetustos dico, nullum vestigium apparet. Vbique reperitur altera forma, C. V. quae supra dixi in littera *E*, cum qua Sigma passim confuderunt.

Quo nunc vtimur finali Sigma (ς), non apparet nisi in nouellis Codicibus. v. *Append.* pag. 12. 45. *Gregor.* p. 251. Priorum librarii temporum vtuntur altera forma, σ: atque hoc Sigma in Cod. Palat. 398. saepe coniungitur cum voce sequente, quando haec incipit a τ, ϖ aut σ. Sic scribitur *εἰστὰ* pro *εἰς τὰ*, *αὐτούστε* pro *αὐτούς τε*, *εἰσϖᾶν* pro *εἰς ϖᾶν* (tab. II. num. 7.). Hoc σ coniunctum cum ϖ interdum neglexerunt, inprimis si rotundus ductus vitio calami confluxerat. Excerpta Apollonii dant *τοι πλέας* pro *τοισϖλεας*, i. e. *τοῖς πλέας*. v. *Gregor.* p. 601. In loco hoc, *τὸν Καῦνον περαιωθῆναι εἰς τὴν τότε ὑπὸ Λελέγων κατεχομένην γῆν, ἔνθα κρήνη Ἐχενηΐς, πόλιν τε κτίσαι* (Parthen. cap. XI.), verba *Ἐχενηὶς, πόλιν* sic scripta sunt, vt tab. II. num. 8. monstrat. Punctum super σϖ, quo separatio harum vocum significatur, itidem in aliis Codicibus occurrit. Conf. ad Longinum Weiskii p. 645. In eodem capite Parthenii ad finem editiones habent:

κλαῖεν ἀηδονίδων θαμινώτερον, αἵτ᾽ ἐνὶ βήσσῃ
Σιθονίῳ κούρῳ πέρι κ. τ. λ.

Legendum cum Codice (tab. II. num. 8.) *ἐνὶ βήσσῃς Σιθ.*, vt in Hymn. Hom. in Mercur. v. 287. legitur *οὔρεος ἐν βήσσῃς*. v. *Epist.* p. 229. Primus Parthenii editor alterum Sigma non animadvertit. Per *ὑποδιαστολὴν* sub σσ indicatur, *βήσσῃς* et *Σιθονιῳ* duas esse voces a se dirimendas: Iotaque subscriptum in syllaba *σῃς*, quod iuxta litteram η esse debebat, supra positum est. Vide supra

in littera Iota. Nonnunquam haec duarum vocum coniunctio, vsque ab illis temporibus repetenda, quibus omnes voces continuo scribebantur, in ipsas editiones scriptorum Graecorum per editorum errorem irrepsit. Aristides Vol. II. p. 143. *ὥςις τῶν Κίων* (corr. *Κείων*. Conf. *Epist.* p. 106.) *ἔφη ποιητὴς*, pro *ὥς τις κ. τ. λ.* Wyttenbachio ad Iulian. pag. 136. legere placet *ὥς ὁ τῶν Κίων ἔ. π.* Koenius ad Gregor. p. 352. in Apollonio Dyscolo dat *ἄλλωςι* pro *ἄλλως τε*. Rectius idem p. 34. in Luciano *ἐς τὴν τότε* (sub. *ἡμέραν*) scribit pro *εστην τότε:* cui loco obseruatio haec palaeographica non parum lucis affundit. Conf. tab. IV. num. 11. — De Cod. Palat. 398. iuuat hoc addere. Si vox *E ψιλῷ* finitur, proximeque insequens a *τ* incipit, librarius, perinde vt in littera *σ*, ambas voces connectit. Sic scribit *ἔπεμπέτε* pro *ἔπεμπέ τε*, *εἶχετῷ* pro *εἶχε· τῷ* (tab. II. num. 9.). Posteriores duae voces leguntur in Antonino Liber. cap. V. *πρὸς δὲ τοῦτο Νεόφρων ὁ παῖς τῆς Τιμάνδρης χαλεπῶς εἶχε· τῷ Αἰγυπιῷ δ' ἦν ἡλικιώτης κ. τ. λ.*

Sigma interdum cum *O μικρῷ* confunditur. Posterior enim littera a priori non differt nisi absentia lineolae, quae illam cum littera proxime sequente copulat: quae lineola si addatur litterae *ο*, iustum Sigma nascitur. Iam vidimus, *ο* in Codice Palat. cum littera proxime sequente nunquam connecti. In Apollonio p. 34. Codex SGerm. dat *αἱ ἐν ἀγροῖο νέμουσαι* (tab. II. num. 9.). Nemo non intelligit, pro *ἀγροῖο* legi oportere *ἀγροῖσ* (*ἀγροῖς*), vt deinde sequitur: *αἱ ἐν ἀγροῖς νεμόμεναι*. Villoisonus, nescio quo casu, dedit *ἐν ἀγροῖς οἶο νέμουσαι*. v. *Gregor.* p. 251. Confusio vocularum *ου* et *σν* in vulgus notissima est. V. praeter alios Pierson. ad Moer. p. 368.

Tau. Vide litteras Gamma, Pi, Chi et Psi, et ob confusionem cum Lambda syllabam *εν*.

Obiter lector aduertat formam litterae Tau in voce *γεννηθέντας* tab. II. num. 2. et in voce *μέντοι* tab.

IV. num. 16. Quam si quis contulerit cum ς̄ in *αὐτός* tab. II. num. 5. aut in *ἑκάςῳ* tab. III. num. 8.: insignem harum litterarum similitudinem statim intelliget, neque mirabitur, eas saepius confusas esse. Similis, sed paullo grandior forma litterae Tau satis prope accedit ad compendium syllabae *ει̅*. Vide infra hanc syllabam.

Duplex Tau in Cod. Palat. 398. ita repraesentatur, vt posterius similitudinem habeat cum littera Gamma. Vide voces *ἐφύλαττον* et *γλώττῃ* tab. II. num. 10.

Ypsilon. Formam huius litterae solennem in vnciali scriptura Codicis Palat. 398. ostendunt voces *ὑάκινθος* et *αὐτοῦ* tab. II. num. 10. Litterae Alpha iunctum Ypsilon sic se habet, vt in voce *Γλαύκων* tab. II. num. 11. e Cod. Plat. 1807. Ita effictum *αυ̅*, quod lector parum exercitatus facile habeat pro *αι̅*, saepissime reperi in Scholiis Codicis SGerm. 249. ad Aeschinem oratorem. Vide verba *οὐδὲ ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ ἐτραυματισεν αὐτὸν, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἑαυτόν* tab. II. num. 11. Alia est in vnciali alphabeto forma *τοῦ Υ ψιλοῦ*, quando ductus sub lineam demissus omittitur: vnde mira existit similitudo eius cum illa litterae Ny forma, qua nunc vtimur (*ν̄*). Vide vocem *προςυπακουστέον* tab. II. num. 3. Tale Ypsilon habet Codex Vindob. Alciphronis (III, 41.) in voce *Δρυάδης*, pro qua legerunt *Ἀρνάδης*. Wagnerus, a me monitus, hac de re dixit T. II. p. 129. Sed ex eius nota, cum typotheta ipsam Codicis scripturam repraesentare non potuerit, parum discas. Hoc me mouit, vt vocem illam effingi iuberem tab. II. num. 12.

Initio vocum *Ypsilon* in scriptura et vnciali et minuscula Codicis Palat. 398. binis punctis insigniri solet. v. *Epist.* p. 53. et tab. II. num. 13. Recentioribus temporibus scribae bina puncta, aut vnum punctum, paene omnibus *ῡ* superscribebant, siue ordiretur vocem haec littera, seu alibi posita esset. Vide supra litteram *Iota.*

In minuscula scriptura *Ypsilon*, vt nemo nescit, facile habetur pro *O μικρῷ*, ac versa vice. Inde scribarum fluctuatio inter *τύπος* et *τόπος*, v. *Gregor.* p. 10., inter *δρυμὸς* et *δρόμος*, v. *ibid.* p. 511., inter *ναῦς* et *ναὸς*, v. *ibid.* p. 613. Indidem ortum vitiosum illud *συμπεφύρηται* pro *συμπεφόρηται*, v. *Epist.* pag. 68.: item *ὁμόδελφυς* pro *ὁμόδελφος*, v. *Gregor.* p. 344. Iunctum Ypsilon antecedenti litterae, e. c. *α, ϑ, σ* etc., saepe sic scribitur, vt haberi possit pro sola appendice illius litterae: quo fit, vt in legendo passim negligatur. In vocibus quidem *διατὸν* et *ταῦτα* (tab. I. num. 3.) discrimen inter syllabas *ατ* et *αυτ* satis manifestum est: sed non omnes scribae eadem diligentia in distinguendis diuersis syllabis vtebantur. Quod enim in Codice 1524. legi oportet *διατὸν*, aliis scribis significat *διαυτὸν*, syllabam *αυ* ταχυγραφικῶς sic effingentibus, vt altera pars litterae *α* valeat *υ*. Eodem modo vox *Γλαύκων* in vnciali scriptura effingitur (tab. II. num. 11.): ac quemadmodum in illa *αυ* facile pro *αι* haberi potest, sic in minuscula *αυ* habuerunt pro *α*, et vice versa. Vide exempla supra allata in littera *Alpha*. De syllaba *ϑυ* conf. voces *ϑυμὸν*, *καϑυπόταξιν* pro *καϑ' ὑπόταξιν* (e Cod. Apollonii Dyscoli), vbi nemo facile negligat in legendo litteram *υ*, siquidem, omissâ illâ litterâ, nascerentur voces plane barbarae. Secus accidit in fragmento dorico *ταῦται ταὶ ϑύραι μᾶτερ*, vbi primus editor, sensum horum verborum ignorans, *ϑραι* pro *ϑύραι* dedit. v. *Gregor.* p. 457. Quomodo *ϑρ* in Apollonii Codice scriptum sit, lector intelliget e vocibus *ἄρϑρον* et *ἀρϑρικὸν* tab. II. num. 14. — Scriptura syllabae *συ* iam e tab. I. num. 10. nota est. Illic Villoisonus legit *ἐπιαμπεπτωκότα* pro *ἐπισυμπεπτωκότα*. In Scholiasta Luciani Ypsilon plane neglexerunt, dederuntque *ἀποσγκος* (sic) pro *ἀπὸ συγκοπῆς*. v. *Gregor.* p. 456. sq.

In minusculo alphabeto *Ypsilon* etiam cum *Ny*

($\bar{\nu}$) confusum esse, ac versa vice, quod tachygraphi ductus rotundos ab angulosis non vbique satis distinguerent, cum per se intelligatur, non operae pretium est exemplis demonstrare. Sic Glossator Theocriti *μάκωνας* interpretatur *φυτὰ κον δαιας*, vbi nemo non videt *κονδαίας* legendum esse. v. *Gregor.* p. 363.

De confusione *τοῦ Υ ψιλοῦ* cum signo *ὑφὲν* v. infra ad calcem huius Commentationis.

Phi. Exempla huius litterae in scriptura vnciali et minuscula Codicis Palat. 398. vide in vv. *Ἀλφειὸς* tab. II. num. 13.

In numis aliisque monumentis Phi interdum effictum est sic: ╋. Sic *ΓΕΓΡΑ╋ΑΤΑΙ* in Tab. Heracl. legendum est *γεγράφαται*, non *γεγράψαται*. v. *Gregor.* p. 484. Sed etiam in Codicibus admodum vetustis Phi sic scriptum esse suspicor: vnde fortasse explicanda confusio litterarum $\bar{\varphi}$ et $\bar{\psi}$, e. c. in Menandro de Encom. p. 90. Vulgo ibi editur *τὴν πέμψιν*. Parisinorum Codicum vnus habet *τὴν μέμψιν*: alius *τὴν Μέμφιν*, quod Heerenius feliciter coniectando eruit. Ibidem p. 73. Codices variant inter *φεύξεται* et *ψέξεται*, etc.

In Codice Apollonii Dyscoli *Phi* nonnihil habet similitudinis cum litteris $\overline{\vartheta\varrho}$. Vide verba *τὸ γὰρ οἱ τοί φασιν Δωριεῖς* in tab. II. num. 14., quorum loco Excerpta pag. 569. ed. Sturz. habent *τὸ γὰρ οιτοι θρας Δωριεῖς*. Haec Sturzius infelicissime mutat in *τὸ γὰρ οἱ, τοί· τοὶ δ᾽ ὀτραλέως, ὡς Δωριεῖς*. Scilicet vir doctus, qui Excerpta illa ex Apollonii Codice concinnauit, deceptus litteris $\overline{\vartheta\varrho}$ vocum vicinarum *ἄρθρον* et *ἀρθρικὸν*, habuit $\bar{\varphi}$ pro $\overline{\vartheta\varrho}$, et pro simplici Sigma, quod est Sigma cum nota tachygraphica syllabae $\overline{\iota\nu}$: nam Codex habet *φασὶν*, non *φασί*. Inspice syllabam $\overline{\sigma\iota\nu}$ simili modo scriptam in vocibus *κατὰ στέρησιν* tab. II. num. 15.

De confusione litterae *Phi* cum littera *Rho* vide infra voc. *φασίν*.

Chi. In scriptura vnciali Codicis Palat. 398. haec littera non differt a minusculo Chi (tab. II. num. 15. vv. *Ἴναχος*). In titulis aliisque monumentis Chi interdum sic formatur: ✢. v. *Epist.* p. 215. inprimisque Hagenbuch. Diatr. de graecis Thes. Murat. marmoribus p. 14. In codicibus *perquam vetustis* eadem, vt puto, forma obtinuit. Hoc si ponas simulque consideres formam litterae Tau in vocibus *τοιοῦτος, διὰ τοῦ* (tab. II. num. 15. e Cod. SGerm. 345.), facile intelligas, cur litterae χ̄ et τ̄ commutatae sint. Sic Eustathii Codices fluctuantur inter *αὐτῇ* et *αὐχεῖ*. v. *Epist.* p. 215. Pariterque suspicor, χ̄ et τ̄, aut potius χ̄ et τ̑ (τῶν) commutata esse in Apollonii Lex. Hom. p. 4., vbi v. *Ἀάατος* haec leguntur: *ἐνίοτε τὸν ἐπιβλαβῆ καὶ δυσχερῆ, ὡς ἐν τῷ· Μνηστήρεσσιν ἄεθλον ἀάατον· οὐ γὰρ οἴω. διὰ δὲ του χ̄, τὴν* (l. *τὸν*) *ἀβλαβῆ· Οὗτος μὲν δὴ ἄεθλος ἀάατος ἐκτετέλεσται.* Villoisonus verba *διὰ δὲ τοῦ χ̄* vertit *in vicesimo secundo libro*, scil. Odysseae, vbi forte fortuna versus a Grammatico citatus reperitur. H. Tollio placet legere *διὰ δὲ τῆς χ̄.* Sed praepositione *διὰ* in talibus citationibus Apollonius nusquam vtitur. Restituo: *διὰ δὲ τούτων τὸν ἀβλαβῆ.* Sic e. c. pag. 64. *Αἴ· τοῦτο δασυνόμενον ἄρθρον ἐστὶ διὰ τούτων* (ita Codex: Villoisonus male dedit *διὰ τούτου*)· *Αἴ μὲν γὰρ κ. τ. λ.* Ibid. pag. 410. *τὸ κατὰ ψυχὴν δὲ χαίρειν καὶ διαχεῖσθαι ἰαίνεσθαι λέγουσι, δι᾽ ὧν φησί· ἰδοῦσά γε θυμὸν ἰάνθη.*

Neque rarior est commutatio litterarum χ̄ et λ̄. Nam si λ, vt factum est tab. II. num. 16. (e Cod. Paris. 2423.), infra lineam producitur, accedente minutulo ductu, qui illam litteram connectat cum proxime sequente, nascitur ex ea χ̄. Rursus scriba Codicis SGerm. 345. passim χ̄ sic pingit, vt facile possit pro λ̄ haberi. Vide e. c. vocem Χ̄υ (Χριστου) tab. VII. num. 6. In Eudocia p. 89. Villoisonus dedit *περιεπωχεῖτο* pro *περιεπολεῖτο.* v. *Epist.*

p. 119. Vnus e Gregorii Codicibus *κάλοιτο* habet pro *κάχοιτο*. V. Koen. ad pag. 274. Doruillius, e cuius animaduersionibus palaeographicis facile discas, quam attentis oculis libros manu scriptos inspexerit, verissime ad Chariton. p. 330. haec notavit: „Manus describentis λ̄ (in voce ἔληται) ita ef„formauit demittendo, vt χ̄ non difficulter euase„rit, et ita ἔχηται videatur haberi."

Denique scriba Codicis SGerm. 345. litteram χ̄ etiam sic pingit, vt nonnullam habeat similitudinem cum ε̄. v. tab. II. num. 16. et 17. In Apollonio p. 204. Villoisonus τροῦ legit pro τροχῶν. v. *Append.* p. 22., vbi formam illam litteram χ̄ typothetae non licuit typis suis fideliter reddere: quem defectum nunc facile supplebis. Articulus ὀκνεῖ, εὐλαβῶς ἔχει, e Timaei Lexico Platonico sumtus est.

Vide etiam de similitudine superscripti Chi cum nota tachygraphica syllabae ω̄ν, quando hanc notam acutus pertransit, infra hanc syllabam.

Psi in scriptura Codicis Palat. 398. et vnciali et minuscula sic effingitur, vt ostendunt voces γύψ, πέμψηται, ἔῤῥιψεν tab. II. num. 17. Hinc orta confusio huius litterae cum τ̄, quando ductus super lineam porrectus euanuit, aut ita tenuis est, vt oculos fugiat. v. *Epist.* p. 147. Conf. tab. II. num. 1. v. μετάληψις. Sic commutantur ψυχὴ et τύχη, εὐψυχία et εὐτυχία, de qua commutatione v. inprimis Schaefer. Melet. Crit. p. 117. sqq.

Omega. Qua nunc in vnciali alphabeto forma huius litterae vtimur, in Codicibus quos vetustos dico nusquam occurrit. Librarii Codicum Palat. 398. et Platon. 1807. quomodo in vnciali scriptura Omega formare soleant, ostendunt tab. II. num. 6. et tab. VI. num. 17.

In Cod. SGerm. 345. *Omega* minusculae scripturae accedit ad *Beta*, cum eoque confunditur. V. supra *Beta*. Iam cum hoc Beta simile sit litterae Alpha, cum qua ideo confundi ibidem vidi-

mus, nemo mirabitur, etiam *Alpha* et *Omega* passim commutata esse. Sed huius commutationis alia etiam ratio reddi potest. V. infra compendium *τοῦ Ω μεγάλου*, vbi simul exempla commemorantur.

B. COMPENDIA

a. *singularum litterarum.*

Alpha. Haec vocalis interdum significatur solâ lineolâ superscriptâ litterae antecedenti. Villoisonus ad Apollon. tab. VII.: „Interdum quoque „Alpha pingitur in MSS. vt Pathach Hebr. super„impositum ad instar fere arabici Phatah, vt *σχῆμ̄* „pro *σχῆμα.*“ Porsonus locis *Epist.* p. 94. et ad *Gregor.* p. 455. citatis hanc posuit regulam generalem: „Linea supra literam, si ea litera est con„sonans, significat *α̅,* si vocalis, *ν̅.* *ἐστι̅* e. g. pro „*ἐστιν* et *π̅ϱαιϱοῦνται* pro *παϱαιϱοῦνται.*“ Hanc regulam, nimis vagam illam, ex iis quae partim ad *Longinum* Weiskii p. 639. sq., partim *Append.* p. 36. dixi, sic finiri oportet: *Lineola, quae ν̅ significat, ac superscribitur vocalibus, tantum in fine vocum reperitur; sed lineola, quae significat α̅, occurrit promiscue in vocibus tam mediis quam extremis, imponiturque et consonantibus et vocalibus.* Solus verborum sensus seriesque orationis docet, in fine vocum lineola vocali superscripta litteram *ν̅* significet an *α̅.* Sic *ἐστι̅,* vt vere Porsonus, est *ἐστιν:* sed *ἐστι̅* est *ἐστία.* Omnino syllabae *ια* paene in omnibus Codicibus seculorum noni, decimi, vndecimi, duodecimi reperiuntur compendiose sic scriptae: *ι̅.* Rarius occurrunt compendia *ε̅, ο̅, υ̅, ω̅* pro syllabis *εα, οα, υα, ωα.* Exempla, quae

Append. l. c. commemoraui, e Codice Hermogenis 1983. sumta sunt. Quod Porsonus ad Homer. Odyss. Ξ, 352. affert θύρηθε, legi potest et θύρηθεν et θύρηθ' ἔα. Sed lineola tali modo superscripta cum facile possit negligi, non mirum, librarios Alpha saepius neglexisse. Sic reperitur ἀπλαῖς pro ἀπαλαῖς. Conf. Boissonad. et Schaefer. ad *Gregor.* p. 653. Indidem orta commutatio verborum in ιζειν et ιαζειν, nominum substantiuorum in ιδης et ιαδης, in ις et ιας, adiectiuorum in ικος et ιακος. v. ad *Longin.* Weiskii l. c. item ad *Gregor.* p. 223. de v. διαθόντα pro διαθάοντα, et p. 455. de v. πρότερος pro πραότερος. In Alciphrone III, 66. Codex a Berglero vsurpatus προῦργος perperam dat pro πνοῦργος, i. e. πανοῦργος. E contrario, cum δια in verbis compositis frequentius sit quam δι, scribae dederunt διατονεῖν pro διτονεῖν, διαφορεῖσθαι pro διφορεῖσθαι. v. *Append.* p. 19. sq. Conf. Schaefer. ad *Gregor.* p. 513. Sic scripserunt etiam παραθέντι pro πραθέντι, παραμένων pro Παρμένων. v. ad *Longin.* l. c. In Etymolog. M. p. 775, 5. pro ὕδας e Suida Scholiisque Homericis necessario legendum ὑάδας, i. e. Ὑάδας. Conf. Larcheri, viri eximii, nunc ipsum prodeuntes *Remarques sur l'Etymol. M.* (*Acad. des Inscr. et Belles-lettres* T. XLVII.) p. 113. Ex ἀνβλυσθαίνειν in Schol. Platon. p. 204., negligentes Alpha superscriptum, fecerunt ἀμβλυσθαίνειν. v. *Append.* p. 56. E contrario in Etymol. M. p. 4, 38. legitur διαναφοδῆσαι, vox nihili, pro διαμφοδῆσαι, quod iam Sylburgio verius visum est. Conf. Apollon. Lex. Homer. p. 10.

In Cod. Palat. 398., Cod. Platon. 1807. aliisque vetustis Codicibus lineola superscripta, quae Alpha aut Ny significat, interdum satis longa est, eiusque tam initium quam finem minutus ductus ad perpendiculum contingit. V. voces τῶν, οὖν, ὀφεῖλον tab. III. num. 1. Commemoro hoc propterea, quod bini isti ductus perpendiculares lineolam hanc

similem faciunt vnciali *Pi* superscripto, vtpote cuius ambae lineae parallelae saepe tam pusillae sunt, vt vix cerni queant (vide vocem *ἐπιτηδεύων*). Haec autem similitudo varios errores peperit. Sic legerunt *ἐν* pro *ἐπὶ* in Scholiasta Platonis p. 249., vbi vocis *ἐφέντες* interpretatio est *ἐπιτείναντες* (non *ἐντείναντες*, tab. III. num. 1.) *ἢ κινήσαντες*. Hoc primum in Cod. 1807. Scholium est, solam spectans vocem *ἐφέντες*. Aliud ibidem Scholium hoc est: *Παροιμία, πάντα κάλων ἐφέντες ἢ σείσαντες, ἐπὶ τῶν κ. τ. λ.* *Ἐν* solum per se in Cod. 1807. passim sic scribitur, vt in vocibus *τὰ δὲ ἐν ἄστει* (Schol. pag. 167.) apparet: sed vbi *ἐν* cum aliis vocibus compositum est, hoc compendium nusquam occurrit, cum lineola mediis in vocibus nunquam significet *ν*. E contrario littera Epsilon, superscripto Pi, solenne est compendium voculae *ἐπί*.

Lineola superscripta, quae significat *α*, in Codicibus recentiorum temporum rarius occurrit. Quo magis his in libris increbrescunt bina puncta sibi superimposita (:), quae videas etiam in Codicibus vetustioribus. Haec puncta, quorum in notis ad *Gregor.* pag. 80. et 111. mentio facta est, maxime post litteras *π, τ, σ, θ, δ, ς* vsurpantur, ponunturque sic, vt ostendunt voces *πατρίδα, παῖδα, τάλαντα, ἀπήτησα, ἐνταῦθα, τὰ περιστατικὰ, κατὰ πάντα, τάξιν*, tab. III. num. 2., quae omnes e Codice Hermogenis 1983. sumtae sunt. Facile confunduntur cum illis duobus punctis, quae iuxta se collocata (..) significant *ι*. Vide tab. III. num. 3. *γράψαντι Λυκόφρονι, ἅρματι.* Posterius exemplum depromtum est e Codice Eudociae (p. 290. ed. Villois.): *ἦν δὲ ὁ χρησμὸς, διελάσαι ἅρματι, καὶ ὅπου ἂν ἐπισχεθῇ τὸ ἅρμα, στῆναι καὶ κτίσαι πόλιν.* vbi Villoisonus male legit *ἅρματα*. Datiuum habet etiam Nonnus MS., quem Eudocia transscripsit. — Praeterea notandum est, syllabam *τα* in certis quibusdam Codicibus sic compendiose scribi, vt in vocibus *καταφανὴς, τοιαῦτα ῥήματα, μεταστῆναι, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν τεθνηκότων, ἐπιθυμοῦντα*, tab. III. num. 3. et 4. e Cod.

SGerm. 249. Conf. *Gregor.* p. 245. sq. et 378. de voce ἔπειτα. In exemplo illo, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν τεθνηκότων (Schol. in Aeschin. p. 756. ed. Reisk.) simul attendendum compendium praepositionis ἀπό.

De confusione signi tachygraphici syllabae ου cum littera *Alpha* vide infra hanc syllabam.

Alpha connexum cum *Gamma* eo compendio pingitur, quod ostendunt voces τραγικὸν, πρᾶγμα κ. τ. λ. tab. III. num. 5. Magna tunc similitudo his litteris intercedit cum syllaba εγ (conf. voces μεγέθει et ἐγχειρεῖ): vt nemo mirari debeat, lectores parum attentos aut doctos ambas syllabas confudisse. v. *Gregor.* p. 132. Quae in Obseruationibus Miscellaneis illic citatis Vol. IX. p. 122. monentur de αγ et εγ, nisi figurae accedant aeri incisae, obscurissima sunt. Nec clariores sunt, quas Reiskius hîc et illic dedit descriptiones scripturae Codicum vetustorum, perexiguo aut potius nullo, vt arbitror, fructu lectorum. Vno defungar exemplo. Scholia ad Aeschinem (Oratt. Graec. Vol. III. p. 753.): τοῦτο (τὸ ὁλόσχοινον) τινὲς λέγουσιν εἶδος εἶναί τινος φυτοῦ ἱμαντώδους, ὡς περὶ τῶν λ (sic) λέγει ὁ Ποιητής. Reiskius. „λ] Sic ed. Brook . . . . In a„pographo Goens. λ est cum crure posteriore pau„lo proiectiore, cui duae lineolae transuersae, tan„quam gemini acuti insident, medium secantes, „cum superimposito circumflexo. Videant sigla„rum graecarum intelligentiores, quid haec sibi „velit.“ Ex hac descriptione vehementer mirer si quis veram figuram illius compendii extundat. Nisi multum fallor, in apographo Goensiano fuit tale compendium vocis λύγων, quale ostendit tab. III. num. 6. Certe hanc vocem dat Cod. SGerm. 249., quem de hoc loco consului. Vsus sum hoc exemplo, vt plane persuaderem lectoribus, palaeographiam sine tabularum aenearum auxilio nullo modo doceri posse, neue quisquam grauaretur, si toties, omissa omni compendiorum descriptione, formas eorum in tabulis repraesentatas citarem. De syllaba αγ hoc addo, interdum similem esse

syllabae $\overline{\epsilon\iota}$ tali compendio scriptae, quale videbis tab. II. num. 17. in voce ἔχει. Quod si quis hoc $\overline{\epsilon\iota}$ cum littera sequente connecteret, $\overline{\alpha\gamma}$ et $\overline{\epsilon\iota}$ non possent nisi sensu verborum dignosci. Iam facile apparet, cur in Scholiasta Aeschinis paullo ante citato p. 750 ἐξαγομένη mutari potuerit in barbarum ἐξειομένη, quod debetur errori perperam legentis vocem genuinam.

Quo compendio scribuntur $\tilde{\alpha}$ et $\tilde{\epsilon}$, vbi adhaerent litterae γ, eodem formata videas, quando connexa sunt cum littera χ. Vide tab. III. num. 6. τραχήλου, διαχέον, ἀχάριστον, et num. 7. τέχνην, ἔχει, quae voces omnes e Codice Longini 2046. sumtae sunt. Propterea $\overline{\alpha\chi}$ et $\overline{\epsilon\chi}$, tanta inter has syllabas similitudine intercedente, in legendo passim confunduntur. Weiskius ad Longin. sect. XLIV. §. 1. p. 648.: „ἐντρεχεῖς] Certo auctore Pearcium „tradere dixi, ἐντραχεῖς in Cod. Par. legi. Sed po-„tuit vel ipse Pearcius labi, non satis perspecta illius „scriptura. Ne multa, Bastius, certior sine dubio „auctor quam Graecus ille, clare et distincte dicit, „ἐντρεχεῖς, non ἐντραχεῖς, in Cod. Parisino legi." Vocem ἐντρεχεῖς, vti in Codice scripta legitur, aeri incidi, verbumque paullo post sequens ἐπέχει adiungi iussi, vt lector ipse iudicet, verene Codicis scripturam enotauerim. Pro ἐπέχει quidem nemini in mentem veniet vt ἐπάγει legat: sed eodem iure legendum ἐντρεχεῖς, non ἐντραχεῖς. Maior etiam in Codice Longini 2046. similitudo intercedit inter $\overline{\alpha\chi}$ et $\overline{\sigma\chi}$. Compara cum exemplis syllabae $\overline{\alpha\chi}$ citatis voces σχημα et ὁλοσχερῶς tab. III. num. 7. Facilius distinguas $\overline{\alpha\chi}$ a $\overline{\sigma\chi}$ in Codice Ven. Hom. A. Vide voces inde sumtas συναχθόμενος Ἀχαιοῖς tab. VII. num. 15. Confusae sunt hae syllabae e. c. in voce οὐρίαχος (Herodot. Diction. Hippocr. p. 616. ed. Franz.), pro qua Codex Paris. 2662. perperam dat οὔρισχος. In Lexico Hesychii Is. Vossius ἀβρίσχεται pro ἀβριάχεται legendum censet.

v. *Gregor.* p. 599. Eadem pagina Lexici Herodot. exemplum dat confusionis syllabae $\overline{\alpha\vartheta}$ cum litteris $\overline{\sigma\vartheta}$ in voce *ψισθοπλόκοι*, quam Interpres Latinus iure habet pro corrupta et in *ψιαθοπλόκοι* mutat. Conf. *Gregor.* p. 551. Tab. III. num. 8. voces *Ἀθήναζε* et *Δημοσθένης* e Codice SGerm. 345. hoc consilio repraesentari iussi, vt lectores, quid similitudinis sit inter connexas litteras $\overline{\alpha\vartheta}$ et $\overline{\sigma\vartheta}$, facile intelligant.

De compendio litterarum $\bar{\alpha}$ et $\bar{\varepsilon}$ in syllabis $\overline{\alpha\zeta}$ et $\overline{\varepsilon\zeta}$, $\overline{\alpha\xi}$ et $\overline{\varepsilon\xi}$ dicam infra, vbi de syllaba $\overline{\iota\nu}$ agam.

Epsilon. Haec vocalis, iuncta aliis litteris, e. c. Kappa, Lambda, My, Ny, *τῷ O μικρῷ*, Pi, Rho, etc., solo hamulo significatur, quem *οἱ ταχυγράφοι* illis litteris addiderunt. Vide voces *δέκα, ἐκινήθη, ἑκάστῳ, μέλαν, μέμψεως, μὲν, λέοντα, περατωθέντα*, tab. III. num. 8. et 9. e Cod. 2423. et Etymol. Sorbon. Hic hamulus cum oculos facile fugiat, causa apparet, cur interdum $\bar{\kappa}$ loco syllabae $\overline{\varepsilon\kappa}$ scripserint. In Etymolog. Par. MS. *εὐεκτικὸν* pro *εὐκτικὸν* lego. v. *Append.* p. 21., vbi typotheta hamulum, qui in Codice ipsum Kappa contingit, perperam supra Kappa posuit. In not. ad *Gregor.* p. 3. idem typothetae vitium in voce *περατωθέντα* occurrit, quod lector ex iis quae hîc notantur facile corriget. Ceterum vere me *εὐεκτικὸν* correxisse, docet alius articulus Etymologici Paris. MS., vbi *ὑγίεια* per *ἡ εὐεξία* explicatur. Sic enim Etymologus: *Ὑγίεια, ἡ εὐεξία, τετρασυλλάβως* *), *ὡς καὶ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ·*

αὗται γὰρ ἐπιθυμοῦσιν ὑγιείας φαγεῖν.

Quod supra in littera Beta citaui *παλιῤῥοθίον*, corruptum est ex *ἐπ᾽ ἀλιῤῥοθίου*, pro quo cum edito Etymolog. rectius scribes *ἐπὶ Ἁλιῤῥοθίου*. Hamu-

*) V. Porson. ad Euripid. Orest. v. 229. SCHAEF.

lo enim litterae π̄ (conf. vocem *ἐπεὶ* tab. VII. num. 16. e Cod. Vat. 305.) semel neglecto, librarius π̄, quod quid solum sibi vellet ignorabat, sequenti voci iunxit.

Vbi voces *καὶ* et *ἐκ* confunduntur, prior tali compendio scripta erat, quale tab. III. num. 9. ostendit, accentusque ei proprius contingebat litteram Kappa. Exemplis citatis *Append.* p. 21. sq. accedat hoc Libanii Vol. IV. p. 938. *ἠν μὲν (ὁ Διομήδης) καὶ τὸν ἄλλον ἄπαντα χρόνον χρήσιμος τοῖς πράγμασι, μάλιστα δὲ κ α ὶ τῆς ὀργῆς διεδειχθη τῆς Ἀχιλλέως, μεμψαμένον τὸν Ἀγαμέμνονα τοῦτου, καὶ τοῦ συμμάχου ἀποστάντα.* Reiskius, si sensum orationis spectes, non male: „Forte *μάλιστα δὲ κ α τ α τ ὸ ν* (scil. *καιρὸν*) „*τῆς ὀργῆς διεδείχθη* (scil. *χρησιμος*) *τῆς Ἀχιλλέως.*" Sed e Cod. Paris. 2918. restituendum *μάλ. δὲ ἐκ* (pro *καὶ*) *τῆς ὀργῆς διεδειχθη* (scil. *χρήσιμος*) *τῆς Ἀχιλλέ-*
χ τ
ως: vocesque *τοῦ συμμα ἀποστάν*, quas sic per compendia scriptas male expleuerunt, legendae sunt *τοῦ συμμαχ ε ῖ ν ἀπο σ τ ά ν τ ο ς*. Veram esse hanc scripturam, quam Cod 3014. dat omnibus litteris plene scriptis neque vllo compendio vsurpato, apparet etiam e pag. 946, 12., vbi phrasis idem significans, *τῆς συμμαχίας ἀποστάντος Ἀχιλλέως*, legitur. De commutatione vocum *καὶ* et *ἐκ* v. etiam Coray ad Plutarch. Vol. II. p. 361.

Hamulus ille litteram ε̄ significans interdum non supra lineam prominet, sed in ipsa linea pictus reperitur. Vide voces *μένει, ἐνέργειαν, ἐν τῇ ψυχῇ*, tab. III. num. 9. e Cod. 2423. Hic Codex, apographum Gregorii Corinthii tenens, me etiam propterea aduertit, quia syllabam ε̄ν hic et illic ita scriptam habet, vt eam, nisi attendas contextum verborum, curesque spiritum, pro littera Kappa habere possis. Vide voces *ἐν τοῖς, καὶ ἐν μὲν τῇ, γ έ ν ει ἐν δόξῳ*, ibid. num. 9. et 10. Hinc intelligitur ratio corruptae in Ammonio v. *διέφθαρται* scripturae *Ἀριστοφάνης κ ό ραις*, pro qua Brunckius Fragm. Aristophan. pag.

213. aliique rectius legunt ἐν ὥραις. Vt ω̄ mutaretur in ō, fecit vitium pronuntiationis.

Iota interdum duobus punctis significatur iuxta se pictis, quae puncta librarii certis quibusdam litteris, veluti σ̄, τ̄ aliisque, superscribebant. Vide supra *Alpha*.

Ny. Lineola imposita vocali, quae in fine vocis legitur, plerumque significat *Ny*: sed etiam Alpha significare potest. Vide supra *Alpha*. Lineola significans ν̄ frequentissime occurrit iis in vocibus, quae in fine linearum (versuum) scriptae sunt. Initio vocum aut in mediis vocibus lineola vocali imposita non significat ν̄, nisi quando, voce ob lineae exitum in partes suas dissectâ, vocalis cum lineola lineam claudit. Sic e. c. in Cod. Palat. 398. fol. 191. verso ᾱ-τέχειν pro ἀντέχειν, fol. 199. verso πολυφό̄-τη pro Πολυφόντη, aut in Scholiis Codicis Hermogen. 1983. fol. 136. recto συμφέρο̄-τι (tab. III. num. 10.) pro συμφέροντι. Alpha et Ny legentes interdum confuderunt, quando littera impositam habens lineolam minus distincte scripta omninoque (vt e. c. *A* et *Δ*) ad errores gignendos prona esset. Sic in Scholiis Platonicis pag. 186. ediderunt καὶ παρὰ τὴν ΛωτοφαγίΑΝ νῆσον, ἀ νέχουσαν τῆς χώρας κ. τ. λ. Sed Codex 1807., vnde hoc Scholium sumtum est, dat ΛωτοφαγίΔΑ. Vid. tab. III. num. 10. Porro pro ἈΝέχουσαν ex eodem Codice scribendum ἈΠέχουσαν. In vnciali scriptura tachygraphorum *Π* facile habeas tam pro *N*, quam pro *H*. Posterioris commutationis exemplum dedi in littera *Eta*. Vide etiam ad *Gregor*. p. 216., vbi monui, in iisdem Scholiis Platonicis ἈΝαγορεύει lectum esse pro ἈΠαγορεύει.

Rho. *Rho* sequens post *Phi* cum hoc sic connectitur per notam tachygraphicam, vti ostendunt voces φρένας, φρὶξ, σφραγὶς, φράσον, tab. III. num. 10. e Codicibus Eudociae et Pseudoherodiani Epimer. Litteras φ̄ρ̄ tali modo connexas interdum habuerunt pro solo φ̄. v. *Epist*. p. 186. Inde natum e. c. ἀει-

φουρος pro ἀείφρουρος. v. *Gregor*. p. 349. Regulae prosod. Hermanni p. 434, 64. τὸ μέντοι ἶξ καὶ φῖξ ἐκτείνονται. Pro φῖξ, voce nihili, legendum φρὶξ, vbi Iota producitur. Quod paullo ante legitur φρὶξ, eius loco ponendum πλὶξ e Codicibus Parisinis. V. ibid. p. 447, 118., vbi Hermannus σφαγὶς mutat in σφραγίς. Pariter Coray ad Aelian. Var. Hist. IX, 16. p. 321. φράσιν dedit pro φάσιν. Conf. Valckenar. ad Herodot. p. 207.

Tau. *Tau* post ϖ saepe indicatur minutâ lineolâ. Vide tab. I. num. 15. v. καλυπτόμενα, et tab. III. num. 11. Ideo ϖτ interdum habuerunt pro simplici ϖ. Sic in Antigono Carystio Xylander legit πρὸς πάντας pro προςπτάντας. v. *Epist*. pag. 80. E corrupto πτετροείμονες in Phlegonte Tralliano facio πτεροείμονες: Xylander, prius Tau non animaduertens, mutat in πετροδείμονες. v. *ibid*. p. 69. In Hesychio Schaeferus pro ἀπεπόμην legit ἀπεπτόμην. v. *Gregor*. p. 547. Pro ῥῶπας in Scholiasta Dionysii Thracis legendum ῥάπτας. v. *ibid*. p. 259. Pariter ἐπίλαμπος reperitur pro ἐπίλαμπτος. v. *ibid*. p. 532. Item λοξοβλεποῦντες pro λοξοβλεπτοῦντες, quod necessario restituendum Thomae Magistro p. 220. Conf. Valckenar. ad Herodot. p. 583. E contrario σκέπτειν reperitur pro σκέπειν in Schol. Luciani Vol. II. p. 634., v. *Epist*. p. 267. not. 106., ἔκπτυστον pro ἔκπυστον in Aristaen. I, 20., αἰγυπτίων (vtpote vox notior) pro αἰγυπιῶν in Lex. Herodot. p. 175. secundum Apographum Cod. SGerm., etc.

Omega. Ad hanc vocalem indicandam tachygraphi notâ vsi sunt, quae simillima est circumflexo typothetis nostris vsitato, litteraeque antecedenti superscribitur. Vide voces περατωθέντα tab. III. num. 9., καταβῶμεν tab. III. num. 12. (e Cod. Hermog. 1983.), τῷ πολέμῳ, ὁμολογῶ (e Cod. SGerm. 249.). Iam cum ductus significans litteram α interdum sic formetur, vt in vocibus ἄστρων et αὐτὸν tab. III. num. 12. (e Cod. Longini 2046.), coll. vv. ἐγγυτέρω et κάτω num. 13. (indidem): factum

est, vt ᾱ et ω̄ commutarentur. Accidit hoc e. c. in verbis χαρίζεσθαι et χωρίζεσθαι, in nominibus χράματος et χρώματος, in χάριν et χωρίον. v. *Gregor.* p. 183. V. etiam p. 259. ῥῶπας pro ῥάπτας, et p. 330. πολλῶ pro πολλά. Ob eandem causam ω̄ legerunt pro ῡ in πλαδδικῶ pro πλαδδιῆν. v. *Gregor.* p. 229.

Interdum notam illam tachygraphorum similem nostro circumflexo plane neglexerunt, ideoque omiserunt vocalem ω̄, vbi legi debebat. Huc refero hanc glossam Hesychii: Τμήδην, ... ἀποκεχρισμένως. Ita Codex. Toupius Emend. Vol. IV. p. 313. corrigit ἀπεσχισμένως. Sed longe probabilior est L. Bosii emendatio ἀποκεχωρισμένως, quam Albertius in textum asciuit. Etiam Villoisonus Omega ita superscriptum negligens in Scholiis ad Il. Δ, 412. dedit τέττω, τεττιξ (sic), καὶ τιτίζω, pro quo e Cod. Ven. A. legendum τέττω, τεττίζω καὶ τιτίζω.

In *recentiorum temporum* Codicibus nota tachygraphica syllabae ων similis est circumflexo admodum grandi nostrorum typorum. Vide e. c. ἁρμάτων, πρεσβυτέρων etc. tab. V. num. 4. sq. Hanc ob causam, qui conferebant *vetustos* Codices, interdum notam significantem Omega (˜) habebant pro compendio syllabae ων. Ita errauit Villoisonus non tantum in loco Scholiorum Homericorum citato ad *Gregor.* p. 24. sq. v. φαίνων etc., sed etiam alibi.

Infra in voce ζήτει lectores locum reperient, in quo compendium indicans *Omega* habitum est pro accentu graui.

b. *singularum syllabarum.*

Compendiaria scriptio singularum syllabarum *plerumque et ex regula* sic fieri solet, vt nota tachygraphica antecedenti litterae superscribatur. E. c. tab. I. num. 5. syllaba ων in voce βασιλεύων sic est effcta, vt eius compendium super εν scriptum

appareat. Pari modo scribae vsi sunt compendiis plurimarum aliarum syllabarum, pro quibus tachygraphi notas peculiares excogitarunt. Sunt tamen inter has notas tachygraphicas, quae passim non tantum *superscribantur*, sed etiam *adscribantur* siue in ipsam lineam immittantur. Haec ratio est variarum confusionum, ignorata illa multis, quorum in manus non venit magnus numerus Codicum. Huiusmodi syllabae sunt ας (conf. *ποιᾶς* tab. II. num. 3.), εν (v. *ἐνταῦθα* tab. III. num. 2.), αν, ως et aliae, quarum infra dabo exempla. Hîc et illic nota tachygraphica superscribitur simulque connectitur cum littera antecedente. Vide *φασὶν*, *κατὰ στέρησιν*, tab. II. num. 14. et 15. vbi priorem vocem legerunt *θρας*, plane negligentes syllabam ιν connexam cum antecedente σ. Vide etiam voces *θηλυκῶς τι*, pro quibus Ruhnkenius perperam legit *θηλυςί τι* (*Gregor.* p. 90.), item *γραμμικῶς* et *συνεχῶς*, tab. III. num. 13., has quidem sumtas e Codice Eudociae, vbi ως perinde connexum est cum κ et χ. Pro *γραμμικῶς* Villoisonus p. 225. legit *γραμματικῶς*, v. *Gregor.* p. 283. sq., et pro *συνεχῶς* p. 295. dedit vocem minime graecam *συνεχθῶς*, quippe ductum rotundum in altera parte litterae χ habuit pro compendio litterae θ, cuiusmodi θ sic connexum cum littera χ reuera aliis in vocibus reperitur. Vide *ἐχθρὰ* ibid. e Cod. Vatic. 305. *Συνεχῶς* recte habet Cornutus cap. 14., cuius scrinia Eudocia compilauit.

Idem Villoisonus ad Apollonii Lexicon Homericum longum dedit catalogum signorum tachygraphicorum singularum syllabarum, quem *Tabulam Terminationum* propterea, vt puto, inscripsit, quia haec signa in Cod. SGerm. 345. Apollonium tenente compendiariae scriptioni syllabarum *finalium* inseruiunt. Sed ne quis ideo credat, veteres librarios his signis tantum ad compendia *finalium* syllabarum vsos esse: nam ipsa illa signa, quae

Villoisonus explicauit, haud raro obtinent in mediis vocibus, adeoque initio vocum. Vide, quod paullo ante citaui, *ἐνταῦθα* tab. III. num. 2., *τάλαντα* ibid., *προςυπακουστέον* tab. II. num. 3., *μάλιστα, μαρτυρεῖ, ἡ πρεσβυτις* tab. III. num. 13. e Cod. SGerm. 249.

Quid consilii Marklandus secutus sit, cum Iphigeniis Euripidis a se editis adiungeret Catalogos vocum, quarum *vltimas* syllabas in textu illarum fabularum vitium traxisse arbitraretur, parum fateor me intelligere. Nam quamuis, si vetustorum scripturam Codicum multo vsu cognitam habeas, partem commutationum, quas illi Catalogi complectuntur, *παλαιογραφικῶς* explicare possis: Marklandus tamen de hac explicatione prorsus tacet, ne suspiciones quidem promens de rationibus et causis illarum commutationum. Itaque a viro egregio hac de re non plus discas, quam a multis aliis philologis, qui nihil aliud quam exempla dant confusionum, de earum causis tacentes.

1. *syllabae αι.* Hanc syllabam in scriptura et vnciali et minuscula significat vncinus, qui additur litterae antecedenti porrigiturque infra lineam. Dixi de hoc compendio ad *Gregor.* p. 82., vbi voces a typotheta non sic vt oportebat expressas, *καὶ, δορυφοροῦσαι, φλυαρῆσαι, ῥαψωδῆσαι, ὑπακοῦσαι,* secundum tab. III. num. 14. (e Cod. Platon. 1807.) emendabis. In Scholiis Homericis Villoisonus *τὸ ἀρχὴν* male legit pro *τὸ ἀρχαῖον* (tab. VII. num. 16.). v. *Gregor.* p. 419. Hoc *αι* et in vnciali scriptura *σαι* similitudinem habet cum compendio syllabae *ουν*: *αι* porro simile est litterae *ρ*, notae cuidam tachygraphicae particulae *καὶ*, itemque compendio syllabae *εν*. En aliquot commutationes, quarum causa est haec ductuum affinitas.

a) In Scholiasta Platonico p. 181. pro voce *ἡγήσαιτο* (tab. III. num. 15.), neglecto altero Eta, legerunt *ἡγοῦντο*. V. infra syllabam *ουν*. E contrario in Etymologico Sorbon. haec leguntur (tab. III.

num. 15.): τὸ γὰρ βαι βῶν λέγουσιν (οἱ Δωριεῖς). Βαι vox est sensu carens. Sed Dorienses dicebant βῶν pro βοῦν. Nemo igitur dubitet, librarium pro αι habuisse, quod legendum fuit ουν. v. *Gregor.* p. 82.

b) Syllaba αι post litteram δ habet, e. c. in Codice Etymologici Sorbon. ,! nonnihil similitudinis cum littera ρ, id quod lectores facile intelligent, si nomen Δαίδαλος cum verbis δρῶ et ἔδραμον comparauerint. Itaque probo emendationem Koenii in Hesychio corrigentis αδρὸν, δαψιλὲς, pro barbaro illo ἀδαιόν. v. *Gregor.* l. c. et p. 323. Hac opportunitate inuitatus moneo, *Eta* in eodem Codice Sorbon. interdum eodem plane ductu pingi, quo αι, ac praecedente δ, perinde vt illam syllabam, cum littera *Rho* confundi posse. Vide voces σεσηπὸς, ἔχρηζεν, αἴδηλος et ἀρίδηλος, Δημήτηρ ἡ γῆ τουτέστι δηιου μήτηρ. Sic ἀφίξη in Etymolog. Parif. Ms. soli debetur errori perperam legentis verum ἀφῖξαι. v. *Append.* p. 53.

c) Vbi pro syllaba αι legeretur copula καὶ, huius forma ea librariis imponebat, quam cernere licet tab. VI. num. 8. et 9. e Cod. Marc. Hom. Sic in Menandro de Encom. ed. Ald. perperam legitur δήμους καὶ λίγειαι pro δὴ μοῦσαι λίγειαι. v. *Gregor.* p. 162. Villoisonus in Schol. Venet. ad Il. Δ, 345. legit ἀπρεπωσι (sic) pro ἀπρεπῶς καὶ (tab. VI. num. 9.), habens notam tachygraphicam particulae καὶ pro Iota infra lineam porrecto. (Conf. γίνεται tab. VII. num. 16. e Cod. Vatic. 305.) Eodem modo αι et Iota confusa sunt in Codice Charitonis (v. Doruill. p. 315.), qui βεβαίωται male dat pro βεβίωται. Eadem scripturae diuersitas occurrit in Libanio Vol. III. p. 11, 28. τοῖς βεβιωμένοις σώζεσθαι, vbi e Cod. 3017. vitiosum βεβαιωμένοις enotaui. Sic in Alciphrone III, 41. variatur inter ἀγαπῶσαι et ἀγαπῶσι. Ἐστὶ pro ἔσται Villoisonus in scriptoribus, quos primus

publicauit, saepius dat, tam in locis citatis ad *Gregor.* p. 576. sq., quam alibi *).

d) E comparatione vocum Τίμαιος ἐκ Λοκρῶν, οἶμαι (e Cod. Platon. 1807.), et εἴργεσθαι, μαινόμενος, στηριζόμενος (e Cod. SGerm. 345.) tab. III. num. 16. lectores facile intelligent, εν compendiose scribi vt αι, neque harum syllabarum commutationem mirabuntur. In Phrynicho MS. dat Codex SGerm. (tab. III. num. 16.) Ἀράμαιον (omnibus litteris plene distincteque scriptis) φέρειν· ἀττικὴ ἡ σύνταξις δὲ εἰπεῖν ἄραντα. Corrigo ἀράμενον *Epist.* p. 262. Vide etiam *Gregor.* p. 82. 131. et 174., vbi commemoratur scripturae diuersitas inter βαδιοῦμεν et βαδιοῦμαι. Conf. Porson. ad Euripid. Med. v. 1379. Voces ἐβίασεν (non ἐβίασαι) μου τὴν γυναῖκα sumtae sunt ex Antiatticista SGerm. MS. Integer articulus hic est: Βιάσαι ἀντὶ τοῦ βιάσασθαι. Ἀλκαῖος· ἐβίασέν μου τὴν γυναῖκα. Menander de Encom. p. 58. ἵνα δέ σοι τῶν θεωρημάτων τούτων παραδείγματα ὑπάρχῃ, ἑκάστου μὲν ἐκθήσομεν δύω, εἰπὼν πρότερον κ. τ. λ. Nemo dubitabit, pro ἐκθήσομεν e Cod. Paris. 2423. ἐκθήσομαι legendum esse.

Vncinum illum significantem εν aut αι passim in legendo neglexerunt. Schol. Ven. ad Il. Δ, 319. μετοχαὶ... ἤ τε κτὰς καὶ κτάμενος, ἀπαρέμφατον τὸ κτημα. Sic Villoisonus. Sed quis vnquam infinitiuum κτῆμα fando audiuit? Scilicet editor non modo neglexit vncinum adhaerentem litterae μ, sed alia etiam nouare ausus est. Restituendum e Cod. Ven. (tab. VII. num. 17.) κτάμεναι. Ibid. v. 440. Villoisonus dedit: μότα τὰ ἐπιθέματα τοῖς κοίλοις τραύμασιν ὀθόνια προς ἀναπλήρωσιν τῆς σαρκός. Ἐπιθέματα corruptum est ex ἐπιθέμενα, pro quo corrigam ἐπιτιθέμενα: nam syllaba πι videtur sequentem τι hausisse. A ne-

*) Conf. Porson. ad Euripid. Hecub. v. 894. Schaef.

glectu vncini significantis syllabam $\overline{\alpha\iota}$ repeto etiam hunc errorem in Suidae Lexico: Ἵππυς Ῥηγῖνος…, ἔγραψε… Χρονικὰ ἐν βιβλίοις ε, Ἀργολογικῶν $\overline{\gamma}$. Pro vltima voce manifesto corrupta, quam omnes editiones habent, Kusterus post alios legendum censet Ἀργολικῶν. In Codice Parisino reperi ἀρχολογικῶν, quod etsi non magis sanum est, tamen ad genuinam scripturam ducere videtur. Nam iuxta $\overline{\chi}$ (vide vocem paullo ante citatam ἀρχαῖον) vncinus facile negligi, ideoque ἀρχολογικῶν pro ἀρχαιολογικῶν scribi potuit. Hanc coniecturam primum mea mihi suggesserat librariorum τοῦ κακοήθους experientia: nuper ab Eudocia p. 245. confirmatam reperi.

Syllaba $\overline{\alpha\iota}$ post $\overline{\tau}$ ταχυγραφικῶς sic scribitur, vt ostendunt voces λέγεται, μέμνηται, γίνεται, αἴσθηται (tab. III. num. 16. tab. IV. num. 1. e Cod. SGerm. 345.). Si $\overline{\tau\alpha\iota}$ superscribitur, simile fit compendiose scriptis syllabis $\overline{\tau\iota\kappa o\varsigma}$, finalibus illis classis cuiusdam adiectiuorum; quodque modo commemoraui αἴσθηται, in diuerso contextu verborum legi potest αἰσθητικός. v. *Gregor*. p. 110. Sequens exemplum syllabae ται ταχυγραφικῶς scriptae sumtum est e Scholiis Platonicis p. 165., vbi legi debet λέγεται διαφέρειν. In edito Scholiasta perperam dederunt λέγεται ἐπιδιαφέρειν. Qui in Ruhnkenii vsum Codicem euoluit, cum syllabam ται bis legeret, altera vice habuit pro superscripto Π, sic visus sibi legere praepositionem $\overline{\varepsilon\pi\iota}$. V. supra compend. litterae Alpha. Caue igitur compositum ἐπιδιαφέρειν, quod Lexicographi omiserunt, ex illo Scholiastae Platonici loco in Lexica inferas.

De voce γίνεται monui ad *Gregor*. p. 512., citans Piersonum ad Moer. p. 343., passim confusam esse cum indefinito pronomine τινές. Hanc confusionem per se miram quo clarius lector intelligat, vtramque vocem tab. IV. num. 1. repraesentari iussi. Locus ἡ ὀλιγαρχία γίνεται δημοκρατία sumtus est e

Scholiis Platon. 1807., verba ἦσάν τινες τιμιώτεροι e Codice SGerm. 249. Quod si, vt nonnunquam fit, in voce γίνεται omittitur Tau cum vncino significante αι, et in voce τινὲς superscripta syllaba ες, paene omne harum vocum discrimen redit ad litteras tam facile commutabiles Γ et Τ.

Addo, syllabam αι in vnciali scriptura interdum sic pingi, vt ostendunt voces πολιτεῖαι ἐπαινεται (tab. IV. num. 2. e Cod. Platon. 1807.). Eadem nota passim superscribitur.

De commutatione syllabarum αι et ες vide infra syllabam ες.

2. *syllabae* αις. In vetustis Codicibus haec syllaba saepe non ταχυγραφικῶς, sed plene integrisque litteris scribitur. In Codice SGerm. 345. ταῖς plerumque sic scriptum est, vt tab. IV. num. 2. In Cod. Platon. 1807. notam tachygraphicam syllabae αις, quae similis est duabus apostrophis iuxta se positis, cum alibi, tum in voce χαλεπαῖς (p. 187. ed. Ruhnk.) reperi. Nonnunquam αις, perinde vt ες (vide infra hanc syllabam), vna apostropho indicatur. Id propterea factum, quia αις et ες eodem sono pronuntiabantur.

3. *syllabae* αν. Vetustissimam huius syllabae notam, quam in Codicibus reperias, cernere licet in vocibus πρὸς τὴν κοιλίαν, κόλλαν, ὅταν πέσωσιν, tab. IV. num. 2. e Cod. Platon. 1807. Posterioribus temporibus angulosus eius ductus magis deflectebat in rotundum, syllabaque αν sic pingebatur, vt in τάλαντα et πάντα tab. III. num. 2., et in ἦσαν tab. IV. num. 1.

Frequens confusio syllabarum αν et ας recentioribus temporibus saepe non tam oriebatur e similitudine compendiorum, quam ex ignorantia legentium et conferentium libros manu scriptos, quorum in animis ambarum notarum clarae notiones

non informatae essent. Quanquam in Codicibus vel peruetustis exempla commutationis harum syllabarum occurrunt. E. c. Codex Palat. 398. dat ἀφ᾽ ἑσπέραν pro ἀφ᾽ ἑσπέρας, v. *Epist.* p. 21., repetitque hunc errorem aliis aliquot locis, v. *ibid.* p. 30. Vox modo citata κολλαν legitur in Scholiis Platonicis p. 181., vbi textus Ruhnkenianus habet κόλλας. Etiam πρὸς τὴν κοιλίαν male legerunt, mutaruntque p. 186. in πρὸς τὰς κοιλίας. Vide quae monui ad Alciphronem ed. Wagner. T. II. p. 120. sq. Loca Scholiorum Homericorum et Eudociae, vbi Villoisonus αν et ας confudit, innumerabilia sunt: quare de iis tacere praestat.

Si compendium syllabae αν non superscriptum, sed iuxta ceteras litteras in ipsa linea locatum esset, confundebatur nunc cum *E ψιλῷ*, nunc cum Iota, nunc cum *O μικρῷ*.

Cum E ψιλῷ. v. *Gregor.* p. 7., vbi Cod. a. παρ θησε pro παρείθησαν dat. Conf. voces ἐκεῖσε et ἦσαν tab. IV. num. 3. e Cod. Palat. 398. et Paris. 133. Hinc lector intelliget, Epsilon tantum minutâ lineolâ, quam in medio habet, a compendio syllabae αν differre. Vide etiam *Epist.* p. 186. not., vbi occurrit scripturae diuersitas inter ἐνέθλασαν et ἐνέθλασε. In Hesychio p. 20. hic est articulus: Ἀβολῆσαι, ἀπαντῆσαι. Ἀβολεῖν, συνετήσειν. Postrema vox manifesto debetur errori ita legentis quod legendum erat συναντήσειν. Corrigo, insertâ *in medio* syllabâ, cuiusmodi syllabae saepius in Hesychio interciderunt (conf. *Gregor.* p. 560.), Ἀβολήσειν, συναντήσειν, quo pacto etiam seriei litterarum consulitur. Iusto audacior est Ruhnkenii (v. Supplem. ad Hesych.) coniectura Ἀβολεῖν, συντυχεῖν propterea corrigentis, quia Lexicon SGerm. rhet. soph. dat ἀβολήσας, συντυχών.

Cum Iota, quando haec littera sic pingitur, vt in voce ὑγιὲς tab. IV. num. 3. e Cod. SGerm. 345. Tale Iota simile est compendio syllabae αν; vt facile appareat, cur commutata sint e. c. ὅταν et ὅτι. v. *Gregor.* p. 115.

Cum Ομικρῷ. v. *Gregor.* p. 80., vbi Cod a. προσῄεσο habet pro προσῄεσαν. Nam fuerunt librarii, qui compendium syllabae αν cum littera antecedente sic coniungerent, vt factum est in verbo ἐξεκόμισαν tab. IV. num. 3. e Cod. Vat. 305. Ita vero αν, nisi series orationis repugnet, cum ο facile potest confundi.

Denique notandum est, librarium Codicis SGerm. 249. notam syllabae αν etiam ibi ponere, vbi αμ scribere vult. Conf. locum τινὲς κοινῶς αὐτὸ λαμβάνουσι, itemque verbum ἐλάμβανεν, tab. IV. num. 3. Contemplanti haec exempla vni amicorum meorum non improbabile videtur, veteres αν et αμ eodem sono pronuntiasse.

4. *syllab e αρ.* Compendium huius syllabae lector iam habet cognitum e voce μαρτυρεῖ tab. III. num. 14. In vocula γὰρ sic pingitur, vt apparet tab. IV. num. 4. e Cod. SGerm. 249. Posterioribus temporibus nota haec formam induebat paullo magis rotundam, vt in altero γὰρ e Cod. Etymolog. Sorbon.

5. *syllabae ας.* Compendium huius syllabae in Codicibus vetustissimis et recentissimis idem est. Vide ποιᾶς et δαπάνας tab. II. num 3., πολιτείας tab. V. num. 10. e Cod. Platon. 1807., ἐκτείνας, τὰς ὀργὰς tab. IV. num. 4. e Cod. SGerm. 345., ζηλώσαντας ibid. ex Etymolog. Sorbon. Vltima vox ostendit, quomodo librarii compendium syllabae ας cum littera antecedente coniunxerint. In χρήσασθαι hoc compendium media in voce positum est. Priusquam Reiffiana Artemidori editio prodiisset, in Oneirocritico l. V. c. 53. χρῆσθαι legebatur pro χρήσασθαι, quia neglexerant compendium superscriptum syllabae ας. v. *Epist.* p. 137. Atque in vniuersum moneo, compendia sic superscripta persaepe a lectoribus librorum manu scriptorum neglecta esse, plurimosque locos sola eorum restitutione posse ad sanitatem reuocari. In

Choricio (Anecdot. Villoison. Vol. II. p. 64.) hic locus editorem male habuit: *ὅθεν ἀποροῦντες οἱ νόμοι τὴν αἵρεσιν αὐτῷ τῶν δωρεῶν ἀπονέμουσιν ἐρυθριῶντες αὐτοί· τὸ γὰρ ὁρίσαι, πάντως λειπόμενον τῆς ἀξίας.* Legendum esse censet aut *τὸ γὰρ ὁρισθὲν πάντως*, aut *ἐρυθρ. αὐτοί τί γ᾽ ὁρίσαι παντως.* Sed pro *γὰρ* scribendum *γέρας*, hoc modo: *ἀπονέμουσιν, ἐρυθριῶντες αὐτοὶ τὸ γέρας ὁρίσαι πάντως κ. τ. λ.* Scilicet compendio syllabae *ας*, quod syllabae *γερ* superscriptum erat, neglecto, factum est, vt reliquum *γερ*, vtpote sensu carens, in *γὰρ* mutaretur.

Si compendium syllabae *ας* tam pusillum est, vt in vocibus *τὰς ὀργὰς*, multum habet similitudinis cum compendio syllabae *ου*. Vide vocem *προςυπακουστέον* tab. II. num. 3. Haec causa est, cur *ας* et *ου* saepius commutentur. v. *Append.* p. 11. Exemplis illic citatis accedat hoc Libanii Vol. IV. p. 994. *ἐκάλει μὲν ὁ Τρωϊκὸς πόλεμος τοὺς ἀρίστους, δοκιμάζων στρατιώτας εὐψυχίαν.* Reiskius ad h. l.: „forte *στρατιώτου* vel *στρατιωτικήν.*" Illud confirmant plures Codices Parisini.

Praeterea monendum, scribam Codicis Apollonii Dyscoli (conf. voces *ὧδε, τοιόςδε, ὅπου γε, εἷλε, ἥρπασε, ὅτε*, tab. IV. num. 4. et 5.) Epsilon, inprimis post Delta, Lambda, Sigma, Tau etc., sic pinxisse, vt notam tachygraphicam syllabae *ας* referat. Hinc intelligitur causa, cur *ε* et *ας* confusa sint. Sic in Dracone MS. *περὶ μέτρων ποιητικῶν* fol. 46. vers., vbi agitur de quantitate litterae *α* ante *β*, nuper haec legi: *οὐ μάχεται τὸ ἄβαλας, ἐκτεῖνον τὸ α.* Nemo dubitabit, *ἄβαλας* natum esse ex errore sic legentis quod legendum fuit *ἄβαλε*, quomodo recte habent Regulae prosod. Hermanni p. 445, 109. In Aristide T. II. p. 465. perperam editum *πάντας* pro *πέντε*. Vide hoc *πέντε*, vti scribitur e. c. in Cod. SGerm. 345., tab. IV. num. 5. Iis quae ad *Gregor.* p. 143. dicta sunt nunc ad-

do, ἔγραψε perinde vt ἔγραψεν nasci potuisse ex ἔγραψας. In Libanio Vol. IV. p. 787, 20. Reiskius, non imperitus ille scripturae Codicum, vitiosum ὀψοποιοῦσθε καὶ οἰνοχόους sic emendare vult, vt, omisso θ mutatoque ε in ας, ὀψοποιούσας scribat. Non assentior, sed corrigo ὀψοποιούς τε καὶ οἰνοχόους, quomodo Libanium scripsisse nemo, vt opinor, dubitabit. Conf. Vol. IV. p. 167, 1. τράπεζαν ἐξ ἀργύρου, ὀψοποιὸν (leg. secundum Codices Bau. et Par. 3017 ὀψοποιους), οἰνοχόους κ. τ. λ. Scripturae diuersitates initio Longini, πέφυκας et πέφυκε, εἶπας et εἶπε, (v. Weisk. p. 550.) natae non aliunde quam ex erroribus perperam legentium scripturam genuinam. Sic in Libanio Vol. IV. p. 913, 20. ἐτόλμησε male dederunt pro ἐτόλμησας, quomodo e Cod. 2918. in phrasi: τοῦ δὲ χάριν, ω κακὴ κεφαλὴ, ταῦτα ἐτόλμησε; restituendum est. Conf. ibid. Vol. IV. p. 918, 23.

Morellus ad Liban. (Vol. IV. p. 952, 6.) haec notavit: „ἀκούσας* γάρ. In Codice Reg. vetustis„simo et *a praepete notarum ministro* exarato, „quo vnico sumus vsi, τὸ ἀκούσας, vt edidimus, „compendiarie scriptum est: quod cum sit ἀνακό„λουθον, coniecimus reponendum, ἤκουσας vel „ἠκούσαμεν.“ Pro certo non dicam, quo numero Codex a Morello vsurpatus nunc insigniatur, sitne vnus illorum, e quibus tot iam egregias in Libanio scripturas erui. Sed probabile mihi fit, Morellum „praepetem notarum ministrum“ hoc quidem loco parum intellexisse: nam pro ἀκούσας necessario legendum cum Cod. Paris. 2918. ακούεις. Morellus hunc praesentis vsum videtur ignorasse. Sic idem Libanius Vol. IV. p. 7, 6. Πρίαμον, ὃν ἀκούομεν περὶ τὸ θεῖον ἐσπουδακέναι. Conf. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 213. et Boissonadus ad Philostr. Her. p. 397.

Vide etiam syllabas αν et εν, quibuscum syllabam ας item confuderunt, infraque vocem Ἀππιανός.

6. *syllabae* ει. Huius iam satis habuimus exemplorum tab. I. num. 3. 8. et 13., tab. II. num. 7. et 9. etc. Interdum ει, etsi non positum in fine lineae, *παραλόγως* pingitur ductu multo grandiore, quam ceterae litterae (conf. vocem *ἐνέργειαν* tab. III. num. 9.): interdum sic, vt in *ἐπεὶ* tab. VII. num. 16. (e Cod. Vatic. 305.), aut vt in *εἰρήνης* et *εἶναι* tab. IV. num. 5. (e Cod. Paris. 3017.), vbi, si apex superior in oculos non incurrit, simile est notae ȣ; qua re factum, vt ει et ου commutarentur. v. *Epist.* p. 70. Sic in Herodiano *περὶ σχημάτων* (Villoison. Anecd. II. p. 90.) legitur *οὐ φεύξομαι γαῖαν ἐκβεβλημένη* pro *εἰ φεύξομαί γε γαῖαν ἐ.* Euripid. Med. v. 512. Pors. Codex Paris. 2929., item tenens Herodiani apographum, dat *ἢ φεύξομαί σε γαίας ἐκβ.* Postrema nota syllabae ει refert etiam litteram τ, prout haec passim scribitur in Cod. 2423., e. c. in vocibus *ἀντὶ* et *αὔτη* tab. VII. num. 17.

De confusione litterae α syllabaeque ει dixi supra in littera Alpha: de ει perperam lecto pro αγ supra in compendio litterae Alpha. De confusione syllabarum ει et ουν dicam infra in syllaba ουν.

7. *syllabae* ειν. Haec syllaba in vetustissimis Codicibus compendiose sic scribitur, vt nota tachygraphica syllabae ην bis deinceps ponatur. Vide voces *πῶς δεῖ νοεῖν*, *ποιεῖν*, *εἰπεῖν*, *γινώσκειν*, tab. IV. num. 5. et 6. e Cod. Hermog. 1983. Postea librarii syllabam ειν ita pingebant, vt in *εἰπεῖν, ὑγιαίνειν*, tab. IV. num. 6. In Cod. SGerm. 345., itemque in Cod. Ven. Homer. A., quorum ductus satis similes sunt, ειν passim plane eodem compendio pingitur, quo ην aut ιν. Vide articulum *ἤθη* Lexici SGerm. *Ἄλλος ἀλφάβ.* tab. IV. num. 6., cuius quas citaui voces, legi oportet *φασὶ μὴ δεῖν*

λέγειν, non *φασὶ μηδεὶς λέγει.* v. *Gregor.* p. 296. Causa, cur syllabae *ειν*, *ην* et *ιν* iisdem notis scribantur, non alia est, quam quod eodem sono pronuntiatae sunt.

8. *syllabae εις.* Compendium huius syllabae ostendunt voces *διηγήσεις*, *πίστεις*, *Δωριεῖς*, tab. VII. num. 16. et 17. e Cod. Hermogen. 1983. et Etymolog. Sorbon. Interdum notam syllabae *ης* vsurparunt pro syllaba *εις*, quod ambae syllabae eodem sono pronuntiarentur: id quod modo vidimus in syllabis *ειν* et *ην*. Wagnerus ad Alciphron. Vol. II. p. 121.: „*τὴν Ἡρακλέους*] MS. *τῆς Ἡρα-*„*κλέως.* Si liber iste MS. Berglero Vindob. est, „fallitur. Codex iste recte habet *τήν*. Signum est „*τ* — *τῆς* esset *τ*." Sumsit haec Wagnerus ex notis manu mea scriptis, quibus auxeram diuersitatem scripturae Vindobonensem in vsum optimi viri a me enotatam. Sed *τῆς* non sic scripseram, vt typotheta dedit. Quod ille dedit, est *τεῖς*, corrigique debet *τ*. Sane, vt modo dixi, non desunt loca, vbi compendium syllabae *ης* pro syllaba *εις* positum est: sed non memini reperire exemplum contrariae commutationis.

9. *syllabae εν.* Vetustissimam notam huius syllabae cernere licet in vocibus *ἐλάμβαν ε ν* tab. IV. num. 3. et *ἐν ταῦθα* tab. III. num. 2. Postea librarii, vt in syllaba *αν*, angulosum ductum faciebant rotundum: quapropter syllabae *εν* et *ας* eodem compendio scriptae sunt, nec dignosci possunt, nisi diligenter attendas seriem orationis. Vide voces *ἐν-τεῦθ ε ν, οὐδ ὲ ν, ἑστιαθ ὲ ν*, tab. IV. num. 6. e Cod. SGerm. 345. Vltimum exemplum, prout contextus verborum poscit, legi potest tam *εἶπ ε ν*, quam *εἶ-π α ς*. Quae ad *Gregor.* p. 143. citata sunt exempla commutationis syllabarum *εν* et *ας*, iis recte

accedet hoc Hesychii secundum Schowium p. 2. Ἀάσαψο· ἔβλαψας. Monstrum non poteris, vt opinor, neque facilius neque probabilius procurare, quam si, mutando ψ in τ, et ας in εν, corrigas Ἀάσατο· ἔβλαψεν. Antea legitur ἀάσατο passiua significatione, pro ἐβλάβη. Etiam εν et ε (v. quae de forma litterae ε in syllaba ας dixi) eodem ductu pingi possunt. Inde ratio patet scripturae *Κυπρόθεν* pro *Κυπρόθε*, *πάροιθεν* pro *παροιθε*, *κ. τ. λ.* v. *Gregor.* p. 166. Seculis ante inuentam artem typographicam proximis syllabam εν sic pinxerunt, vt in vocibus *μὲν, οὐδὲν, εἴπωμεν*, tab. IV. num. 7. e Cod. 133., ac passim sic, vt in voce ἔζωσεν, vbi εν simile est litterae Alpha.

Notam tachygraphicam syllabae εν nonnunquam neglexerunt. In notis ad *Gregor.* p. 254. suspicatus sum, σαωσ in Excerptis Apollonii Dyscoli mutandum esse in σάωσεν. Sed non nego, etiam e σαώσας nasci potuisse. Vtrum ipse Grammaticus scripserit, cum orationis series non doceat, pro certo non dicam.

Alia nota tachygraphica syllabae εν multum similis est litterae *Eta.* Confer voces ἐν τῇ cum voce μένων tab. VII. num. 17. e Cod. Paris. 133. Ideo confusa μὴ et μέν. *) v. *Epist.* p. 84. et *Gregor.* p. 576. not. o., vbi monui, Codicem Orionis Theb. perperam dare ἄμεν pro ἄμῃ, it. pag. 596.

---

*) Xenophon Hier. I, 28. ἂν μὴ ξένην γήμῃ. Pro μὴ cum alii legissent μὲν, factum est, vt nonnulli, vtrumque iungentes, scriberent ἂν μὴ μὲν ξένην γήμῃ. Mox corrigendum puto αἱ δ' ἀπὸ τῶν δουλων. Ibid. 26. nollem additum οὖν. Confer simillimum locum Oecon. XVI, 12. vbi non magis opus adiungi ἄρα. Schaef.

10. *syllabae* $\overline{\varepsilon\varrho}$. Hanc syllabam dixi ad *Gregor.* p. 5. tribus compendiis scribi.

Primum compendium, de quo iam Montefalconius Palaeogr. p. 345. s. egit, vide in vocibus *καθύπερθεν* et *περισσῶς* tab. IV. num. 7. e Cod. SGerm. 345. Haec nota similis est litterae Iota infra lineam productae: quapropter $\overline{\varepsilon\varrho}$ et $\bar{\iota}$ confusa sunt. Sic in Philostrato V. A. VI, 1. legitur *περαίνουσι* pro *πιαίνουσι*. v. *Epist.* p. 108.

Secundum compendium frequens est in Codice Hermog. 1983., nunc superscriptum, nunc adscriptum. Vide voces *ἐπείπερ, ὅπερ, διόπερ*, tab. IV. num. 7. et 8. Si pusillus calami ductus accedat, ex hoc $\overline{\varepsilon\varrho}$ fit $\bar{8}$. Ideo toties commutatae sunt syllabae $\overline{\varepsilon\varrho}$ et $\overline{ov}$, e. c. in $\overline{\pi\varepsilon\varrho}$ et $\overline{\pi ov}$. v. *Gregor.* l. c. Schol. Platon. p. 122. *ἄλλο μὲν τὸ ἅμα παραγίγνεσθαι, ὅπερ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῶν ἐναντίων εὑρεῖν, ἄλλο δὲ κ. τ. λ.* Omnes Scholiorum Platonicorum Codices, quos ego quidem norim, habent *ὅπου*, pro quo Ruhnkenius melius dedit *ὅπερ*. Verbum *περσίζειν*, de quo dictum in notis ad *Gregor.* p. 91., primum e scriptura Codicis Hermog. repraesentari iussi, deinde e Cod. SGerm. 249., vbi syllaba $\overline{\varepsilon\varrho}$ supra et infra lineam porrigitur.

Tertium compendium habet vox *ὥςπερ* tab. IV. num. 7. e Cod. Paris. 1741.

11. *syllabae* $\overline{\varepsilon\varsigma}$. Nota tachygraphica huius syllabae similis est apostropho, cui interdum duo puncta superscripta sunt, vt ab apostropho veri nominis distinguatur. Conf. voces *ἐπιτείναντες* tab. III. num. 1., *πρεσβύτις* tab. III. num. 14., *τινὲς* tab. IV. num. 3., *πυρῶδες* et *λαβόντες* tab. IV. num. 8. e Cod. Vatic. 305., cuius scriba apostrophum productiorem pinxit, quo notam syllabae $\overline{\varepsilon\varsigma}$ distingueret a compendio syllabae $\overline{\iota\nu}$. Vide voces *πράγμασιν* et *φύσιν* tab. IV. num. 14. Iam non mirum, vbi deessent duo illa puncta, ibi librarios notam syllabae $\overline{\varepsilon\varsigma}$ interdum habuisse pro vera

apostropho et hanc syllabam plane omisisse. Sic Codex *Gregorii* c. p. 20. dat *γυναῖκ'* pro *γυναῖκες*. Conf. *Epist.* p. 78. E contrario in Timaei Lex. Platon. init. legitur *τὰ παρὰ τῷ φιλοσόφῳ εἰρημένα .... ὄντ ες ἀσαφῆ*, quod debetur errori perperam ita legentis pro *ὄντ' (ὄντα) ἀσαφῆ*. v. *Append.* p. 12. sq. Haud raro nota syllabae *ες* in ipsam lineam immittitur. Sic factum in vocibus *ἰόντες* et *ἐξελόντες* tab. IV. num. 8. e Cod. Platon. 1807. Nonnunquam hoc *ες* male legerunt habueruntque pro syllaba *αι*. Scholiastes ad Platon. p. 185. *Εἴργοντες τὰ αὐτοῦ*] *Οὔτε διδάσκοντες λόγῳ τοὺς νέους, εἴργουσιν ἀκολασταίνειν, οὔτε βίᾳ κολάζονται*. E Cod. 1807. restituendum *κολαζοντες*. Vide hoc *κολάζοντες* tab. IV. num. 9. Pari modo *νεοχμοῦνται* in Etymologico Parisino natum est e *νεοχμοῦντες*. v. *Gregor.* pag. 545. E contrario in Aristide Vol. II. p. 486. vitiosum *ουκαθρέξοντες* recte mutatur in *οὐκ ἀφέξονται*. v. *Epist.* pag. 187. V. etiam Herodiani Fragm. Herm. p. 302., vbi Cod. August. male dat *οἱ σφάλλοντες* pro *οἱ σφάλλονται*. Conf. ibid. p. 317. item *Gregor.* p. 558. de voc. *μελεδῶνες* et *μελεδῶναι*. In Hesychii hac glossa, *Κίρκοι· κρίκοι, ἅρπαγες, πάντα τὰ ἐπικαμπῆ κίρκοι λέγονται*, dudum mihi placuerat scribere *ἁρπάγαι* pro *ἅρπαγες*. Nunc video, idem probari praestantissimo Coray ad Plutarch. Vol. II. p. 414. *Ἴσως γραπτέον*, inquit, *ἁρπάγαι καὶ πάντα τὰ ἐπικαμπῆ*, hac addita explicatione: *ἁρπάγη· ᾧ τοὺς ἐμπεσόντας τοῖς φρέασι κάδους ἐξαιρούμεθα, ὅθεν καὶ τὰ παρὰ τοῖς Γάλλοις harpeau καὶ harpon*. In participiis nonnunquam littera *τ* ante *ες* sic compendiose pictum omittitur. Vide quae dixi ad *Gregor.* p. 378. s. et exempla *ἄρσαντες*, *ἁρμόσαντες*, tab. IV. num. 9. ex Etymolog. Sorbon. Tale *ες* illatum in ipsum textum prorsus simile est compendio particulae *δὲ*, cum eaque confunditur. E. c. Etymologicum Paris. dat *ἀθρεῖον δὲ*, (sic, plenis integrisque litteris), *ἰδεῖν ἐπιθυμοῦντες*, pro

ἀθρείοντες, ἰδ. ἐπ. v. *Gregor.* l. c. Voces ibidem a typotheta minus recte expressae *θέντες, εἰπόντες, ἀναγινώσκοντες, ῥήτορες* secundum tab. VII. num. 17. corrigi possunt.

Vide etiam infra v. *Ἀππιανὸς*, et de similitudine inter *ες* et *ευ* sequentem articulum.

12. *syllabae ευ.* Haec diphthongus in vnciali scriptura passim sic pingitur, vt in voce *ἐπιτηδεύων* tab. III. num. 1. In minuscula scriptura Codicum seculi noni decimique *ευ* talem formam habet, qualem ostendunt voces *τεῦξε* et *εὐρώπη* tab. IV. num. 9. et 10. (e Cod. Palat. 398.), satisque prope accedit ad *ες*. Vide voces *δεσμὸν* et *εσχεν* ibid. e Cod. Palat. — *Epist.* p. 89. haec leguntur: „Incertus sum, an „Codex habeat *δευτερα* an *δέστερα*?" Sed Codice rursus inspecto intellexi, librarium scripsisse *τὰ δεύτερα*: quippe in syllaba *εστ* litteram *τ* propius ad syllabam *ες* admouet, vt apparet e vocibus *ἐς τὴν* tab. IV. num. 11. Berglerus ad Alciphron. III, 41.: „*ἐσθήματα*. MS. *ευθήματα*, error ex similitudine „pronunciationis." Imo ex similitudine ductus calami. Posterioribus seculis *ευ* sic formatum est, vt in vocibus *βασιλεύων* et *εὕρηνται* tab. I. num. 5. vnde orta confusio cum littera *Alpha*, de qua supra in hac littera dictum.

Librarius Codicis Apollonii Dyscoli 2548. *Theta* sic pingit, vt *ευ* referre videatur. Conf. vocem *συνθέτους* locumque *καὶ τὸ εὖ τῆς οὐσιας* tab. IV. num. 11. e Cod. Paris. 2423. Haec similitudo litterae *ϑ* cum syllaba *ευ* partim me mouit, vt scribendum suspicarer *θῶσθαι* pro *εὐῶ* . . . . in *Gregor.* pag. 357.

13. *syllabae ην.* Notam tachygraphicam huius syllabae discas e vocibus *τὴν Ἀχιλλεως τιμὴν* tab. II. num. 1. Vide etiam *διαστολὴν* tab. IV. num. 11. ex Etymolog. Sorbon. et *τὴν ἱερωσύνην, εἰς λέοντα τὴν ἐρωμένην* ibid. e Cod. Vatic. 305. Vltimus locus

sumtus est e Scholiasta Nicandri, corrigiturque *Epist.* p. 216. Supra (num. 7.) dixi, *ειν*, quod eodem sono pronuntietur, interdum plane sic pingi, vt *ην*. Idem valet de syllaba *ιν*. In Cod. Ven. Homer., SGerm. 345. etc. solus docet contextus verborum, vtrum *ην*, an *ιν*, an *ειν* legi oporteat. v. *Gregor.* p. 296. Scriptura quidem *τὴν κλέπτην ἀλώπεκα* Alciphron. III, 22. non aliunde repetenda est quam ex errore sic perperam legentis pro *τὴν κλέπτιν* *) *ἀλ.*, quod restituendum e Cod. Ven. B. et plerisque Parisinorum librorum. v. *Gregor.* p. 259. Porsonus ad Hom. Odyss. *Λ*, 58.: „Sciendum est, „*α* cum superscribitur in fine vocis, valde similem „esse contractioni ei, quâ significatur *ην* et *ιν*. *πᾶσα* „igitur corruptum est ex *πᾶσιν*, idque ex *ποσσιν*." Vere hoc Porsonum obseruasse, vt lector intelligat, voces *πᾶσα* et *πᾶσιν* ex mente viri eximii tab. IV. num. 12. repraesentari iussi. *ην* et *α* saepe commutata sunt. Eudocia p. 47. *εὐθὺς δὲ ὁ Ἡρακλῆς αἰσθόμενος, λαβὼν αὐτοὺς κατὰ κεφαλὴν, ἐπὶ ξυλῳ δεσμεύσας ἐβάσταζε.* Corrigendum: *λαβὼν αὐτοὺς, καὶ κατακέφαλα ἐπὶ ξύλου δεσμ. ἐβ.* Sic legitur in Nonno I, 39. De *κατακέφαλα*, locutione citerioris Graecitatis, vide Ducang. Glossar. p. 608. et Append. p. 96. item Niclas. ad Geopon. p. 661. et 698.

Si nota syllabae *ην*, vt e. c. in vocibus *τὴν* et *αὐτὴν* tab. IV. num. 12., connectitur cum littera antecedente, simulque pars superior angulosa, id quod calamo velociter currente semper fieri solet, ductu pingitur rotundo: *ην* facile habeas pro *ου*, et versa vice; nam vbi *αἱ καταλήξεις* vocum *ταχυγραφικῶς*

---

*) Femininum *κλέπτις* adde Lexicis. Item, si tanti videtur, aduerbium *κλεπτικῶς*, quo vsus est Eustathius ad Homer. Il. p. 811, 41. (733, 39.), et comparatiuum *κλεπτίστερος*, quem seruauit Suidas T. II. pag. 608. Schaef.

fiunt compendii, interdum pro syllaba *τοῦ* solum *τ̃*, adiuncto circumflexo, scribitur, vt factum e. c. in loco *τυφλοὶ γίνονται ὑπὸ τοῦ παγετοῦ* tab. IV. num. 12. e Cod. Vatic. 305. Schol. Venet. ad Il. *E*, 126. *τὸν δὲ θεασάμενον, παρακαλέσαι κἂν τῷ παιδὶ αὐτοῦ χαρίσασθαι τὴν ἀθανασίαν.* Ita Codex. Conf. Sturz. ad Pherecyd. p. 169. Villoisonus perperam legit *αὐτὴν* pro *αὐτοῦ*. E contrario ad Il. *A*, 93. edidit *οὔταρ· οὕτως ὀξεῖαν ἐπὶ τοῦ ου*, pro *ἐπὶ τὴν ου* (scil. *ἄρνησιν*), vt in Codice clare scriptum legitur.

14. *syllabae ης*. Notam huius syllabae tachygraphicam vidimus tab. I. num. 7. in *ἀμοιωης* et tab. III. num. 3. in *καταφανής*. Haec eius forma antiquissima est. Recentiorem formam videbis in *εἰρήνης* tab. IV. num. 5., in *πλήρης, τῆς γῆς*, iunctamque circumflexo in *τῆς ἀπειλῆς* tab. IV. num. 13. e Cod. Paris. 133. Iam supra (num. 8.) monui, *εις* nonnunquam sic scriptum esse, vt *ης*. Vide locum *οὐδεὶς φθόνος ἔσται* e Cod. SGerm. 249. Idem sciendum de syllaba *ις*, vt infra in hac syllaba docebo. Quod priore loco dixi compendium syllabae *ης*, passim, maxime iis in Codicibus, quorum scriptura est admodum minuta, e. c. in Cod. SGerm. 345., pro apostropho habuerunt, cum eaque confuderunt. In Alciphrone III, 28. Cod. Vind. B. dat *λέγουσ'* pro *λεγουσ*ˢ, i. e. *λεγουσης*, quod restituendum e Parisinis Codicibus. v. *Epist*. p. 78. et 164. E contrario in Cod. Constant. Porphyr. 2009. legas *Χαροποιότης ἄνακτος* pro *Χαρόποιό τ' ἄνακτος*. v. *Epist* p. 122. Schol. Ven. ad Il. *A*, 295. *κοινὸν τὸ ἐπιτέλλεο· καὶ ὁ γαρ περισσὸς ὁ ἑξ'. διὸ ἀθετεῖται.* Ita Codex (tab. IV. num. 13.). Ex *ὁ ἑξ'*, quae Villoisonus plane omisit, facio *ὁ ἑξῆς*. v. *Gregor*. p. 20.

Codicem Etymologici Sorbon. euoluens hoc vidi proprium illius libri, scribam eius passim compendio syllabae *ης* pro simplici *η* vsum esse. Vide loca *μεταφορικὴ ἡ λέξις* et *αἰδὼς καὶ αἰσχύνη διαφέρουσιν* (tab. VII. num. 18.), quibus multo plura

addi possent. Fortasse ex hoc more repetenda scripturae diuersitas citata ad *Gregor.* pag. 576. ὑδροῤῥοὴ pro ὑδροῤῥόης.

15. *syllabae* $\overline{\iota\nu}$. Vide notam syllabae $\overline{\eta\nu}$, cui si duo puncta superscribuntur, nascitur nota syllabae $\overline{\iota\nu}$. Conf. vocem τάξιν tab. III. num. 2. Saepissime autem duo illa puncta omittuntur, atque $\overline{\iota\nu}$ et $\overline{\eta\nu}$ solà serie orationis dignosci possunt. De nota syllabae $\tilde{\iota\nu}$ posterioribus temporibus vsitata, quam interdum in lineam ipsam immiserunt, consulat lector vocem ἔκπληξιν tab. IV. num. 14. ex Etymolog. Sorbon. In Codice Vatic. 305. nota syllabae $\overline{\iota\nu}$ sic efficta est, vt aliis in Codicibus compendium syllabae $\overline{\varepsilon\varsigma}$. Vide voces πράγμασιν, φύσιν, κατὰ διάλεξιν τῆς φράσεως, ibid. Vltimum exemplum sumtum est e Scholiis ad Nicandri Ther. v. 7., vbi editiones melius habent κατὰ διάταξιν τῆς φράσεως. Scilicet scriba Codicis 305. τ pro λ, et αξ pro εξ habuit. Hae quidem syllabae (conf. scripturae fluctuationem τετάξεται et τετέξεται in *Gregor.* p. 99.) per ignorantiam legentium saepius confusae sunt. Id quo clarius appareat, tab. IV. num. 14. et 15. voces ἀξιώσεως, ἐφυλάξατε, et ἐξηγεῖτο, ἐξῆς e Codice Hermogen. 1983. repraesentari iussi, vbi discrimen accurate indicatum est. Eodem modo confusae sunt syllabae $\overline{\alpha\zeta}$ et $\overline{\varepsilon\zeta}$, quippe discrimen inter eas intercedens multos fugit. Vid. tab. VII. num. 17. voces ἀζήμιος et πιεζόμενος e Codice Hermogen. 1983. In Suida v. αἱμασιὰ dederunt ἥρπαζον pro ἄρπεζον. v. *Gregor.* p. 511. Inspice hoc ἄρπεζον tab. VII. num. 19. e Cod. SGerm. 345.

16. *syllabae* $\tilde{\iota\varsigma}$. Nota huius syllabae a compendio syllabae $\overline{\eta\varsigma}$ non differt nisi duobus punctis superscriptis. Confer vocem διήγησις e Cod. Hermogen. 1983. tab. IV. num. 15. Sed illa puncta

saepissime desunt, vtque $\overline{\iota\varsigma}$ et $\overline{\eta\varsigma}$ dignoscas, in sola orationis serie situm est. In Scholiis ad Il. *E*, 299. Villoisonus legit *αλκης*, quod *αλκὶς* legendum erat. v. *Append* p. 30. Inspice locum *ἀπὸ του αλκὶς αἰολικοῦ*. Recentiorum temporum notam tachygraphicam syllabae $\overline{\iota\varsigma}$ ostendunt voces *τρὶς* et *πολλάκις* tab. IV. num. 16. e Cod. Vat. 305. Superscriptum $\overline{\iota\varsigma}$ librarii nonnunquam neglexerunt. Id qui probe sciret Albertius, Hesychii glossam corruptam, *Μύδης, γέροντος ἀδυναμια*, sic emendandam censuit: *Μύδησις, γ. ἀ.*, hac nota adscripta: „Malim . . . . *μύδησις*, quod ex solito „compendio ($\overset{s}{\sigma}$) in fine, dedit *μύδης*." Pari modo Etymologicum Sorbon. dat *Ἀλευρότης* (sic, pro *ἀλευρότησις*, *ἀλευρόττησις*), *ἡ κοσκινησις* *). In Etymolog. Paris. legitur *Ἀλευρότησις, ἡ κοσκηνισία* (sic), quod quomodo emendandum sit, nemo non videt. Vide de v. *αλευροττησις* Ruhnken. ad Tim. p. 80., vbi quod e Lex. SGerm. rhet. soph. MS. citauit *ἀλεύραττις*, item ex *αλευρόττησις* facillime corrumpi potuit.

17. *syllabae* $\overline{o\iota}$. Vetustissimam notam huius diphthongi ostendunt tab. IV. num. 16. voces *λοιπὰ* e Cod. Hermogen. 1983. et *κοινῇ* e Cod SGerm. 345. Recentiorem voces *ἡ μεντοι*, *ανευρισκοι* e Cod. Vat. 305. et *ποιεῖται* e Cod. Paris. 2551. Vbi syllaba $\overline{o\iota}$ non per compendium scripta esset, interdum confundebatur cum littera Alpha sic effecta, vt in *ἀναιρῶ* ibid. ex Etymolog. Sorbon. Secundum exemplum, prout contextus verborum poscit, *αλλα* aut *ἄλλοι* legi potest. In Timaei Lex. Platon. p. 28. *Ἀμφιθαλεῖς, ἀντὶ τοῦ ἀμφότεροι οἰκοθαλεῖς*, muto *ἀμφότεροι* in *ἀμφότερα*.

---

*) Substantiuum *κοσκίνησις* adde Lexicis: nisi forte scribendam *κοσκίνισις, παρὰ τὸ κοσκινίζειν*, quod suadere videatur alterum Etymologicum MS. SCHAEF.

v. *Append.* p. 15. De commutatione syllabae $\bar{οι}$ litteraeque $\bar{α}$ vide etiam ibidem citata Schaeferi Melet. Crit. p. 66.

18. *syllabae* $\overline{οις}$. In Codicibus Platon. 1807., Palat. 398. et SGerm. 345. haec syllaba per compendium sic scribitur, vt docent voces *τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς, τοῖς κοινοῖς, τοῖς ἐχθροῖς,* tab. IV. num. 17. In vltimo exemplo nota tachygraphica syllabae $\overline{οις}$ paene congruit cum lineola superscripta, quae significat $\bar{ν}$ aut $\bar{α}$. Vide tab. III. num. 1. et tab. IV. num. 12. Posterioribus temporibus, cum angulosus ductus in rotundum transiret, syllaba $\overline{οις}$ sic pingebatur, vt in vocibus *τοῖς ἰχυροῖς χώροις, σπληνικοῖς, τοῖς ποταμοῖς* e Cod. Vatic. 305. Haec etiam nota, quando in membranis semievanida esset aut oculos minus feriret, nonnunquam pro apostropho habita cum eaque confusa est. Exemplis citatis *Epist.* p. 78. hoc accedat. Schol. Platon. p. 183. *μέτρον δ' ὁ πᾶς αἰὼν, μέτρον καὶ ὁ πᾶς χρόνος ἄλλοις. ὁ μὲν τῆς τοῦ νοητοῦ ζωῆς κ. τ. λ.* Codex Paris. 1807. habet *μέτρον ἄρα* (hanc vocem non dedit Ruhnkenius, quod notam eius tachygraphicam non intellexisset is, qui Codicem in illius vsum contulit: v. infra in v. *ἄρα*:) *καὶ ὁ πᾶς χρόνος. ἀλλ' ὁ μὲν τῆς κ. τ. λ.*

19. *syllabae* $\overline{ου}$. Huius syllabae duplex compendium est. Nam indicatur aut lineolâ superscriptâ, quae ex regula duplo longior est accentu graui typothetarum nostrorum: conf. *φράσον* tab. III. num. 10. et *ἀράμαιον* ibid. num. 16.: aut superscripto $\bar{ο}$, quod etsi plerumque compendium est syllabae $\overline{ος}$, tamen a nonnullis librariis etiam ad significandam syllabam $\overline{ου}$ vsurpatur.

Priorem notam saepe habuerunt pro ipso accentu graui, ideoque syllabam $\overline{ου}$ neglexerunt, vbi legi eam oporteret. Sic in Phrynicho MS. reperias *τινὸσ* pro *τὴν νόσον, δὲ* pro *δέον.* v. *Epist.* p.

262. Nec raro lineola illa oculos plane fugit, scripseruntque, vt in Apollonii Lex. Homer., *λείψαν* pro *λείψανον*, *λέγομεν* pro *λεγόμενον*. v. *ibid*. p. 263. Confer quae ad *Gregor*. p. 18. et 331. dixi.

E contrario syllaba *ου* vocibus passim intempestiue addita est, quod accentus grauis pro nota eius tachygraphica haberetur. Sic Codex SGerm. 345. in Phrynicho dat *τεμαχημένον* pro *τεμάχη μὲν*, v. *Epist*. p. 262., et Codex Gregorii *Πελοποννησιστιον* pro *Πελοποννησιστὶ*, v. ad *Gregor*. p. 331. Eiusdem commatis est *ibid*. p. 365. citatum *τουτεῖον* pro *τουτεί*. Saepe *ου* etiam ibi male additum est, vbi accentus grauis non esset causa erroris. Sic factum in *οἶον* pro *οἶ*, v. *Epist*. p. 208., in *ἀδεῖνον* pro *ἀδεῖν*, v. *ibid*. p. 263. Conf. not. ad *Gregor*. p. 332. vbi plura exempla collecta sunt.

Si lineola illa syllabam *ου* significans ductu calami potius recto quam obliquo scribitur, id quod tachygrapho lineas ad amussim non exigenti facile accidit, non mirum, si quis eam habeat pro lineola significante *α*, legatque *α*, vbi *ου* legi oporteat. Sic legerunt *οἶα* pro *οἶον*. v. *Epist*. p. 208. Neque desunt exempla erroris contrarii. Sic qui in Ruhnkenii vsum apographum confecit Scholiorum Platonicorum, *στέρνον* pro *στέρνα* scripsit p. 191. Nam Codex 1807., vnde locus ille sumtus est, habet *CTÉPN̄*.

Posterior nota syllabae *ου* non rara est in Codice SGerm. 345. E. c. in Apollonio v. *ἀμαθύνει . . . ἀπὸ τοῦ ἄμαθον εἶναι ἀνεπίγνωστον τῃ ποσότητι:* v. *ἠμαθόεντος, ἤτοι τοῦ ἄμαθον πολλὴν ἔχοντος:* v. *ἄνα . . . . σέβας δέ σε θυμὸν ἱκέσθω*. v. Tab. IV. num. 17. et 18. et *Gregor*. p. 22. et 303. not. (*). Inde accidit, vt interdum legerent *ος*, vbi legendum esset *ου*. Sic cum Villoisono credo in Apollonio p. 2. *ἀκολουθουν τὸ ὁμοκέλευθον* legendum esse pro *ὁμοκέλευθος*. v. *Gregor*. p. 344. In Etymolog. M. v. *ἄριστος* corrigo *τὸ δεῖπνον* pro *τὸ δεῖπνος*. v. *Gregor*. p. 22. Grae-

ci enim non dicunt *τὸ δεῖπνος*, genit. *δείπνους*, sed *τὸ δεῖπνον*, et *ὁ δεῖπνος*. v. *Append.* p. 22. et Schaefer. *ibid.* p. 61. Masculinum *ὁ δεῖπνος* Graecum esse, male negauit Heusingerus, cum eoque De Furia, qui Codicem Florentinum sequi debebat. V. huius Fabulas Aesopicas P. I. p. 42. sq.

20. *syllabae ος.* In syllaba *ου*, de qua modo egi, dictum est, notam tachygraphicam syllabae *ος* esse Omicron superscriptum; qua nota cum nonnulli librarii pro syllaba *ου* vsi sint, non mirum, passim *ου* loco syllabae *ος* lectum esse. In Etymolog. M. p. 443, 33. corrigo *θάτερος* pro edito *θάτερον*. v. *Gregor.* p. 302. sq. Interdum hoc *ο* cum littera cui superscriptum est connectitur. E. c. in voce *σύνδεσμος* tab. IV. num. 18. e Cod. Apollon. Dyscoli. Alius modus scribendi syllabam *ος* apparet e vocibus *ἔμπειρος* et *ἀσκούμενος* ibid. e Cod. SGerm. 345. Recentiorum temporum notam syllabae *ος* in voce *ἄπειρος* ibid., perinde vt plura alia compendia, quorum in hac Commentatione mentio fit, satis norunt, qui vetustiores typos cognitos habent.

Cum *ο* et *υ* facile commutentur (v. supra), factum est, vt etiam *ος* et *ου* confunderentur: nam posterior syllaba, id quod articulus proxime sequens docebit, *ταχυγραφικῶς* significatur superscripto *υ*. In *Appendice ad Epistolam Criticam*, ibi vbi notas ad Timaei Lexicon Platonicum euulgaui, monere oblitus sum, Ruhnkenii coniecturam p. 208. legentis in Etymolog. M. *Πάρνηθος* pro *Παρνήθου* confirmari auctoritate vnius Etymologicorum Parisinorum. In Timaeo ipso Ruhnkenius recte corrigit *Πάρνης* pro *Παρνησὸς*, quae vitiosa scriptura etiam in editis Scholiis ad Platon. p. 210. occurrit: sed Cod. 1807. satis clare scriptum habet *Πάρνης*, alterumque illud debetur socordiae perperam legentis genuinam scripturam. In iisdem Scholiis ad Platon. p. 203. eidem debe-

tur socordiae *Ὠγύγος*: nam Codex recte habet *Ὠγύγου*. V. etiam Bentlei. ad Callimach. p. 423. Ern. Hesychius secundum Schowium p. 548. habet: *Μυδροκτύπος, χαλκέως*. Musurus correxit: *Μυδροκτύπος, χαλκεύς*. Sed eodem iure corrigas: *Μυδροκτύπου, χαλκέως*. Nam *μυδροκτύπου* haud difficilius adeoque, vt opinor, facilius transit in *μυδροκτῦπος*, quam *χαλκεὺς* in *χαλκέως*.

Si syllaba *ος* non *ταχυγραφικῶς*, sed integris scribitur litteris, et Sigma vnciale (C) ad litteram *ο* tam prope admouetur, vt illam contingat, tale *ος* persimile fit litterae Alpha (tab. III. num. 16.): quae causa est, cur *ος* et *α* non raro commutata sint. Huius confusionis rationem primus, quod meminerim, aperuit Porsonus ad Euripid. Hecub. v. 788.: eademque tam manifesto patet, vt ad eam declarandam non opus sit exemplis aeri incisis. In *Gregor*. p. 458. Cod. c. *ἔτυμα* dat pro *ἔτυμος*. Plura huius confusionis exempla ad h. l. collegi. V. etiam Schaefer. p. 413. et 498. In Etymolog. Paris. perperam legitur *λαῦρος* pro *λαυρα*, v. *Gregor*. p. 506., in Orione *μῶμα* pro *μῶμος*, v. *ibid*. p. 584. Hic addo, vt rationem reddas confusionis syllabae *ος* litteraeque *α*, non semper recurri oportere ad causam a Porsono indicatam: nam passim propterea confusae sunt, quia syllabae finales vocum a tachygraphis omissae male supplerentur. E. c. in loco Etymologici M. citato ad *Gregor*. p. 458. Codex Parisinus dat *ἀπολυθεν* (superscr. *τ*), quod tam *ἀπολυθέντα* quam *ἀπολυθέντος* significare potest. In Schol. Ven. ad Il. *B*, v. 269. Villoisonus edidit *σημαίνοντος*. Sed Codex habet *μησημαίνον* (superscr. *τ*), i. e., vt series orationis ostendit, *μὴ σημαίνοντα*. v. *Gregor*. p. 297. *)

---

*) Adde exemplum, quod supra in compendio τοῦ *Ε ψιλοῦ* commemoratum est. SCHAEF.

21. *syllabae ου.* Qua adhuc vtimur nota huius diphthongi (ȣ), propius si intuearis, nihil aliud esse intelligas, quam ο habens superscriptum υ. Conf. vocem *δούλους* tab. V. num. 1. e Cod. Platon. 1807. Simili compendio pingitur diphthongus *ευ*, vt apparuit e voce *ἐπιτηδεύων* tab. III. num. 1. Hoc ȣ in scriptura tam vnciali quam cetera occurrit, passimque iam grande est, vt supra et infra lineam porrigatur (tab. IV. num. 7.). De confusione eius cum littera χ in Cod. SGerm. 345., recentioribusque temporibus cum diphthongo *ει*, iam supra in littera χ inque syllaba *ει* egimus. Tab. V. num. 1. illud *ου* repraesentat, quod scriba Codicis Palat. 398. in Antonino Liberali eorum margini capitum appinxit, vbi desunt nomina scriptorum, e quibus Antoninus Excerpta dedit. v. *Epist.* p. 140. De similitudine notae ȣ cum syllaba *ερ* v. supra in hac syllaba.

Non minus frequens, quam illud ȣ, alia est nota iam in syllaba *ος* commemorata, quando, ο plane omisso, solum υ antecedenti litterae superscribitur. Confer voces *οἴκου, τοῦ Ἀνδοκίδου* tab. V. num. 1. e Cod. SGerm. 345. Quod in *Append.* p. 13. commemoraui *ἀκριβῶς σου*, sic pictum mihi finxi, vt e sequenti exemplo apparet. Tale *ου* nunc cum *ας*, nunc cum *ος* confuderunt: qua de re supra (5. et 20.) dixi. In Scholiasta Homerico Villoisonus saepius confudit *ου* cum *ων*, i. e. υ cum ⌒, quod certam notam discriminis horum compendiorum animo informatam non haberet. E. c. ad Iliad. *Α*, 532. edidit *στοιχείου ἑνὸς του τῆς τρίτης συζυγίας*, pro *τῶν τ. τρ. σ.* v. *Gregor.* p. 161. Porro ad Iliad. *Α*, 569. *εἰ γὰρ ἦν* (*τὸ καθῆστο*) *ἐκ τοῦ ἧμαι, ὡς ἀπὸ τοῦ εισμι* (sic), *ἀνεδίδου τὸν τόνον.* Corr. *ὡς ἀπὸ τῶν εἰς μι.* E contrario ad Iliad. *Α*, 171. *ἐπὶ τὸν τῶν Δαναῶν θυγατέρων γάμον.* Leg. *τῶν Δαναοῦ.* Conf. *Append.* p.

22. Denique $\bar{\upsilon}$ superscriptum, vbi per errorem scribae inuasit locum litterae $\bar{o}$, etiam solam vocalem $\bar{o}$ significare potest: vt non semper de syllaba $\overline{o\varsigma}$ cogitandum sit. Schol. Ven. ad Iliad. *Α*, 519. *κατεκειν* (with υ superscript) (sic) *καιροῦ*, pro quibus Villoisonus *κατ᾽ ἐκεῖνον χρόνον* edidit. Corrigo *κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ*. Sic loquitur idem Scholiastes ad Il. *Α*, 590. *Β*, 104. multisque aliis locis. Idem dat Cod. Venet. in Scholiasta Luciani Vol. II. p. 679. pro *κατ᾽ ἐκείνου καιροῦ*. Phrynichus quidem Eclog. p. 122. vituperat phrasin *κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ*: sed in Scholiastarum scriptis frequentissima est. Conon eadem vtitur p. 4. (ed. Kann.): in eodemque p. 7. (vbi editiones habent *κατ᾽ ἐκεῖνον δὲ καιρὸν*) Codex Vatic. 19. pariter dat *κατ᾽ ἐκεῖνο δὲ καιροῦ*. *)

22. *syllabae* $\overline{ουν}$. Haec syllaba in scriptura et vnciali et cetera *ταχυγραφικῶς* sic pingitur, vt phrasis *τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς* tab. IV. num. 17., vocesque *ἐποιοῦντο, διῄρουν, καλούντων*, tab. V. num. 1. ex Etymol. Sorbon. ostendunt. Rarissime nota huius syllabae superscribitur, vt in voce *ἤγουν* tab. VII.

---

*) Add. quae obiter scripsi ad L. Bos. Ellips. p. 552. Etiam in Thom. Mag. olim perperam edebant *κατ᾽ ἐκείνου καιροῦ*. V. not. ad p. 502. coll. Dukeri praefat. ad Thucydid. * * * * * 2. Verissime monetur, hanc locutionem Scholiastis admodum vsitatam esse. Sic Schol. MS. ad Aristophan. Nub. v. 710. Br. *ἐπειδὴ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ οἱ Κορίνθιοι κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ πόλεμον εἶχον.* Sed non minus crebro vsu teritur ab aliis scriptoribus, iisque fere temporum recentiorum. Eusebius Hist. Eccl. II. c. 14. in. *Τοιούτων κακῶν πατέρα καὶ δημιουργὸν τὸν Σίμωνα κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ κ. τ. λ.* Photius Bibl. c. 1313. extr. *κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ χωρίζεσθαι.* Eiusdem Excerpta ex Agatharchide p. 35. Huds. *ταύτας κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ οἱ ἐπιχώριοι κ. τ. λ.* Marcellinus de Thucyd. p. 6. med. *εὐδοκιμούσας κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ παρὰ τοῖς Ἕλλησι.* Schaef.

num. 19. e Cod. SGerm. 345. fol. 161. in recentiori scriptura marginis exterioris. In vnciali alphabeto ουν parum discrepat a compendio syllabae CAI. Vide vocem ἡγήσαιτο tab. III. num. 15., pro qua male legerunt ἡγουντο. v. *Gregor.* p. 82. In minuscula scriptura ουν nunc syllabae αι compendiose scriptae, nunc litterae Rho, nunc notae tachygraphicae diphthongi ει simile est.

Syllabae αι compendiose scriptae, quando parva rotunditas compendii syllabae ουν atramento expleta est. Hac de causa in Etymolog. Sorbon. βαι plene integrisque litteris scriptum legitur pro βουν. Vide quae supra in syllaba αι a) scripsi.

Litterae Rho (ϱ). Sic in Apollonio p. 26. Villois. Codex SGerm. 345. dat καὶ οὖν οἵπεϱ τὸ πάϱος γε (Iliad. *T*, 42.) pro καί ϱ̓ οἵπεϱ κ. τ. λ. E contrario p. 40. legitur ἡ δ' ἐπεί ϱ̓ ἄμπνυτο (Iliad. *X*, 475.) pro ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἄμπνυτο, tab. V. num. 2. Codex Hesychii habet Ζωανηϱές· ἀνὴϱ πϱὸς ζωὴν, quae sic corriguntur: Ζωαϱκές· ἀϱκοῦν πϱ. ζ. Nimirum vitiosum ἀνὴϱ soli debetur errori perperam legentis genuinam vocem ἀϱκοῦν. Nam ν et ϱ (v. supra Ny), η et κ (v. supra Eta), denique ϱ et ουν plurimum inter se similitudinis habent, ideoque facile commutari possunt. v. *Gregor.* p. 112. Voces has, ἀνὴϱ et ἀϱκοῦν, tab. V. num. 2. secundum ductus scribarum decimi seculi, quo commutatio illa videtur facta esse, repraesentari iussi, vt lectores de similitudine earum ipsi iudicent.

Notae tachygraphicae diphthongi ει. E. c. in *Gregorio* p. 111. Cod. a. dat ωφελεῖται loco rectioris ὠφελοῦνται. Conf. *Gregor.* p. 82., vbi commemoratur falsa in Apollodoro p. 274. scriptura ἐζήτει pro ἐζητουν. E contrario legitur in Synesio ἐστύγουν pro ἔστυ, ει, v. *Gregor.* p. 112., et in Cod. Ven. ad Iliad. *Δ*, 52. συνεμάχουν pro συνεμάχει, quod Villoisonus ex ingenio mutauit. Vide etiam

in syllaba ως de confusione verbi συκοφαντεῖται cum verbo συκοφαντοῦντα.

23. *syllabae* ους. Vide voces καὶ τοὺς λόγους tab. II. num. 3. Nota huius syllabae nunc superscribitur, nunc adscribitur. Plura eius exempla dant tab. V. num. 2. et 3. voces ἀγγέλους e Cod. Paris. 133., τριχοφόρους ἤτοι χοίρους e Cod. Vatic. 305., συμμάχους, κρατους e Cod. Paris. 1741., τοὺς οἰωνοὺς e Cod. SGerm. 345., Οἰδίπους ex Etymol. Sorbon. In Eudocia Villoisonus vocis Ἡρακλέους syllabam postremam, ους, confudit cum ως, deditque Ἡρακλέως, quoties syllabam ους per compendium scriptam reperisset. Vide hoc ipsum Ἡρακλέους tab. V. num. 4. et quae in Epistola ad Bredowium, Epistolis viri doctissimi Parisinis inserenda, scripsi. Conf. *Append.* p. 18., vbi Schaeferus monet, vitiosam formam Ἡρακλέως nusquam sibi lectam esse. Reperias eam e. c. in Antigon. Caryst. cap. 146. *) e lectione Cod. Palat., in Alciphron. III, 38. e lectione Cod. Vindob. (ed. Wagn.), aliisque locis. E contrario Villoisonus in Eudocia p. 99. legit φερωνύμους, cum deberet, id quod Codex habet, φερωνύμως (tab. V. num. 4.). Sic iam Friesemannus Collect. Crit. p. 192. correxit, in accentu tamen ponendo lapsus, quippe perperam scripsit φερωνυμῶς. De Codice SGerm. 345. monere iuuat, notam eius

---

*) De hoc Antigoni loco expromam, quae alio tempore Bastius per litteras mecum communicauit. „Codex habet, non Φαινεῷ, vt ediderunt, sed Φαινεῶι. Lege igitur Φενεῷ. Mox ἀνατιθέντας mutandum in ἀνατεθέντας, quod miror neminem adhuc monuisse." Iisdem in litteris indicauit mihi gemellum Villoisoni errorem in Eudocia p. 216. Ἰφικλέως dantis pro genuina Codicis scriptura Ἰφικλέους. Denique monuit, formam satis insolentem genitiui vocis Ἡρακλῆς citari a Grammatico Hermann. p. 470., vbi haec legantur: εο εἰς ου, Ἡρακλέος Ἡρακλοῦς. SCHAEF.

tachygraphicam syllabae ους formâ proxime accedere ad Kappa superscriptum, quod librarius vsurpauit ad voces in ικος compendiose scribendas. Hoc fugit Villoisonum, cum in Apollonio p. 704. ederet *τοὺς ἑλκυςικοὺς λίθους*, hac nota adscripta: *mallem ἑλκυςούς.* Sed Codex ipse dat *ἑλκυςους*, vt nemini non apparet, qui scripturam eius satis cognitam habeat. V. tab. VII. num. 19.

24. *syllabae ων.* Vetustissimam notam huius syllabae discas e v. *Λοκρῶν* tab. III. num 16. e Cod. 1807. Posterioribus temporibus angulosus ductus mutabatur in rotundum, syllabaque ων sic pingebatur, vt ostendunt voces *τῶν τεθνηκότων* tab. III. num. 4. et *ὁ τῶν ξένων ἡγεμὼν* tab. V. num. 4. e Cod. SGerm. 345. Hoc ων e. c. in minuta huius Codicis scriptura ita comparatum est, vt, si inuerteris, notam syllabae ου videre tibi videaris. Itaque Villoisonus, qui discrimen ambarum notarum parum haberet cognitum, saepius alteram cum altera confudit. Vide quae supra in syllaba ου dixi. Seculo decimo tertio et sequentibus nota syllabae ων interdum ductu admodum grandi pingebatur. Vide voces *βασιλεύων* tab. I. num. 5., *τῶν ἁρμάτων* tab. V. num. 4., denique tab. V. num. 5. *πρεσβυτέρων ἀδελφῶν, σωματικῶν*, e Cod. Paris. 133. In vocibus *ἀδελφῶν* et *σωματικῶν* circumflexus cum nota syllabae ων connexus est.

Tam in voce *Λοκρῶν* tab. III. num. 16., quam in verbis *τῶν ξένων ἡγεμὼν* tab. V. num. 4. nota syllabae ων refert circumflexum, cuius vetustissimam formam angulosam in v. *πολιτεῖαι* tab. IV. num. 2., recentioremque rotundam in v. *ἐντεῦθεν* et *εἶπεν* tab. IV. num. 6. cernere licet. Haec similitudo aut potius perfecta congruentia compendii syllabae ων ac circumflexi in causa fuit, cur librarii passim ων legerent, vbi solus obtineret circumflexus, ideoque voces intempestiue augerent

syllaba *ων*. Sic Cod. SGerm. in Timaei Lex. Platon. dat p. 160. *κοειν ῶν* pro *κοεῖν*, et p. 227. *πυρώνων* pro *πυρῶν*. Pariter Villoisonus in Schol. ad Iliad. *A*, 535. legit *μετὰ στοιχείων* pro *μεταστοιχεῖ*: hoc enim accentu in Cod. Ven. scribitur pro *μεταστοιχεί*. v. *Append*. p. 22. Eodem referendum *χειρόνων* pro *χεῖρον* in Liban. IV. p. 946, 1. Scilicet cum circumflexus syllabae *ει* proprius magis vergeret ad syllabam *ρον*, quam ad *ει*, visus est nota esse tachygraphica syllabae *ων*. Locum Libanii corruptum, *ἰδεῖν ἐντεῦθεν ὅτι χειρόνων ἕξει τὰ πράγματα τοῖς Ἀχαιοῖς, οὐ προτιμῶντα*, Reiskius felicissime sic correxit: „*εἰ δὲ ἐντεῦθεν* „*ἔτι χεῖρον ἕξει κ. τ. λ. pensi non facientem*, „*si hoc pacto fiat, vt res Graecorum adhuc etiam* „*magis pessum eant.*" E contrario Villoisonus in Apollonio (v. *ἁρματροχιή*) *τροῦ* legit pro *τροχῶν*, quod *χ* pro *ȣ* (v. supra in *χ*) notamque syllabae *ων* pro circumflexo habuisset. v. *Append*. l. c. Interdum nota syllabae *ων* in legendo plane neglecta est. Sic Schol. Platon. p. 203. *Ἄργει* habet pro *Ἀργείων*, v. *Append*. p. 48., et Hesychius *γαιων* pro *γαιώνων*, v. *Gregor*. p. 224.

Si nota syllabae *ων* tam grandis est, vt in voce *πρεσβυτέρων*, haud raro fit, vt acutus, qui syllabae est antecedentis, per illam notam porrigatur. Vide voces *καλούντων* tab. V. num. 1., *Ὠρίων*, *βουκόλων* tab. V. num. 5. e Cod. Vatic. 305. Minus recte Montefalconius Palaeogr. p. 346. col. 3. v. 11. notam syllabae *ων* vna cum acuto habuit pro simplici compendio huius syllabae. Tale *ων* cum acuto pertranseunte simile est litterae *χ* superscriptae, cum eaque confunditur Alciphron. III, 43., vbi editiones recte dant *Στρουθίων*, sed Cod. 2720. *Στρούθιχος*, id quod apparet ex accentu super *ου* scripto. Vide hoc ipsum *Στρούθιχος* tab. V. num. 5., quod manifesto debetur errori perperam sic legentis. v. *Gregor*. p. 293. Sin acutus notam

syllabae ωυ non pertranseat, sed modo contingat, λ superscriptum te cernere opineris. Haec causa mihi videtur diuersitatis scripturae *Θέων* et *θέλει* in Etymolog. M., de qua Koenius ad *Gregor.* p. 368. loquitur. Vide vocem *Θέων*, sic, vt opinor, repraesentatam, vt picta fuit, quando cum *θε* (*θέλει*) confunderetur, tab. V. num. 5. Similis confusio reperitur in Etymolog. Paris. 2636. v. *Κορωνὸς*, cuius corrector *Ἀρχίων* dedit pro rectiori *Ἀρχίλοχος*, quod etiam in Etymolog. M. p. 530, 28. legitur. Nimirum Lambda superscriptum in *ἀρχι* (quod est compendium nominis *Ἀρχίλοχος*) habuit pro nota tachygraphica syllabae ωυ.

25. *syllabae ως.* In Cod. Platon. 1807. et Palat. 398. haec syllaba tali nota scribitur, qualem ostendunt voces *ἐτῶς*, *ἀλόγως*, *νεμήσεως* (pro qua in Schol. Platon. p. 161. male ediderunt *νεμέσεως*) tab. V. num. 6. Saepissime hoc ως in ipsam lineam immittitur. Vide *ὡς διαιροῦσα* e Cod. Platon. 1807., *ὥςπερ*, *ὥςτε*, *ὡς καταφρονῶν* e Cod. SGerm. 249., *ὡς καὶ ἐν ἀρχῇ* e Cod. Paris. 1741. In minuta scriptura Codicis SGerm. 345. ως sic pictum est, vt in v. *ἐμπείρως* et *δόσεως* tab. V. num. 7. Xylander notam syllabae ως in Cod. Palat. 398. habuit pro apostropho. v. *Epist.* p. 77.

Varia compendia huius syllabae iam in Epistola ad Bredowium percensui. Nunc addam haec:

Ὡς, inprimis in scriptura Cod. Platon. 1807., SGerm. 249. aliorumque, simile est litterae Eta sic scriptae, vt in *ὀξυτητα* et *προςθήκης* tab. V. num. 7. e Cod. Hermogen. 1983. Hanc ob causam ως et η commutata sunt. Sic in Erotiano *ἐκπατίη* soli debetur errori perperam legentis genuinum *ἐκπατίως*. v. *Gregor.* p. 567. Schol. Platon. p. 218. *ἡ γὰρ ψυχὴ ἐλέγετο.* Cod. 1807. dat *ὡς γὰρ ψ.*, quo spectat quod sequitur, *οὕτω καὶ κ. τ. λ.* Ibid. p. 157. *τὸ ψεῦδος φοινικικόν φησιν ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν δράκοντα, καὶ τους Σπαρτοὺς, καὶ Κάδμον*

ψευδῆ λεγομένων. Pro ψευδῆ Cod. 1807. recte dat ψευδῶς. Argument. Aeschin. περὶ τῆς παραπρεσβ. (Vol. III. p. 187. Reisk.) τοῦ κινδύνου τὸ μέγεθος (add. δεικνύων), καὶ ὡς ψεῦδος συκοφαντοῦντα. Sic vulg. Codex Helmstad. ap. Reisk. Vol. IV. p. 835. dat ψευδῆ. Sed genuinum est, quod Wolfius coniecit, ψευδῶς συκοφαντεῖται. De confusione syllabarum ουν et ει v. supra. Schol. Platon. p. 39. ἣ καὶ ἐν Φαίδρῳ λέγεται. Codex 1807. ὡς καὶ κ. τ. λ. Fateor, ὡς esse posse interpretamentum particulae ἣ (conf. Boissonad. ad Eunap. p. 191. sq.): sed ὡς et ἣ etiam ob similitudinem notarum tachygraphicarum confundi potuerunt.

Posterioribus temporibus ως sic scripserunt, vt in v. καθὼς, ἕως τῆς ἡμέρας, ἁπαλῶς, πανηγύρεως, tab. V. num. 8. et 9. e Cod. Paris. 133., ὁμολογουμένως ibid. e Cod. Paris. 2423. Idem hoc ως, connexum cum antecedente littera, videbis in vocibus θηλυκῶς, γραμμικῶς, συνεχῶς, tab. III. num. 13. et 14., et in φερωνύμως tab. V. num. 4., vbi habuerunt pro syllaba ους. Vide supra in hac syllaba. Saepissime ως cum καὶ confunditur, ac versa vice, quandoquidem ambae voces similibus pinguntur notis, vt docet tab. V. num. 9. e Cod. 2423. et phrasis καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἔσται ex Etymolog. Sorbon. v. *Gregor.* p. 24. Voces ibidem citatas e Scholiis Venetis ad Homerum, φῶ, τὸ φαίνω, ἀναδιπλασιασμὸς πεφάσσω, καὶ πλεονασμὸς παιφάσσω, οἱονεὶ φανερῶ, ὡς πταίνω, παπταίνω· πάσσω, πάλη, παιπάλη, tab. V. num. 7. 8. et 9. repraesentari iussi. V. etiam *Gregor.* p. 201. etc.

c. *integrarum vocum.*

Horum compendiorum in Codicibus haec ratio est. Scriptâ litterâ initiali, aut aliquot de prioribus litteris, superscribitur littera de medio aut de fine sumta, omittiturque vltima syllaba aut residua vocis pars, qui defectus ex sensu et serie orationis supplendus est. Hinc oritur longe maximus in legendis Codicibus numerus difficultatum, quoniam

tales tachygraphorum notae ad certas quasdam regulas reuocari vix possunt. Adde quod accentus, fidus ille dux viae, interdum omissus est: qui vbi in *huiusmodi* compendiis deest, haudquaquam ideo cogitandum de vocis corruptela. Villoisonus quam peruerse senserit de compendiis integrarum vocum, satis docet tabula VII. Apollonii Lexico Homerico addita. Quas enim in illa commemorauit syllabas *χος, χου, χης, χῇ, χας, χους, χια*, nullo modo poterant in *tabulam terminationum* inferri, quippe huiusmodi syllabae finales in compendiis plane omissae sunt, lectorisque est periti et diligentis tales defectus sic, vt series poscit orationis, supplere. $\overset{χ}{\text{Ἀρισταρ}}$ sane potest *Ἀρίσταρχος* significare: sed significat etiam *Ἀρίσταρχον* et *Ἀρίσταρχε*, quemadmodum $\overset{χ}{\text{Ἀριστάρ}}$ non tantum valet *Ἀριστάρχου*, sed etiam *Ἀριστάρχῳ*, *Ἀριστάρχειος* etc. Ibidem dicitur, Eta superscriptum cum acuto esse notam tachygraphicam syllabae $\overline{νης}$. Falso. Nam in exemplo citato $\overset{Ή}{\text{εἰρ}}$ nihil amplius quam Eta mediae syllabae superscribitur, plane neglectâ syllabâ finali *νης, νῃ, νην* etc., quam in legendo oportet ita suppleri, vti poscit sensus verborum. Quod si accentus impositus esset syllaba $\overline{ει}$ (sic, $\overset{Η}{\text{εἴρ}}$), haberemus solennem notam verbi *εἴρηται*. Verius, qui inter Germaniae Philologos Codicum legendorum peritiâ non postremus fuit, Reiskius de Codice Gregor. Corinth. Comment. ad Hermogen. (Orator. Gr. Vol. VIII. p. 881.): „Negotii „haud parum legenti cuique creabit festinatio, „quâ vsus librarius, omnium paene vocabulorum „caudas amputauit, h. e. vocabulis ad medium ex„aratis literas superposuit indicaturas exitus seu „terminationes eorum, e. c. $\overset{τ}{\text{του}}$. quod signum cum „possit perinde accipi pro *τούτου* et *τούτῳ* et *τοῦ*„*τον* [add. et *τοῦτο*], et *τούτων*, et *τούτοις* et *τού*„*τους*, et e denis certe vocabulis quibusque sena

„quaeque ad hunc modum exarata sint a capite „opusculi ad calcem, facile existimatu est, quam „impedire morarique debeat haec secordia vel peri„tissimum quemque atque attentissimum lectorem. „Codicum graecorum, quotquot tractaui, omnium „nullus tam crebris et tantum dubitationis relin„quentibus abbreuiaturis horruit, atque hic vnus, „vt valde verear, ne in integrandis atque velut ex„planandis illis compendiis passim locorum a vero „aberrauerim etc.“

Priusquam singulas voces percensere aggredior, de quarum compendiis in *Epist. Crit.* et in notis ad *Gregor.* dictum est, necessarium puto, ne quis in litteris superscriptis erret, in antecessum generatimque monere, litteram superscriptam pronuntiandam esse *post* eam, quae infra scripta in ipsaque linea posita est. E. c. $\overset{\omega}{\sigma}$ significat, non $\overline{\omega\varsigma}$, sed $\overline{\sigma\omega}$: $\overset{\alpha}{\varkappa}$ valet $\overline{\varkappa\alpha}$, non $\overline{\alpha\varkappa}$, etc. Huius regulae sunt aliquot, sed rarae exceptiones, vbi litterae contrario ordine pronuntiandae sunt, e. c. in τὸ et τοῦτο tab. V. num. 10. Satis tamen frequenter librarii, quando vtraque legendi ratio ad aliquid duceret, quod graecum esset, per socordiam in canonem illum peccarunt. Inde orta est e. c. confusio vocum ἅμα et μάλα s. μᾶλλον. In priore voce $\bar{\alpha}$ in ipsa linea positum et $\bar{\mu}$ superscriptum est: sed in posteriore contrarium obtinet, $\bar{\mu}$ in linea, $\bar{\alpha}$ supra eam posito. Conf. tab. V. num. 10. e Cod. Ven. Hom., et de loco, vbi illa confusio locum habere potuit, Ruhnken. ad Tim. p. 55. it. ap. Wagner. ad Alciphron. Vol. II. p. 121. Porro haec causa fuit, cur passim confunderentur ἐπὶ ($\overset{\pi}{\varepsilon}$) et περὶ ($\overset{\varepsilon}{\pi}$). *) Vide ἐπὶ τέλει et περί τε πολι-

---

*) De alia, vt videtur, causa confusionis harum praepositionum loquens Villoisonus ad Longi Pastoral. p. 34.: „In hunc autem Longi locum περὶ, pro ἐπὶ, „male irrepsit, quod hae praepositiones eodem fere

τείας ibid. e Cod. Platon. 1807. Item ἀπὸ ($\overset{\pi}{\alpha}$) et παρὰ ($\overset{\alpha}{\pi}$). Vide ibid. ἀπὸ τέλους et παρὰ τὸ δρᾶν ex Etymol. Sorbon. Item ὅτι et τὸ, maxime in vnciali scriptura. Voculam ὅτι in Scholiis Homericis alibique librarii saepissime sic pinxerunt per compendium, vt super ο scriberent τ. Conf. voces σημειωτέον ὅτι Gregor. p. 216, 7. In Scholiasta Platonico p. 161. hoc $\overset{\tau}{o}$ perperam habuerunt pro articulo τό. Legas ibi haec: καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ οὕτως ἀναγνωστέον τὸ, ακμαζοντες ἤϊσαν εἰς ταυτόν. Corrige: κ. π. Θ. οὕτ. ἀναγνωστέον· ὅτι ἀκμάζοντές τε ἤϊσαν ἐς ταυτόν. Sic Cod. Platon. 1807. Conf. Thucydid. I. ab init. τεκμαιρόμενος, ὅτι ἀκμάζοντές τε ἦσαν ἐς αὐτόν. Indidem petenda ratio confusionis nominum ὄνομα et νόημα tab. V. num. 11. (cuius confusionis exempla dederunt Valckenarius ad Ammon. p. 21 et Schaeferus ad Dionys. de Compos. Verbor. p. 102.), itemque nominum νόμος et ὄνομα. Etymolog. M. p. 166, 27. ἀνάγκη προςυπακούεσθαί τι τοῖς κτητικοῖς. εἰ γὰρ

„modo in Codd. Manuscriptis, immo et in quibusdam „Edd. principibus quas vocant, efformentur; quod et „ipsis viris doctis fraudi interdum fuisse, ideoque mo„nendum, obseruat Raphael Columbanius in typogra„phicorum mendorum Indice suae Editioni subiecto.“ Fabula Aesop. XLV. Fur. ὡς κενοτομοῦσαν ἐπὶ τὰ θεῖα. Verissime Schneiderus, iuuenis graece perdoctus, correxit καινοτομοῦσαν. Sed nollem scripsisset: „Ap„paret ex origine verbi, cur h. l. cum praepositione „ἐπί coniungatur, cum alias solum accusatiuum sibi „adiunctum habeat.“ Mythographus enim dedit ὡς καινοτομοῦσαν περὶ τὰ θεῖα. Thomas Mag. p. 294. περὶ τὸν τόνον ἐκαινοτομήθησαν. Omnino nihil crebrius commutatione harum praepositionum, etiam in compositis. E. c. Fab. Aesop. LXXIX. Furia dedit ἐπιφέρειν. Bene idem Schneiderus: „Apud Huds. le„gitur περιφέρειν, quod verum videtur.“ SCHAEF.

τις φαίη, Πλατωνικὸς, οὐ προσυπακουομένου τοῦ νόμου ἢ χιτῶνος, ἀτελές ἐστι. Etymolog. Sorbon. dat *τοῦ νόμος ἢ χιτων,* quod edito videtur praeferendum: Etymolog. Paris. 2630. *τοῦ ὀνόματος ἢ χιτωνος.* Hic nemo non videt librarium notam

$\overset{o}{N}$, habuisse pro $\overset{N}{O}$, ac perperam expleuisse. Addo,

compendium $\overset{o}{N}$, etiam *νόμισμα* posse significare. Conf. Apollonius Viliois. tab. III. Itaque quid quoque loco huiusmodi notà significetur, solus docet contextus verborum. In Scholiis Venet. ad Iliad. *Δ*, 14. Villoisonus edidit: *οἱ δὲ ὑποστίζοντες ἐπὶ τὸ ὄρσομεν, πάλιν ὑπὸ τῆς πευστικῆς ὑποκρίσεως πλανῶνται, ἐπεὶ καὶ τοῖς δισταγμοῖς αὐτῆς* (Cod. *αὔτη*) *συμβέβηκε πολλάκις. μηδὲ στίζωμεν ἐπὶ τὸ ὄρσομεν. ὁ γὰρ λόγος, φραζώμεθ' ὡς ἔσται ταῦτα, πότερον πάλιν πόλεμον ποιήσομεν, ἡ* (Cod. recte *ἢ*) *φιλίαν ἐμβαλοῦμεν.* Pro

μηδὲ στίζωμεν Codex habet $\overset{\mu}{\eta}$ *δὲ στίζομεν* (tab. V. num. 11.), quod legendum *ἡμεῖς δὲ στίζομεν,*

non *μηδὲ στ.* De nota $\overset{\mu}{\eta}$, quae omnes casus pronominis *ἐγὼ* in plurali significare potest, v. etiam Montefalconium Palaeogr. p. 345. col. 1. v. 17., qui illam interpretatur *ἡμῶν.* Plura exempla, ne hic libellus nimis excrescat, omitto.

Si ibi, vbi aliquid superscribitur, vna pluresue litterae aut syllabae omittuntur, litterae vocis ei, quae in ipsà lineà est postrema, *ex regulà* lineola exigua addi solet, illius index omissionis. Vide hanc lineolam e. c. tab. I. num. 15. in voce compendiose scripta *δηλωτικὸν*, et tab. V. num. 8. in v. *ἡμέρας* et *πλεονασμός.* Sed haec lineola a librariis saepe negligitur (v. *Append.* p. 16. not.): interdum vero etiam ibi pingitur, vbi non vera est litterarum aut syllabarum omissio, sed modo compendium scribendi locum habet. Conf. tab. V. num. 1. voces *οἴκου* et *'Ανδοκίδου.* Monui ad *Gregor.* p. 116., voces *λέων* et *λέγων* (v. tab. V. num. 11.) solà lineolà inter se discrepare. Verum hoc est, huiusque discriminis *diligentiores* scribae

accurate rationem habent: nec tamen in libris manu scriptis exempla desunt, vbi *λέων* et *λέγων* eodem plane modo, i. e. ambae voces cum lineola illa pictae leguntur. Villoisonus vim et significationem huius signi omissionum videtur ignorasse. Quod enim euulgauit alphabetum Codicis Apollonii, in illud *κ̄* et *λ̄ cum lineola* male retulit, quippe haec lineola non ad ipsam litteram pertinet, sed significat omissionem. v. ad *Gregor.* l. c.

Posterioribus temporibus talis lineola, qualem lectores e Cod. SGerm. 345. cognitam habent, rarius vsurpata est. Iu eius locum ad significandas litterarum syllabarumque omissiones successit calami tanquam ludibundi quidam ductus, qui adpenderetur consonanti vltimae in linea ipsa scriptae, ac supra se haberet litteram superscriptam. Huiusmodi ductus propemodum cum omnibus consonantibus connectitur. Vide, praeter *ἅρματι* tab. III. num. 2., voces *ἀνάβασις, θαυμάζοντα, διάθεσις, ἐνίκησαν, τῆς πνευματικῆς γνώσεως, ξίφει, ἐκτύπωσιν, εἰρήνην, ἐκ λοιμικῆς καταστάσεως, ἔστησεν, ᾔτησεν, φύσεως*, tab. V. num. 11. 12. 13., *ἀπηχήσεις* tab. VII. num. 19., quae omnes e Cod. Paris. 133. sumtae sunt. Vbi vltima consonans est *Delta* aut *Lambda*, signum illud omissionum saepissime ita pingitur, vt factum est in *ἔλαβεν ὁ λαὸς* et *Δημοσθένης* tab. V. num. 14. De verbis *ἐνίκησαν, ἔστησεν, ᾔτησεν, ἔλαβεν* moneo, syllabas finales *α̅ν̅* et *ε̅ν̅* saepissime non exprimi, sed e serie orationis eliciendas esse, scribasque interdum non legisse nisi quae expressa essent, parum curantes supplementa omissorum. Sic, vt hoc vtar, pro *ἔστησεν* legi facile potuit *ἔστη*. *Παρελλα* „per „compend. B.“, vt dicitur in Var. Lection. ad Lucian. T. III. p. 436., nihil aliud significat quam *παρέλλαβεν* (*παρέλαβεν*). In Libanio IV. p. 940. Cod. 2918. dat *πάλιν ἑτέρᾳ δημηγορίᾳ τὸν στρατὸν ἐπέῤῥω* (sic, omnibus litteris in ipsam lineam immissis). Apparet, hoc *ἐπέῤῥω* deberi negligentiae sic perperam legentis verum *ἐπέῤῥωσε* (tab. V.

num. 14.), quod alii dant Parisini Codices, cuiusque loco Editiones ἐπτέρωσε habent. Sed etiam aliae ex eodem more aoristorum scribendorum natae sunt confusiones. Aoristus ἔλαβεν, vt hoc vtar, vbi significatur solâ syllabâ ἐλ̄, α superscripto, parum differt ab ἐλ̄, cui ῡ superscriptum est, h. e. ab aoristo ἔλυσεν. Sic Larcherus (*Remarques crit. sur l' Etym. M.* p. 148.) verissime legit ἔλυσεν pro ἔλαβεν in Etymolog. M. p. 550, 43. etc.

In certis quibusdam vocibus ductus ille in ipsam lineam immittitur, aut superscribitur. Sic fit in ἅγιος. Vid. voces ὁ ἅγιος, τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, tab. V. num. 14. e Cod. Paris. 133. Conf. Montefalcon. Palaeogr. p. 345. col. 3. v. 17. (vbi ductus optime expressus est, quippe discrimen eius litteraeque Gamma tam est manifestum, vt in oculos incurrat). Idemque valet in particulam ἤγουν, cuius compendium solenne ostendit tab. V. num. 14. In hac particula ductum illum nunc pro Gamma, nunc pro nota syllabae ω̄ς habuerunt, legeruntque ἤως pro ἤγουν. Prius propterea falsum est, quia γ̄ (tali formâ) non superscribitur. Nam si in voce ἤγουν, id quod etiam fit, Gamma scribitur super Eta, alia usurpatur forma litterae Gamma (tab. V. num. 14.). Posterius in Epistola ad Bredowium satis confutaui, vbi ostendi, ἤως non esse vocem graecam. v. *Gregor.* p. 436. Lege etiam Pauw. ad Hephaestion. p. 102. verissime haec (secundum H. Stephan. praefat. ad Sophocl. Paris. 1568.) notantem: „Illud ἤως non est graecum et originem „ducit ex male intellecta scriptura compendiaria: „tu vbique pro eo reponas ἤγουν." Falsum hoc ἤως nuper etiam in Rhetor. Ald. Vol. II. p. 368. v. 33. reperi in his: χρώμεθα καὶ ἀντιθετικῷ ἤως (corr. ἤγουν) ἀντεγκληματικῷ. Ibid. p. 359. v. 26. περὶ ὧν προὔκειτο λέγειν αὐτῷ ἤως περὶ προκαταστάσεως κ. τ. λ. Exemplari quod possidet Bibliotheca Imperialis Parisina, Anonymus adscripsit: „ἤως. Ita legitur in Cod. MS. vide num sit legen-

„dum ἢ ὡς." Haudquaquam. Cod. Paris. 1983. recte dat ἤγουν, quod restituendum est.

Praeterea hoc in legendis Codicibus attendendum est. Littera superscripta etsi passim significat, omissam esse aliam litteram aut integram syllabam etc., tamen multum fallatur, qui semper hoc significari putet. Saepe enim talis littera, quanquam superscripta, nullius tamen omissionis index est, sed perinde valet, ac si in ipsa linea scriptam legeremus. E. c. $\overset{ε}{π}$ est illud quidem vulgare compendium praepositionis περὶ, sed non desunt exempla, vbi indicat solam syllabam $\overline{πε}$. Sic est in πεπεράτωται, πέπονθα tab. V. num. 15. ex Etymolog. Sorbon. Hesychius: Ἀφαιδρύνεσθαι, π ε ρ α ί ν ε σ θ α ι, ἀπολούεσθαι. Egregie corrigunt: Ἀφυδραίνεσθαι, π ε ρ ι ρ α ί ν ε σ θ α ι (περιῤῥαίνεσθαι), ἀπολ. Vitium in περαίνεσθαι inde natum est, quod librarius compendium praepositionis περὶ haberet pro simplici syllaba $\overline{πε}$, vtpote quae iuncta sequentibus syllabis, ραινεσθαι, forte fortuna daret vocem bene graecam. [Hac occasione discat lector, pro duplici Rho (ῤῥ), quo nunc vtimur in vocibus et compositis et simplicibus, in vetustis Codicibus saepissime vnum poni. E. c. Hesychius Schowii habet p. 148. ἀσύραπτον pro ἀσύῤῥαπτον (qua voce Lexica carent), p. 718. συράσσει pro συῤῥάσσει, p. 719. ἐρυτιδωμένον pro ἐῤῥυτιδωμένον, vt taceam alia loca, quae sunt innumerabilia. Quod in Xenophonte Ephesio dat Codex Florentinus συνηραφήκει, certa correctione muto in συνεῤῥαφήκει Append. p. 55. Idem Codex Florentinus in Fabulis Aesopicis dat ἠρώστει pro ἠῤῥώστει. V. De Furia P. I. p. 253. *)] E contrario Villoisonus Apollon. p. 472. v. vlt. dedit

*) Conf. Dorvill. ad Chariton. p. 202. et Brunck. ad Aristophan. Acharn. v. 922. SCHAEF.

περιπεποικιλμένος pro scriptura Codicis ππoικιλμένος (ε superscriptum), i. e. πεποικιλμένος, quod cur mutari oporteat in περιπεποικιλμένος (compositum Lexicographis ignotum, neque in Lexica inferendum, donec alibi occurrat), nihil causae esse arbitror.

Sed inprimis ō superscriptum magnam habet in legendo cautionem, diligentissimeque attendi oportet verborum sensum seriemque orationis. Nam hoc demum modo intelligas, e. c. πρ (ὸ superscriptum) sit πρὸς an πρὸ legendum: ō enim superscriptum tam simplex Omicron significare, quam compendium syllabae ος esse potest. Ideo toties confusae praepositiones πρὸ et πρὸς in vocibus compositis aliisque. v. *Epist.* p. 133. *Gregor.* p. 22. 576. etc. In Etymolog. Sorbon. legitur Ἁβρὰ ὀξυτὸς (sic, voce plene et integre scripta) καὶ δασέως, ἡ τρυφερὰ καὶ μαλακὴ κ. τ. λ. Ὀξυτὸς, id quod nemo non intelligit, debetur errori perperam legentis genuinam vocem. Nimirum in libro, quem sequebatur scriba, scriptum erat ὀξυτ (ό superscriptum), i. e. ὀξυτόνως. Hoc ō ita superscriptum scribae visum est significare ος, sed significauit simplex Omicron, post quod syllabam finalem νως, omissam illam ταχυγραφικῶς, supplere oportuit. Ibid. v. Ἄκρατος· ῥηματικὸν ὄνομα κρατὸς, καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α, ἄκρατος, κατὰ ἀνάδοσιν τοῦτος (sic, plenis et integris litteris). Etymolog. Paris. 2630. habet τοῦ τ (ό superscriptum), i. e. τοῦ τόνου. Voces κατ' ἀνάδοσιν τοῦ τόνου in edito Etymologico omissae sunt. Pro voce κακόνος in Hesychio, de qua ad *Gregor.* p. 481. dixi, scriba libri, vnde Codex Venetus transscriptus est, hoc, vt opinor, compendio vsus erat: κακόν (ο superscriptum). Id librarius Veneti Codicis legit κακόνος. Sed etiam κακόνοος recte legas, si sumas, ō

illud superscriptum significare solum Omicron, idque syllabae paenultimae, syllabamque finalem $\overline{o\varsigma}$ plane omissam esse. Atque hoc mihi verum videtur. Similis error commissus in voce ὄνομα hoc scripta compendio, quod (diuersum ab illo, de quo supra dixi, $\overset{N}{O}$,) repraesentat tab. V. num. 15. Scilicet hoc compendium legerunt ὄνος, quod $\bar{o}$ superscriptum haberent pro syllaba $\overline{o\varsigma}$. Vide de confusione ambarum vocum Albert. ad Hesych. T. I. p. 859. et de aliis erroribus perperam legentium $\bar{o}$ superscriptum infra v. Ἀριστοτέλης inprimisque v. Σοφοκλῆς. De σγκος (συγκος) pro συγκοπῆς iam supra in Ὕ ψιλῷ dictum est.

Ἁδρότητα. Huius similiumque substantiuorum finales syllabae τητος, τητι, τητα κ. τ. λ. sic scribuntur per compendia, vti ostendunt tab. V. num. 15. voces τὴν νεότητα e Cod. Vatic. 305., et την ἁπαλότητα, τῆς ἁπλότητος e Cod. Paris. 133. Cum superlatiuorum exitus τατος (conf. tab. V. num. 16. ὦ ἐνδοξότατε καὶ προςφιλέστατε e Cod. Vatic. 305.) eodem compendio notetur, passim legerunt τητος pro τατος etc. ac versa vice, quod non attenderent verborum contextum, e quo solo iudicandum est, τατ legi an τητ, quomodoque syllabam finalem, si omissa est, scribi oporteat. Iis quae dixi ad Gregor. p. 473. sq. addi potest exemplum Platonis Phileb. cap. 5. ed. Fisch., vbi plerique Codicum Paris. et Vindobon. βεβαιότατα dant pro βεβαιότητα. Heerenius in Menandro p. 96. recte edidit τελειότητος δὲ ἕνεκεν pro scriptura Aldinae τελεώτατα δὲ ἕνεκεν. — Alia ratio superlatiuos compendiose scribendi haec est: omissâ syllabâ finali τος etc., littera Alpha in $\overline{\tau\alpha}$ litterae Tau superscribitur. Vide articulum Τιμαλφέστατον, τιμὴν πολλὴν εὑρίσκον, e Timaei Lex. Platon. (tab. V. num. 16.), vbi legerunt τιμαλφέστατα, exitum vocis peruerse explentes, quod

non attenderent *εὕρισκον*, cui accommodanda esset finalis syllaba vocis explicandae. v. *Append.* p. 24. Simili modo scriba Codicis SGerm. 345. comparatiuos scribit, omittens *ρος*, *ρα*, *ρον*, atque *ε* scribens super *τ*. Sic factum in comparatiuo *ἀφθονέστερος* tab. VII. num. 19.

Αἰγύπτιος. Koenius ad Gregor. p. 522. in Etymolog. M. e Codice Leidensi *παρ᾽ Αἰγυπτίοις* recte praefert edito *παρὰ αἶγα*. Neque difficile est causam reddere huius confusionis. *Αἰγύπτιος* quidem, perinde vt *Αἴγυπτος*, a librariis compendia sectantibus vulgo sic scribitur, vt super *υ* ponantur litterae *πτ* (conf. tab. VII. num. 19. ex Etymolog. Sorbon.). Sed plus etiam detruncauerat Etymologici M. scriba, solâ positâ initiali syllabâ *αι* superscriptoque ei Gamma (*Γ*). Scilicet librarii vbi prope ad finem lineae (versus) peruenerunt, vt vocem longiorem, cui integrae plenaeque spatium deest, quoquo modo inferciant, interdum non dubitant, quamuis aduersetur regula, tres adeoque quatuor syllabas supprimere. Exemplum confusionis vocum *Αἴγυπτος* et *Αἰγύπτιος* dedit Larcherus *Remarques sur l' Etymol. M.* p. 154.

Αἰολεύς. Lambda hac in voce, quemadmodum in *βασιλεὺς*, *Ἀχιλλεὺς* (tab. II. num. 1.), aliisque vocibus, superscribitur antecedenti litterae, syllabaque finalis omittitur. Vide tab. V. num. 16. *ὁ βασιλεὺς* e Cod. Paris. 133. Suspicor igitur ad *Gregor.* p. 612, in Etymolog. M. p. 174, 44. *παρὰ τοῖς Αἰολοῖς* natum esse ex errore compendium perperam sic explentis, cum scribere deberet *παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι*. (In Apollonio Dyscolo legas etiam *παρὰ τοῖς Αἰολικοῖς*. V. Excerpta p. 554. ed. Sturz.) Pariter in Etymolog. M. p. 191, 12. *οἱ Βοιωτεῖς* hinc ortum, quod librarius perperam expleret compendium *οἱ βοιω* (superscripto *τ*), i. e. *οἱ Βοιωτοὶ*, quod Parisina Etymologica habent. (Apollonius Dyscolus dicit etiam *Βοιώτιος*, *Βοιωτικὸς* Excerpt. p. 563 et *Βοιωτιακὸς*

ibid. p. 552. In Etymolog. M. p. 224, 36. legitur aduerbium *βοιωτικῶς*, pro quo Etymolog. Paris. 2630. habet *βοιωτιακῶς*. Apollonius Villois. p. 800. *βοιωτιακή*.) Ceterum *Αἰολικὸς* a tachygraphis eodem, quo *Αἰολεὺς*, compendio scribitur. Haec causa est *ὁμοιοτελεύτου*, propter quod scriba Etymologici Parisini in loco ad *Gregor.* p. 605. citato omisit voces *οἱ γὰρ Αἰολεῖς*, quas e Sorbonico supplevi.

Ἀκρωτήριον. De tribus postremis syllabis huius aliorumque nominum in *τηριον* exeuntium in ratione tachygraphica tantummodo litterae *τρ* vocali antecedenti superscribuntur. Vide tab. V. num. 17. *ἀκρωτήριον* et *ποτήριον* e Cod. Vat. 305. Hoc *τρ* sic superscriptum non semper recte legerunt. In Libanio Vol. IV. p. 1015. margo Mor. perperam dat *παιδεύτρια* pro *παιδευτήρια*. v. *Gregor.* p. 260. Frequentius etiam syllabae finales *τηριος* confunduntur cum *τερος*, exitu comparatiuorum, qui eodem compendio scribuntur. Vide *ποθεινότερον* e Cod. Vat. 305. et *ἀσεβέστερον* e Cod. Par. 133. tab. V. num. 17. Libanius Vol. IV p. 1103. *ἐδίδασκεν αὐτὸν, ἥτις ἦν ἡ βρῶσις, τὰ ἀκρότερα δείξασα.* Pro *ἀκρότερα* cum ipso Codice, vnde Leo Allatius sumsit Libanii *διηγήματα*, legendum *ἀκρωτήρια.*

Ἀντὶ τοῦ. Haec formula, maxime a Grammaticis frequentata, in libris manu scriptis sic pingitur, vt ostendunt exempla tab. V. num. 17., vnde corrige quae minus feliciter typotheta repraesentauit in *Gregor.* p. 38. et 175. Ex his compendiis orti sunt hi errores:

1. Saepe neglexerunt alterum Tau, quod plerumque significat *τοῦ*, (sed etiam *τῆς*, *τῶν* etc. significare potest) legeruntque solum *ἀντί*. Grammaticorum scripta plena sunt locorum, in quibus *ἀντὶ* male positum est pro *ἀντὶ τοῦ*. v. *Gregor.* p. 38. 189. 235. 256. Lexicon *περὶ πνευμ.* p. 222. *Ἤδη ἀντὶ ἀπάρτι*. Leg. *ἀντὶ τοῦ ἀπαρτί*. Schaeferus p. 39. huiusmodi loca citat etiam ex aliis scriptoribus, qui non sunt Grammatici. Idem p. 609. monuit, praepositionem *ἀντὶ*, neglecto articulo *του*, interdum

coaluisse cum voce sequente, vnde nata sint monstra vocabulorum. E contrario nonnunquam scribebatur *ἀντὶ τοῦ*, vbi solum *ἀντὶ* scribi oportebat. v. *ibid.* p. 39. Graecus lector, linguae suae satis peritus, seriem orationis attendens semper facile intelligit, compendium $\overset{\tau}{\alpha\nu}$ valeat *ἀντὶ* an *ἀντὶ τοῦ*. Simili modo, i. e. solo Tau superscripto, articulus etiam aliis iunctus praepositionibus indicatur. Vide infra in *διὰ, ἐν τῷ* et *παρὰ τὸ*, vbi *τὸ* perinde haud raro neglexerunt.

2. Villoisonus in Scholiis Homericis exemplum, quod tab. V. num. 17. paenultimum habet, legit *ἀντωνυμία*, cum valeat *ἀντὶ τοῦ*. v. *Gregor.* p. 39.

3. Alterum tertiumque exemplum compendii formulae *ἀντὶ τοῦ* facile possunt confundi cum secundo compendio vocum *ἀττικὸς, ἀττικῶς* (tab. VI. num. 1.), a quo non differunt nisi litterâ $\overline{\nu}$. Ruhnkenius in Moeride admodum probabiliter legit *ἀντὶ τοῦ* pro *ἀττικῶς.* v. *Gregor.* p. 175. In Etymolog. M. vitiosum *ἀττυβίζειν* in *ἀντὶ τοῦ ὑβρίζειν* mutandum censui ad *Gregor.* p. 546.

Ἀντιφάνης. Solenne compendium huius nominis ostendit tab. V. num. 18. e Cod. SGerm. 345. Similiter tachygraphi scripserunt *Ἀριστοφάνης, Ἀπολλοφάνης, Ξενοφάνης* (pro quo in Schol. Platon. p. 172. perperam editum est *Ξενοφάντης*), aliaque nomina propria in $\overline{\varphi\alpha\nu\eta\varsigma}$ desinentia. Si *quatuor* litterae *ανης* omissae sunt, litteraque Iota $\overline{\varphi}$ sibi superscriptum habet, tale compendium legi potest et *Ἀντιφάνης* et *Ἀντιφῶν.* Hac de causa confusa sunt ambo haec nomina. v. *Append.* p. 42. Ex eadem causa repetenda confusio nominum propriorum *Ξενοφάνης* et *Ξενοφῶν.* Scriba Codicis SGerm. in nomine *Ἀντιφῶν* plerumque tantummodo syllabam $\overline{\omega\nu}$ supprimit (tab. V. num. 18.). Falsus fuit Koppiersius, cum Observat. philol. p. 7. diceret, Anti-Atticistam SGerm. v. *ἀναμέσον* dare *Ἀντιφῶν* pro *Ἀντιφάνης.* v. *Epist.* p. 133. Quod enim in tabula ae-

nea exemplum nominis *'Αντιφάνης* repraesentari iussi, ex illo ipso loco sumtum est.

'Αόριστος. Vide tab. V. num. 18. ex Etymolog. Sorbon. Duo ista compendia plurimum habent similitudinis cum compendio iuxta posito vocis *ὁριστικὸς*, quod constat litterâ ō, in cuius medio scriptum est ρ̄. Amborum verborum in Grammaticorum scriptis, vbi voces solennes *τῶν τεχνικῶν* fere per compendia scribuntur, facilis est confusio. Dixi hac de re in *Append.* p. 9. Nunc addo hoc. Regul. de prosod. p. 431, 49. Herm. *περισπῶνται καὶ τὰ προστακτικὰ κλῖνον, σῖνον. ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ ὁριστικοῦ ἐνεστῶτος μακρὸν ἐστι τὸ ι, ὡς τὸ κρῖνε, κλῖνε, σῖνε.* Codex Paris. 2810. pro *ὁριστικοῦ*, quod hîc ineptum est, quoniam de imperatiuo disputatur, dat *ἀορίστου.* Sed hoc quoque falsum est. Sensus loci non poscit nisi haec: *ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος μακρὸν κ. τ. λ.* Quod si pro *ὁριστικοῦ* aut *ἀορίστου* aliam vocem addere placet, non potest addi nisi *χρόνου* *). Conf. *Append.* l. c.

'Από. Compendium huius praepositionis in scriptura et vnciali et minuscula (tab. V. num. 10.) constat duabus litteris, ᾱ et π̄, quarum posterior superscribitur priori. Accentum librarii plerumque omittunt: quapropter $\overset{\pi}{\alpha}$, prout poscit verborum contextus, *ἀπὸ* aut *ἄπο* legi potest. v. *Gregor.* p. 211. Simili compendio significatur *ὑπό:* nam pari modo litterae *υ* superscribitur π̄. Hae praepositiones dici non potest quoties confusae sint. v. *Epist.* p. 86. 210. et *Append.* p. 60. Alium modum scribendae praepositionis *ἀπὸ* ostendunt tab. III. num. 4. et tab. V. num. 18. e Cod. SGerm. 249. Conf. Ducang. Glossar. med. et inf. Graecit. Append. p. 7. v. 44. Ab hac nota compendium praepositionis *ὑπὸ*, quod aeri incidi iussi (v. voces

---

*) Hoc si placet, simul iterandus articulus *τοῦ*. Schaef.

ὑπὸ τῶν συμμάχων, quae sumtae sunt ex Aeschine *παραπρεσβ.* p. 272. Reisk.) non differt nisi spiritu duobusque punctis significantibus Ypsilon. Quo facilior fuit commutatio harum praepositionum. Vide etiam vltimum exemplum tab. VI. num. 2. ex Etymolog. Sorbon., vbi legendum *ἀπὸ βαρυτόνων*.

Si *ἀπὸ* plenis integrisque litteris scribitur, plurimorum librarii Codicum cum substantiuo sequente connectere solent. E. c. scribunt *ἀποσκοποῦ* pro *ἀπὸ* (s. *ἄπο*) *σκοποῦ*. v. *Gregor.* p. 210. Idem tenendum de plerisque praepositionibus. Sic Cod. Palat. 398. dat *διαλόγων* pro *διὰ λόγων*. v. *Epist.* p. 228. Pariter Cod. SGerm. 345. habet *διέχθρας*, *διόχλου*, pro quibus *Epist.* p. 208. scripsi *δι᾽ ἔχθρας*, *δι᾽ ὄχλου*. In nonnullis vocibus idem mos etiamnunc seruatur, velut in *διατέλους*, *διαταχέων*, *διόλου* etc. Porro reperias eodem scripta modo *ἀν-* δλ *θαυτοῦ*, *καθαυτὸν*, *μεταλέξαν* (pro *μετ᾽ Ἀλέξανδρον*, v. *Gregor.* p. 539.), *ἐπιστρατὸν*, *ἐπιμήκος* (v. voc. *Ἀππιανὸς*), *εἰσσυμβίβασιν* (tab. VI. num. 13.) etc. Hic scribendi mos, id quod iam supra in littera Alpha monui, varios errores peperit. Montefalconius, vt hoc vtar, in Anti-Atticista SGerm. non dedisset *ἀποστόμασις* pro *ἀπὸ στόματος* (tab. VI. num. 13.), si praepositio *ἀπὸ* seiuncta fuisset a nomine *στόμα*. v. *Append.* p. 17. Formula Grammaticis vsitata *κατ᾽ ἔλλειψιν* in Codicibus continua serie litterarum scribitur *κατέλλειψιν*. Igitur scriba Phrynichi *Προπαρ. Σοφ.* MS. syllabam huius compositi finalem in archetypo suo perperam intelligens pro hac formula plenis integrisque litteris dedit participium *κατελλείψας*, vnde Toupius, quod fere fidem excedit, verbum *κατελλείπω* fabricatus est. V. omnino Schaefer. ad L. Bos. Ellips. p. 1.

Ἀποβολή. Nominum in $\overline{ολη}$, e. c. *ἀποβολὴ*, varia sunt compendia. Nunc enim pingitur $\overline{απου}$, superscripto $\bar{ο}$, nunc $\overline{απουο}$, superscripto $\bar{λ}$, nunc

υλ o λ λ
απο. Pari varietate scribitur *συστ*, *συστο* et *συς*
ςλ
s. *συ* pro *συστολή*. v. *Gregor.* p. 456. Postremum compendium vocis *συστολὴ* suspicor in *Gregor.* p.
λλ
601. pro *συ* (*συλλαβὴ*) sumtum, i. e. voces *συστολὴ* et *συλλαβὴ* confusas esse. Ceterum nomina in *ολια* iisdem, quibus nomina in *ολη*, scribuntur compendiis. Itaque nisi seriem orationis attendas simulque linguae Graecae satis peritus sis, facile fallaris in explendis talium nominum syllabis finalibus. Iam supra in littera Lambda dixi, Villoisonum in Scholiasta Homerico male edidisse *ἀμφιβολὴ* pro *ἀμφιβολία*. V. tab. II. num. 1. Item *συμβολὴ* et *σύμβολον* confusa sunt, perperam expletis finalibus syllabis. v. *Epist.* p. 224. Voces *διὰ τὰ σύμβολα* tab. V. num. 19. sic repraesentari iussi, vt in Cod. SGerm. 345. scriptae leguntur.

Ἀπορία. Scriba Cod. Gregor. 2423. hanc vocem compendiose sic scribit, vt cernere licet tab. V. num. 19. Cetera duo exempla eiusdem vocis sumta sunt e Glossis marginalibus recentioribus Codicis Hermogen. 1983. Quod ad *Gregor.* p. 436. e Codice Dorvill. Erotiani citaui *ἀπέα*, nihil est aliud quam perperam lectum *ἀπορία*. Lector facile intelliget, *ρ̄* superscriptum habere similitudinem cum *ε̄*. Nomina in *ηγορια* simili indicantur compendio: litterae enim *Η* superscribuntur *Γρ*, duobus punctis nunc additis, nunc omissis. Duo haec puncta valent pro *ι̇* omisso, ponunturque ab accuratioribus scribis, vt substantiua illa ab adiectiuis in *ηγορος*, quorum eadem sunt compendia, dignosci possint. Vide etiam infra in voce *κατηγορία*.

Ἀππιανός. Nomina in *ανος* compendio solenni sic scribuntur, vt, syllabâ *νος* plane omissâ, Alpha super Iota ponatur. v. *Gregor.* p. 242. Tab. V. num. 19. dedi nomina *Ἀππιανὸς* et *Ἀῤῥιανὸς* e Cod.

SGerm. *περὶ συντάξεως.* Accentus saepissime negligitur. De duplici ϖ in *Ἀϖϖιανὸς* moneo, postremam lineam prioris primamque posterioris in *vnum* ductum contrahi. Haec contractio facilisque colluvio rotundorum calami ductuum in minuscula scriptura faciunt, vt saepius modo *vnum* ϖ loco duorum videre tibi videaris. Id accidit in Lexico SGerm. citato v. *ἀποδίδωμι* (Appian Schweigh. Vol. III. p. 16.), vbi *Ἀππιανὸς* pro *Ἀπίανος* legendum est.

Quod dixi compendium nominum in *ανος*, passim perperam acceptum est. Scilicet

1) partem horum nominum omissam non suppleuerunt, ac modo eam, quae vere scripta esset, legerunt: qui error omnino in compendiis vocum legendis est longe frequentissimus. Sic in Etymolog. M. interpretor corruptum *Διογενία*, pro eoque lego *Διογενιανός.* v. *Gregor.* p. 242. Obiter moneo, ex eodem illo errore in *Gregor.* p. 15. natam esse vitiosam scripturam Cod. b. *ἐν Θεσμοφορία* pro *ἐν Θεσμοφοριαζούσαις.* Librarius enim non legebat nisi quae scripta essent, prorsus obliuiscens omissorum.

2) *α* superscriptum litterae *ι* habuerunt pro syllaba *ας.* Inde ortum in Lex. SGerm. *περὶ συντάξεως* v. *ἄρχω* (Appian. Schweigh. Vol. III. p. 16.) vitiosum *Ἀππίας*, pro quo *Ἀππιανὸς* scribendum est. Passim autem *α* superscriptum valuisse pro syllaba *ας*, vti *ο* superscriptum pro syllaba *ος* valet, verum est, apparetque, alia vt omittam, ex Etymolog. Sorbon. Vide tab. V. num. 19. voces *ἡμᾶς* et *φορᾶς.* Posterior quidem vox s. *Αἴγυπτος* hoc in contextu legitur: *ἐκ τῆς σφοδρᾶς τοῦ ἡλίου φορᾶς.* [Etiam *π* ibidem legitur pro *πᾶς*, et nonnunquam pro *πᾶσα.* Posterioris compendium vocis Etymologus Paris. 2630. confudit cum praepositione *παρὰ*, s. *μορίαν* sic scribens: *οἱ μὲν παρὰ* (corrig. *πᾶσαν* ex Etymolog. M. p. 590,

42.) *ἐλαίαν οὕτω καλοῦσιν.*] Pariter superscriptum ε̄ in Etymolog. Sorbon. interdum significat syllabam *ες*. Vide voces *ἀνδρόμηκες* tab. V. num. 19., *γυναῖκες* et *ἐπίμηκες* tab. VI. num. 1. Pro vltimo adiectiuo, id quod in transcursu moneo, in Etymolog. M. p. 170, 33. et 338, 4. legitur forma *ἐπίμηκος*. Sed assentior Sylburgio praeferenti *ἐπὶ μῆκος*. Vide quae de connexione praepositionum cum substantiuo sequente in voce *ἀπὸ* dixi. Denique superscriptum ω̄ in Etymolog. Sorbon. reperitur pro syllaba *ως*. Vide vocem *ὀξυτόνως* (tab. VI. num. 1.), quae illic hoc in contextu legitur: *Ἄμητος, προπαροξυτόνως* (sic, integris litteris) *μὲν ὁ ἀμώμενος καὶ θεριζόμενος καρπὸς τοῦ σίτου, ἀμητὸς δὲ ὀξυτόν* (pro *ὀξυτόνως*) *ὁ καιρὸς τοῦ θέρους*.

Ἄρα. Huius particulae peculiaris est nota, quam lector videbit tab. VI. num. 1. Primum exemplum e Cod. Platon. 1807. sumtum est. Significatio eius fugit illum, qui Scholia exscripsit in vsum Ruhnkenii: quapropter vocem plane omisit, p. 183. Vide supra in syllaba *οις*. Alterum exemplum, idque recentius, *εἰ μὴ ἄρα εἴπωμεν*, vbi angulosus ductus abiit in rotundum, debetur Codici Paris. 133., ex quo etiam Montefalconius Palaeogr. p. 345. col. 1. v. 1. notam tachygraphicam particulae *ἄρα* depromsit. Vide infra voc. *παρά*.

Ἀριστοτέλης. Nominis huius compendiose scribendi modus frequentissimus hic est, vt syllaba *λης* omittatur, atque ε̄ superscribatur litterae Tau. Sic factum in Cod. SGerm. 345. Aliis in Codicibus, iisque recentiorum temporum, reperitur etiam $\overset{\tau\lambda}{\text{ἀριστο}}$. Si omittuntur duae syllabae *τελης*, superscribiturque ō, quod restat legi potest *ἄριστος*: vnde orta confusio nominum *ἄριστος* et *Ἀριστοτέλης*. v. *Epist.* p. 134. [Iac. Gronovius ad Harpo-

crat. p. 74., cui scriptura ἄριστος pro Ἀριστοτέλης e Goesiano exemplari innotuerat, nihil habebat causae, cur de ea dubitaret, et ἄριστος diceret *vocem nimium truncatam*. Minus etiam probandum, quod ἀριστοτέχνης, vocem ab ipso confictam, in textum asciuit. Conf. Bibl. Crit. Vol. III. P. IV. p. 88.] Eadem de causa σοφός et Σοφοκλῆς, ξένος et Ξενοφῶν, δῆμος et Δημοσθένης, ἴσος et Ἰσοκράτης confunduntur, vbi haec nomina propria per compendia sic notantur, vt ō superscriptum pro syllaba ōς haberi possit. v. *ibid.* p. 133.

Ἅρμα, ἅρματος. Quibus compendiis neutra in μα exeuntia omnibus in casibus a veteribus librariis scripta sint, in *Append.* p. 16. sqq. tam copiose docui, vt non opus sit de hac re plura dicere. Conf. *ibid.* p. 20. Alia exempla neutrorum in μα perperam expletorum v. in nota ad *Gregor.* p. 524. Boissonadus ad Eunap. p. 153. in Aristaeneto II, 7., vbi σὺν τῷ σώματι pro σὺν τὸ σῶμα conieci (*Append.* l. c.), τὴν ψυχὴν in τῇ ψυχῇ mutandum et sic legendum censet: μὴ γὰρ ἡ τύχη σὺν τὸ σῶμα κατεδούλωσε τῇ ψυχῇ, quod dictum sit pro ἡ τ. τὸ σῶμα συγκατεδούλωσε τῇ ψυχῇ. Vereor, vt recte. Ex aliis etiam locis apparet, librarium Codicis Aristaeneti in compendiis archetypi sui passim non legisse nisi quod scriptum erat, suppressumque plane neglexisse. Sic I, 19. Codex dat τῆς ἀκμῆς τὸ ἄνθος ἄωρον ἀποβαλοῦ (pro ἀποβαλοῦσα) τοῖς πόνοις. Nam participia in ουσα compendiose sic scribuntur, vt ȣ ponatur super consonantem antecedentem, syllabaque σα omittatur. Conf. voces ὑπερβάλλουσα συμφορὰ tab. VII. num. 20. e Cod. SGerm. 345. Eodem compendio scribuntur syllabae finales ουσιν, quae causa est, cur tam facile confundantur ουσα et ουσιν.

Alius modus nomina in μα desinentia in genitiuo ceterisque casibus compendiose scribendi huc

redit, vt $\bar{\tau}$ super $\bar{\alpha}$ scribatur, e. c. *τοῦ στόμ*$\overset{\tau}{\alpha}$ pro *τοῦ στόματος*. In Lex. SGerm. rhet. soph. hunc legi articulum: *Ἄβολος· οὐδέπω ἔχοντι ἐπὶ τῶν ὀδόντων γνωρίσμ*$\overset{\tau}{\alpha}$ (sic). Corrupta haec esse nemo non videt. Nisi fallor, in archetypo, quod librarius secutus est, scriptum erat *γνωρισμ*$\overset{\alpha}{}$ (fortasse sine accentu, vt saepe fit), e quo ille male fecit *γνωρίσμ*$\overset{\tau}{\alpha}$, i. e. *γνωρίσματα*. Articulus sic legendus est: *Ἄβολος· οὐδέπω ἔχων τι ἐπὶ τῶν ὀδόντων γνώρισμα.*

De tertio modo haec nomina in genitiuo etc. per compendia scribendi v. infra voc. *καλούμενος*.

Ἀττικὸς, ἀττικῶς. Duae haè voces, et prior quidem omnibus in casibus et generibus, quae quoque loco e serie orationis eruendae sunt, in Cod. SGerm. 345. aliisque Codicibus per compendia sic pinguntur, vt ostendunt tria exempla tab. VI. num. 1. Monui ad *Gregor*. p. 184., postremum exemplum in Cod. SGerm. Moeridis, v. *χρήματα*, legi oportere *ἀττικοὶ*, non *ἀττικῶς*. Idemque valet de articulo *ναυττιᾶν* citato in *Append*. p. 15., vbi per errorem *ἀττικῶς* pro *ἀττικοὶ*, et *ἑλληνικῶς* pro *Ἕλληνες* scripsi. Nam accentus super $\bar{\varepsilon}$ (conf. tab. I. num. 7., vbi articulus *ναυττιᾶν* repraesentatur,) manifesto ostendit, compendium illud legendum esse *ἕλληνες*: igitur etiam $\overset{\tau}{\alpha}$ legi debet *ἀττικοί*.

De confusione facili secundi compendii vocis *ἀττικῶς* cum vocibus *ἀντὶ τοῦ* dixi supra v. *ἀντὶ τοῦ*.

Αὐθυπότακτον. Compendium huius vocis, cuius fit mentio *Epist*. p. 131., vide tab. VI. num. 2. e Cod. SGerm. 177.

Ἀχιλλεύς. Vide supra v. *Αἰολεὺς*, et de *Ἀχιλλῆος* in Scholiis Homericis perperam lecto pro *Ἀχιλλέως* v. supra litteram Lambda. Simili lapsus errore Villoisonus in Apollonio v. *ποιμὴν*

p. 663. edidit *τὸν βασιλῆ*, permiram in scriptis Scholiastarum aliisque formam, pro eo quod secundum Codicem dare debuit, *τὸν βασιλέα.* Vide tab. VI. num. 2.

Βαρύτονος. Hoc adiectiuum, perinde vt verba *βαρύνεσθαι, βαρυτονεῖσθαι* etc., in Codicibus Grammaticorum raro scribitur plenis integrisque litteris. Quae typotheta in *Gregor.* p. 312. compendia minus recte dedit, secundum tab. VI. num. 2. corrigenda sunt. Primum exemplum, *βαρυτ*, superscripto *ο*, prout poscit contextus verborum, legi potest *βαρύτονος, βαρυτόνως, βαρυτονεῖται, κ. τ. λ.*: *βαρ*, superscripto *υ*, eiusdem est significationis, ac praeterea significat *βαρύνεται, βαρύνουσι, βαρὺς, κ. τ. λ.* Reliqua tria exempla ex regula valent *βαρύνεται.* Conf. tab. VI. num. 3. phrasis *πᾶσα λέξις εἰς αρ λήγουσα βαρύνεται.* Pro hoc *βαρύνεται* in Etymolog. M. p. 172, 33. perperam scripserunt *βαρεία.* Veram huius loci scripturam ad *Gregor.* p. 342. e Scholiis Homericis restitui. Vide infra v. *συμπλεκτικὸς* et tab. VII. num. 10. Si in genitiuo *βαρυτόνων* finalis syllaba *ων* vna cum accentu exprimitur, vocis huius ea est forma, quam tab. VI. num. 2. exempla duo paenultima ostendunt. Vltimum quidem exemplum huius numeri legendum est *ἀπὸ βαρυτόνων.* Omnia autem exempla illic repraesentata depromsi ex Etymolog. Sorbon. Ad *Gregor.* p. 602. suspicor, comparatiuum *βαρύτερος* in Codicibus compendiose scriptum fuisse *βαρυ*, superscripto *τ*; cumque hoc compendium etiam *βαρύτονος* significare possit, corrigo *βαρυτόνων* pro *βαρυτέρων.*

Γενική. Compendium huius vocis vulgare est Gamma, cui *ε* superscriptum est. Vide tab. VI. num. 3. Duo prima exempla sumta sunt e Cod. SGerm. 345., altera duo ex Etymolog. Sorbon. In titulo Lexici SGerm. *περὶ συντάξεως*, vt legitur in Appiano Schweighaeus. Vol. III. p. 16., compendio minus intellecto perperam dederunt *γενετικὴ*

pro γενικῆ. v. *Epist.* p. 177. In Hesychio v. Βοῤῥοῦ, τοῦ βοῤέου, ἧγε παρ' Ἀριστωνύμῳ, pro ἧγε, quod hic sensu caret, lego ἡ γ, i. e. ἡ γενικὴ. v. *Gregor.* p. 38. Schowius corrigit ἡ λέξις, quae vox per compendium sic scribitur, vt ostendit phrasis πᾶσα λέξις εἰς αρ λήγουσα βαρύνεται tab. VI. num. 3. ex Etymolog. Sorbon. Schowii ratio si cui placeat, ponere debebit, γ et λ commutata esse, cuius commutationis non desunt exempla: sed mea correctio videtur facilior locoque accommodatior.

Γεώργιος. In huius vocis compendio Gamma superscribitur antecedenti Rho. In *Gregor.* p. 60. series orationis docet, Γεώργιε in vocatiuo, non Γεώργιος legendum esse. Scriba Codicis Hermogen. 1983. Γεώργιος sic scribit, vt cernere licet tab. VII. num. 19. Conf. Montefalcon. Palaeograph. p. 348. col. 1. v. 11.

Γίνεται. De confusione huius verbi cum pronomine τινὲς vide supra syllabam αι.

Γνώμη, συγγνώμη. Superscribitur ω, omittiturque syllaba μη. v. *Gregor.* p. 295. et tab. VI. num. 16. voces γνώμη μὴ μένων e Cod. SGerm. 345.

Γράφεται. Huius verbi compendium, quod nihil est aliud quam Gamma habens innexum sibi Rho, videbis tab. VI. num. 3. ex Etymolog. Sorbon. et Cod. SGerm. 345. Frequentissimum est in marginibus plurimorum Codicum, vulgoque sic indicantur scripturae diuersitates. Vbi in ipso textu reperitur, exitus verbi quoque loco sic, vt poscit contextus, supplendus est: nam vnum idemque compendium γρ significare potest γράφει, γράφουσι, γράφονται, vt breuiter dicam, omnes personas modosque verbi γραφω, qui a syllaba γραφ incipiunt. v. *Gregor.* p. 276. In Apollonii Lex. Homer. p. 278. Villoisonus male legit γράφεται pro γράφηται: nam subiunctiuum requirit

quae antecedit particula *ἐάν.* v. *Gregor.* p. 115. Substantiuum *γραφὴ* eodem scribitur compendio. Vide voces *τῇ γραφῇ* tab. VI. num. 3. e Cod. Paris. 133. *Γράφεται* per compendium scriptum, id quod Schowius ad Hesych. p. VIII. monuit, confuderunt cum particula *γὰρ* sic picta, vt ostendit tab. VI. num. 3. Idem *γράφεται* simile est etiam notae tachygraphicae praepositionis *πρός*. Vide tab. IV. num. 2. voces *πρὸς τὴν κοιλιαν* e Cod. Platon. 1807. et tab. VI. num. 17. verbum *προςέθηκεν*. Praeterea verbum *γράφειν* compendiose sic scribitur, vt Alpha ponatur super litteras *γρ*. Vide tab. VI. num. 3. Sed hoc *γρα*, e. c. antecedente articulo *τὸ*, etiam substantiuum *γράμμα* significare potest. Hoc substantiuum cum *πρᾶγμα* saepe confuderunt, (v. *Gregor.* p. 185. sq.) quod certis in casibus multum similitudinis inter Gamma et Pi intercedit, (v. supra litteram Gamma) ambaeque voces compendiose sic indicantur, vt, plane omissis litteris *μμα* et *γμα*, antecedens *α* superponatur litterae Rho.

Δέ. Compendium huius particulae in vulgus notum accuratiores librarii sic pingunt, vt a nota verbi *ἐστὶν* solius absentia spiritus dignosci possit. Vid. tab. VI. num. 3. Ideo hae voces toties commutatae sunt. v *Epist.* p. 256. sqq. *Gregor.* p. 48. Vide etiam infra vocem *ζήτει*. Duo puncta saepissime omittuntur. Praeterea scribae passim spiritum super nota verbi *ἐστὶν* negligunt: vt haec nota plane non differat a compendio particulae *δέ*. In minuscula scriptura nonnullorum Codicum compendium huius particulae, quando forte fortuna caret accentu, facile haberi potest pro signo commatis. In *Append.* p. 57. monui, pro *οἷον*, post quod commatis signum sequeretur, fuisse qui *οἱ δὲ* legerent. Vide tab. VI. num. 4. Nimirum interpunctionis signum habuerunt pro compendio particulae *δὲ*, notamque syllabae *ον* pro accentu graui eiusdem particulae. E contrario legerunt *οἷον*, vbi *οἱ δὲ* legi oporteret. v. *ibid.* Correctio exprompta

vltimo loco placet etiam Larchero *Remarques crit. sur l' Etymol. M.* p. 110. In Libanio reperi locum, vbi scribae signum interrogationis (;) et δὲ confuderunt. Scilicet Vol. IV. ed. Reisk. p. 811, 5. legas haec: *διὰ ταύτην οὖν, φησὶ, νόμον εὖ ἔχοντα λύσομεν δὲ καὶ μάλα δικαίως. ὅτι δι' ἡμᾶς κ. τ. λ.* Codicum Parisinorum vnus optime habet *λύσομεν; καὶ μάλα δικαίως, ὅτι δι' ἡμᾶς κ. τ. λ.*

Vide etiam supra in syllaba ες.

Δηλονότι. Saepissime omittuntur syllabae ονοτι et Lambda scribitur super Eta: vnde non potest non magna nasci ambiguitas. Nam *δῆλον, δῆλα*, multaeque aliae voces a δηλ incipientes eodem compendio scribi possunt. Vide quae dixi in littera Lambda et tab. I. num. 15. Compendium vocis *δηλονότι* frequentissimum est in Scholiis manu scriptis: nam Scholiastae illa vtuntur tanquam vocabulo exegetico, quod respondet latino *subaudi.* V. H. Stephani Propar. in Schol. Thucydid. p. 11. sqq. et *Append.* p. 32. sq.

Δημοσθένης. Varia sunt huius nominis compendia. Librarii enim nunc vnam omittunt syllabam *νης*, superscribentes ε (tab. III. num. 8.), nunc duas *σθενης*, superscribentes ο, nunc adeo tres *μοσθένης*, solam exprimentes syllabam initialem *δη*. Vide tab. VI. num. 4. locum *ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους* e Cod. SGerm. 249., vocemque *Δημοσθένης* tab. V. num. 15. e Cod. Herodiani (*περὶ σχημ.*) 2551. Contextus vltimi loci (Villoison. Anecd. II. p. 93.) sic habet: *ὡς παρὰ Κλεοχάρμῳ* (Paris. *Κλεοχάρει*)· *Δημοσθένης ὑπέστη Φίλιππον.* Alius Codex Paris. (2929.) pro *Δημοσθένης* dat *δηρὸς* (sic), manifesto documento, veteres librarios saepe fuisse legendi non magis peritos, quam primos editores temporum recentiorum.

De confusione vocum *δῆμος* et *Δημοσθένης* vide supra in v. *Ἀριστοτέλης.* In Lexico SGerm. rhetor. sophist. v. *ἄξονες* (quocum Suidas fere con-

venit) hunc locum reperi: *μέμνηται δὲ τῆς λέξεως* *δῆμ* (sic) *ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους*.

Διά. Vide phrasin *διὰ τὰ σύμβολα* tab. V. num. 19. Articulus vbi post *διὰ* sequitur, saepe significatur solo Tau superscripto, e. c. *δια* pro *διὰ τοῦ*. v. *Append.* p. 15. Sed hoc idem *δια* etiam *διὰ τῆς*, *διὰ τὸ*, *διὰ τὸν*, *διατί* etc valere potest, prout quoque loco series orationis postulat. v. *Gregor.* p. 459. De scriptura *διέχθρας*, *διαλόγων*, pro *δι' ἔχθρας*, *διὰ λόγων*, vide supra in praepositione *ἀπό*.

Διογενιανός. Vide in *Ἀππιανός*.

Δισύλλαβος. Vide in *συλλαβή*.

Δίφθογγος, *δίφθογγον*. Tab. VI. num. 4. ostendit varia harum vocum compendia ex Etymolog. Paris. 2630., vnde corrige quae typotheta ad *Gregor.* p. 34. minus fideliter repraesentauit. Similem notam dat Ducangii Glossarium in Appendice iam saepius citata p. 7. v. 21. Quod illic reperitur sic scriptum, *δ* . . . . . ., plene legendum est *δίφθογγος*.

Δοτική. Ad vocem hanc compendiose scribendam *τ* superponitur litterae *ο*, ceteraque omittuntur. Interdum scribitur solum *δο*, vt cernere licet tab. VI. num. 4. Ab hoc compendio parum differt quod ibidem ex Etymolog. Paris. 2630. dedi *δυ,*, i. e. *δυϊκή*. Ideo fieri potuit, vt voces *δοτικὴ* et *δυϊκὴ* confunderentur. v. *Gregor.* p. 631. Quod modo dixi compendium *δυ,*, in eodem Etymologico etiam pro voce *δύναμις* ponitur. E. c. v. *ἀτονία· ἐκ τοῦ μὴ ἔχειν τόνον ἤγουν δυ,*, h. e. *δύναμιν*. Eodem compendio scribitur verbum *δύναται*. Iam si reputaueris, librarios vocem *δηλονότι* (vide supra in littera Lambda) passim hoc compendio, *δη,*, scripsisse, non mira videbitur, quam memoraui ad *Gregor.* p. 300. sq., commutatio vocum *δύναται* et *δηλονότι*: omnis enim earum differentia

redit ad litteras Eta et Ypsilon, quas recentiores Graeci eodem sono pronuntiant.

Δυςώδης. Nominum in ωδης et ωδια eadem sunt compendia: nam in vtrisque littera δ superscribitur litterae ω. Inde exstitit scripturae diuersitas *χασμωδες* et *χασμωδια.* v. *Append.* p. 6. In Scholiasta ad Aristophan. Plut. v. 266. Koenius ad *Gregor.* p. 561. *δυςώδη* optime mutat in *δυςωδιαν.* *Ibid.* monui, *φρικωδος* in Lexico *περὶ πνευμ.* p. 232. ortum esse ex errore perperam explentis vocem per compendium scriptam *φρικώδης.*

Εἰκὼν, εἰκόνος. In genitiuo ceterisque casibus huius substantiui ο scribitur super κ, ac sequentes litterae omittuntur. Pro *εἰκόνες* in Codice SGerm. Timaei, perperam explentes compendium, dederunt *εἰκόναι.* v. *Append.* p. 23.

Εἰς. De confusione huius praepositionis cum *ἐκ* supra in littera Kappa dictum est. Articulus *το, τὸν, τὴν* etc. si post *εἰς* sequitur, saepius, perinde vt in aliis praepositionibus, solo Tau superscripto indicatur. Vide Tab. VI. num. 5. ex Etymolog. Paris. 2630. Suspicor ad *Gregor.* p. 167., in Etymolog. M. v. *χαμᾶζε* pro *εἰς τὴν* male lectum esse *ἐκ τῆς.* E contrario in eodem Etymolog. v. *αὐτὰρ* pro *ἐκ τοῦ* male legerunt *εἰς τό.* v. *Gregor.* p. 244. Formula *εἰς το* frequentissima est in Lexicis, quando citantur alii articuli. v. *Gregor.* p. 459. E. c. Etymolog. Paris. *"Ανευθεν, εἰς τὸ ἀπάνευθεν* (subaud. *ζήτει*). *'Αμόθεν, εἰς τὸ ἀμωςγέπως.* Interdum *εἰς τὸ* per errorem legerunt, vbi legi debebat *εἰς τόν.* Idem Etymolog. Paris. *'Ασπάλαθος, εἶδος ἀκάνθης. εἴρηται παρὰ τὸ σπω σπαλαθος καὶ ἀσπάλαθος. οὕτως 'Αμαραντος, εἰς τὸ θεοκριτος* (sic). *'Επαφρόδιτος δὲ παρα τὸ σπαλιεύειν ἐτυμολογεῖ, ὅ ἐστι ξύειν, ἵν' ᾖ σπαλαθος καὶ ἀσπάλαθος.* Verba *οὕτως 'Αμάραντος* vsque ad finem articuli in edito Etymologico desunt. Nemo non videt, pro *εἰς τὸ Θεόκριτος* legendum esse *εἰς τὸν Θεόκριτον.* Ceterum hic locus addi potest iis,

quae in Notitia Scholiorum Theocriti Vol. I. p. 135. Warton. de *Amaranto* dicta sunt.

Εἶτα. In aduerbio hoc compendiose scribendo Alpha interdum omittitur, et τ̄ superscribitur diphthongo ει̅. Vide tab. VI. num. 5. e Cod. Ven. Homer., vnde corrige quae leguntur *Gregor.* p. 69. Dixi ibi, Villoisonum male ὅτι pro εἶτα legisse.

Ἕλληνες, ἑλληνικὸς et *ἑλληνικῶς* eodem compendio scribi possunt, quando, accentu omisso, tantummodo duae primae syllabae pinguntur. Sin ε̄ acutum sibi impositum habet, vt tab. I. num. 7. in articulo Moeridis (*ναυττιᾷν*) citato *Append.* p. 15., compendium modo ἕλληνες significat. Vide supra in voce *Ἀττικός.*

Ἔνθα et *ἔνθεν* eodem compendio, i. e. syllabâ ε̄ν̄, cui superscripta est littera θ̄ (tab. VI. num. 5. e Cod. SGerm. 345.), significantur. Ideo ambae voces toties confusae sunt. v. *Epist.* p. 56. et 277. *Append.* p. 11. sq. Nec minus confunduntur *ἐνταυθα* et *ἐντεῦθεν*, nam compendia horum aduerbiorum, *ἐνταυ*[θ] et *ἐντευ*[θ], parum inter se discrepant. v. *Epist.* p. 277. et *Gregor.* p. 419. et 438. Paullo maior est discrepantia inter *ἐνταυ*[θ] et *ἐν συν*[θ]. Tamen haec confusa sunt. Etymolog. Sorbon. *Αὐλὸς, τὸ στάδιον, καὶ ἐνταῦθα δίαυλος. εἴρηται δὲ κ. τ. λ.* Vox *ἐνταῦθα* hic sensu caret. Sed Etymolog. Paris. 2630. dat *ἐν συν*[θ], i. e. *ἐν συνθέσει.* Conf. Etymolog. M. p. 170, 26. *Αὐλὸς, σταδιον, καὶ τὸ διστάδιον *) δίαυλος, σύνθετον.*

Ἑνικὸς et *ἐνεργητικὸς* confunduntur (v. *Epist.* p. 117. sq.), quia ambae voces passim solo ε̄, cui superscriptum est *N* (tab. VII. num. 21.), indicantur. Idem compendium in Etymolog. Sorbon. nonnunquam significat vocem *ἐνεστώς.*

---

*) *Substantiuum διστάδιον* Lexicis accedat. SCHAEF.

Ἐν τῷ, ἐν τῇ. Articulus vtrobique indicatur sic, vt Tau scribatur super ἐν. v. *Gregor.* p. 459. et 539.

Ἐπειδάν. Haec particula in vetustis Codicibus saepe reperitur sic scripta: ἐπεὶ δ᾽ ἄν. v. *Append.* p. 26. Vbi scribitur per compendium, δ ponitur super diphthongo ει. Vide tab. VI. num. 5. Hinc non potest non ambiguitas nasci: nam ἐπει significare potest tam ἐπειδὰν quam ἐπειδή. Igitur solus qui sequitur verbi modus docet, vtro modo legendum sit: nam post ἐπειδὰν sequitur subiunctivus. v. *Gregor.* p. 165. Ceterum hoc compendium vocum ἐπειδὰν et ἐπειδὴ comparet etiam in editis libris. Boissonadus ad Philostr. Her. p. 329.: „Olearius „soloece edidit ἐπειδὴ . . . . ἥκῃ. Editiones et co„dices habent ἐπειδάν. Compendium obscurum in „Morelliana hunc peperit errorem, quem centies „errauit Olearius " In Reiskiana editione Libanii item ingens est numerus perperam positorum ἐπειδὰν et ἐπειδὴ, quod typotheta compendium Morellianae ἐπει non congruenter seriei orationis, sed forte ac temere expleret.

Ἐπενδύνοντο. Schaeferus ad *Gregor.* p. 51. de hac voce sic scribit: „Augmentum requiro. „Pierson. ad Moer. p. 139. corrigit ἐπενδύονται." Haud infrequens scripturae diuersitas το et ται in exitu verborum passiuorum hinc orta est, quod ambarum syllabarum idem fuit compendium. Scilicet librarii, vt has syllabas significarent, solum τ superscripserunt litterae antecedenti. Quod si augmentum nihil in verbo discriminis facit, hinc, pariter vt in plurimis aliis compendiis, nascitur sensus ambiguitas, cui inter legendum, quantum fieri potest, e verborum contextu subueniri oportet. E. c. πέπραχ, quod in Codicibus Libanii saepius reperire memini, legi potest et πέπρακται et πέπρακτο.

Ἐπίθετον. Vide infra voc. *σύνθεσις*.

Ἐπίῤῥημα, *ἐπιῤῥηματικὸς* et *ἐπιῤῥηματικῶς* in Grammaticorum libris manu scriptis nonnunquam eodem significantur compendio, videlicet sic, vt η duplici ρ superscribatur. Vid. tab. I. num. 15. et tab. VI. num. 5. ex Etymolog. Paris. In Etymolog. M. p. 343, 47. pro *εἰς ἐπίῤῥημα καὶ ἄκλιτον σύνταξιν* corrigo, idque praeeunte Etymolog. Paris., *εἰς ἐπιῤῥηματικὴν καὶ ἄκλ. σ.* v. *Append.* p. 27. In Scholiis Venetis ad Hom. Il. *Δ*, 186. festinatio Villoisoni procudit aduerbium fabricae plane mirabilis, *ἐπιῤῥηματοπικῶς*, pro quo *ἐπίῤῥημα τοπικὸν* legendum est. Vide locum aeri incisum tab. VI. num. 5. e Cod. Ven. B. Par eius festinatio apparet alio in loco ad Il. *Δ*, 400., vbi Schol. A. notat, Aristarchum in versu, *γείνατο εἷο χέρηα μάχῃ, ἀγορῇ δέ τ' ἀμείνω*, legere *ἀμείνων* pro *ἀμείνω*, additque: *ἐλλείπει δὲ τὸ ἐπίῤῥημα*. Sic quidem Villoisonus. Quale hic aduerbium desit, neque L. Bosius, neque recentiores Mysterii Ellipsios Graecae editores facile dicant. Restitue e Cod. Ven. *ἐλλείπει δὲ τὸ ἐστὶ ῥῆμα*. *)

Ἐστίν. De nota tachygraphica huius voculae, quam saepissime cum *δὲ* confuderunt, supra v. *δὲ* dictum est. Alia eius compendia videbis tab. VI. num. 6. e Cod. SGerm. 249. et Etymolog. Sorbon. Accentus spiritusque saepissime omissi sunt. Conf. tab. III. num. 15. Voces *βίαιος ὁ Ἰξίων ἐστὶ* ex Apollonio *περὶ ἀντωνυμίας* sumtae sunt. Cito hanc phrasin propterea, quia nota illa verbi *ἐστὶ* vel in editis Excerptis (p. 559. Sturz., vbi etiam articulus deficit) seruata est. Compositor editoresque horum Excerptorum videntur vim eius ignorasse.

---

*) Conf. quae notaui ad Dionys. Hal. de Compos. Verb. p. 205. et in Ind. Verbor. ad Melet. Crit. p. 151. a. Add. Reiz. de Accent. Inclin. p. 60. Quo facilius posterior Villoisoni error veniam impetrare posse videatur. SCHAEF.

Duae illae notae, quae tab. VI. num. 6. post phrasin, *βιαιος ὁ Ἰξίων ἐστὶ*, sequuntur, compendia sunt particulae *ὅτι*. Similitudinem, quae iis intercedit cum *ἐστὶ*, lectores facile animaduertent: atque haec similitudo causa fuit, cur hae voces confunderentur. Menander de encom. p. 77. Heer. *καὶ εἰ μὲν ἄνυδρος (ἐστὶν ἡ ἀκρόπολις, λεκτέον) ὅτι ὑπὸ ὕψους τουτο πέπονθεν· εἰ δὲ ἔνυδρος, ὅτι καὶ ὑψηλὴ ουσα καὶ πρὸς χρειαν ὅτι αὐτάρκης.* Pro v. *ὅτι* ante *αυτάρκης* Parisini Codices rectius habent *ἐστίν*. Iidem Codices *καὶ* ante *πρὸς χρειαν* omittunt. Montefalconius Palaeogr. p. 345. col. 2. v. 17 *duplex* affert compendium particulae *ὅτι*: sed prius, *ὅ* .|., *ὅ ἐστι* significat, non *ὅτι*.

De compendio pluralis *εἰσὶν* infra voce *κεφαλὴ* dicam.

Notam peculiarem futuri *ἔσται* lector iam cognitam habet e vocibus *οὐδεὶς φθόνος ἔσται* tab. IV. num. 13. e Cod. SGerm. 249.

Quo compendio scribatur infinitiuus *εἶναι*, ostendunt voces *ὡς εἶναι ἡμερῶν τριάκοντα* tab. VI. num. 17. Conf. Montefalcon. l. c. p. 345. col. 1. v. 14. Significatio huius compendii fugit Villoisonum, cum ad Il. *E*, 9. haec daret: *γέγονε δὲ τὸ Δάρης ἤτοι παρὰ τὸ δείρω, καὶ ἐκδείρω (ἐοικὸς γὰρ ἱερεῖ, καὶ ἐχρῆν γε αὐτῷ) εἰδερης, ὡς φέρης. ἐτράπη οὖν τὸ ε εἰς α, ἢ παρὰ τὸ δαίω κ. τ. λ.* Restituendum e Codice: *παρὰ τὸ δείρω καὶ ἐκδείρω, (ἐοικὸς γὰρ ἱερεῖ*, scil. *τὸ ἐκδείρειν) καὶ ἐχρῆν γε αὐτὸ* (scil. *τὸ Δαρης*. Cod. male *αὐτῷ*.) *εἶναι Δέρης, ὡς Φέρης κ. τ. λ.* De phrasi *ἐοικὸς γὰρ ἱερεῖ* vide Etymologum M. p. 248, 42. sqq., qui vsus est Scholiasta Homerico. Pro *ἐοικὸς* dat *εἰκός*: non male. Voces *αὐτῷ εἶναι Δέρης* repraesentari iussi tab. VII. num. 20. Nota infinitiui *εἶναι* nec spiritum nec circumflexum habet.

Ἔχειν. Omnibus in modis personisque huius verbi incipientibus ab *εχ* littera *χ* superscribitur litterae initiali, ceteris plane omissis. In Scholiis

Homericis Villoisonus ε̄ legit ἐῦ, cum legere deberet ἔχει. v. *Append.* p. 53.

Ζήτει. Lexicographi vtuntur hac voce, quando lectores ad alios Lexicorum suorum articulos amandant, e. c. *Ζήτει εἰς τὸ ἄμπελος.* Vide in *εἰς.* In Codice Hermogen. 1983. haec vox per compendium sic scribitur, vt ostendunt prima duo exempla, *ζήτει δὲ εἰς τὸ* et *ζήτει,* tab. VI. num. 6. v. *Gregor.* p. 459. Cetera exempla vocis *ζήτει* compendiose scriptae sumsi ex Etymolog. Paris. 2630. De primo *Zeta* moneo, si duo apices coniungantur, inde exsistere Beta: de secundo, multum ei similitudinis intercedere cum nota particulae *δέ.* Etymolog. Paris. *Ἑρμὶς, ὁ ποῦς τῆς κλίνης, ἀπὸ τοῦ ἐνείρεσθαι τῷ ἐμπλάτῳ* (vox nihili: leg. cum doctissimo Coray *ἐνηλάτῳ,* vt etiam Hesychius habet v. *ἕρμινα*:), *ἢ παρὰ τὸ Ἑρμᾶς ἔχειν· οἱ δὲ γράφοι* (sic: conf. tab. VI. num. 7.) *γὰρ ἔγραφον τὸν Ἑρμῆν ἐν ταῖς κλίναις ὡς ἔφορον ὀνείρων, ἵν' ἀγαθοὺς ὀνείρους πέμπῃ. Οἱ δὲ γράφοι* debetur errori sic perperam legentis pro *οἱ ζωγράφοι* (ibid. ex Etymolog. Sorbon.). Scilicet librarius ζ̄ habuit pro nota particulae *δὲ,* notamque litterae ω̄ pro accentu graui.

Cum haec scriberem, amicissimus Boissonadus hunc Marini locum p. 7. mihi ostendit: *οὕτω δὲ ἦν καλὸς ἰδεῖν, ὥστε μηδένα τῶν γραφῶν ἐφικέσθαι αὐτοῦ τῆς ὁμοιότητος.* Sensus pro *γραφῶν* poscit *ζωγράφων* vel *γραφέων.* Prius mihi ideo minus probabile videtur, quia nemo dicat, cur syllaba ζω̄ omissa sit. E contrario *γραφέων* facile potuit in *γραφῶν* corrumpi, quod aut ε̄ solo vncino indicatum (v. supra Epsilon), aut *τῶν γραφέων* scriptum esset sic, *τῶν γρᾱ,* quemadmodum in Etymolog. Sorbon. *οἱ ζωγρᾱ* legitur pro *οἱ ζωγράφοι.* Posterius ego quidem magis probem, cum Codex SGerm. Marini 249. det *τῶν γραφόντων,* qua in scriptura aliud tentamentum explendi illius *τῶν γρᾱ* agnoscere mihi videor. Si quis tamen

demonstret, Graecos etiam *οἱ γράφοντες* pro *οἱ γραφεῖς* dixisse *), (conf. de vsu participiorum pro nominibus viros doctos ad Gregor. p. 139. citatos et Fischer. ad Weller. I. p. 323. sq.) per se intelligitur, scripturam vetusti Codicis SGerm. *τῶν γραφόντων* omnibus coniecturis praeferendam esse.

Ζη, superscripto *τ*, etiam *ζητεῖται* significare potest. V. ad *Gregor.* p. 341., vbi *ζήτει* et *ζητεῖται* confunduntur. *ἐζη* compendium est praeteriti *ἐζήτηται*. v. *ibid.*

Ἤγουν. Vide quae supra p. 787. de compendio huius particulae dixi, quibus notata ad *Gregor.* p. 436. illustrantur.

Ἡρόδοτος. Hoc nomen interdum per compendium sic scribitur, vt *δ* imponatur antecedenti *ο*, sequentesque litterae plane omittantur. Idem est compendium nominis *Ἡρόδωρος*: quapropter ambo haec nomina confusa sunt. v. *Epist.* p. 133. Etiam *Ἡρωδιανὸς*, *Ἡρώδης* et *Ἡρόδοτος* confunduntur, quando duo priora nomina scribuntur sic, *Ἡρω* (superscripto *δ*), omni tum discrimine versante in correptione aut productione vocalis *O*, quo in casu pronuntiatio aures fere fallit. V. Wesseling. ad Herodot. p. 272. et Larcher. *Remarq. crit. sur l' Etymol. M.* p. 160. sq.

Θεός. Quomodo haec vox compendiose scribatur, in vulgus notum est. *θc*, *θυ*, *θῷ*, *θν* valent *θεὸς*, *θεοῦ*, *θεῷ*, *θεόν*. Genitiuus pluralis *ταχυγραφικῶς* pictus, cuius mentio fit *Append.* p. 25., in Cod. SGerm. 345. sic scribitur, vt ostendit tab. VI. num. 7.

Θέλειν. Littera *λ* antecedenti *ε* omnibus in

---

*) Dixit Heliodorus p. 137. Cor. *τὸν Ἔρωτα πτεροῦσιν οἱ γράφοντες*. Interpres: *pictores*. Sic *οἱ τὰ ζῶα γράφοντες* pro *οἱ ζωγράφοι* posuit Dionysius Halic. de Compos. Verb. p. 288. ed. nup. SCHAEF.

modis personisque, quae incipiunt a $\overline{\vartheta\varepsilon\lambda}$, superscribitur. v. *Gregor.* p. 368. et supra in syllaba *ων*.

Θεσμοφοριάζουσαι. Vide supra in *Ἀππιανός*. In Cod. SGerm. 345. haec vox passim, omissis quatuor syllabis postremis *ριαζουσαι*, sic pingitur, vt lectores videbunt tab. VI. num. 7.

Θουκυδίδης. Hoc nomen in Codicibus nunc $\overset{\delta}{\text{θουκυδι}}$, nunc $\overset{\delta}{\text{θουκυ}}$, (item *θουκυ* (λλ superscr.), vt in Cod. Apollonii v. *ἔνθα* p. 326, 2. Villois. *τυ* (λλ superscr.) pro *Τυδείδης*) nunc adeo simpliciter *θου* (κ superscr.), scriptum reperi. Exitus vocis semper accommodate seriei orationis explendus, qua in re librarii non raro peccarunt. v. *Gregor.* p. 79. 89. etc.

Ἴαμβος. In compendiosa scriptura fere legas $\overset{\beta}{\text{ἴαμ}}$. Si accentus deest, hoc $\overset{\beta}{\text{ιαμ}}$ etiam alio modo expleri potest. In vno Etymologicorum Parisinorum legitur *πεζολόγων καὶ ιαμβογράφων*, alio dante *πεζολόγου καὶ* $\overset{\beta}{\text{ἰαμ}}$. v. *Append.* p. 53. Ibidem suspicor, in Etymolog. M. p. 424, 23. pro *παρὰ τοῖς ἰάμβοις καὶ τοῖς πεζογράφοις* scribendum esse *παρα τοῖς ἰαμβογράφοις κ. τ. λ.* Facilius etiam fortasse fuerit corrigere *παρὰ τοῖς ἰαμβικοῖς*, quae vox item compendio $\overset{\beta}{\text{ἰαμ}}$ significari potest. Etymolog. M. p. 477, 16. *κατὰ δὲ ἰαμβικοὺς* (Sylburg. in Ind. subaudit *ποιητὰς*) *ἐπαμφοτερίζει*. In Scholiis ineditis ad Hermogenem (Codd. 1983. et 2977.) *ἰαμβικὸς* et *ἰαμβόκροτος* confusa reperi, cuius confusionis causa idem illud $\overset{\beta}{\text{ἰαμ}}$ esse potuit. *Ῥυθμός ἐστιν*, inquit ille Scholiastes, *ὁ ποιὸς ἦχος τοῦ λόγου, ἰαμβόκροτος, ἢ ἀνακρεόντειος, ἢ ἐλεγεῖος, ἢ τοιόςδε ἢ τοιόςδε.* Vox *ἰαμβόκροτος*, itemque duae aliae, quae eadem Scholia habent, *ἰαμβοφανὴς* et *πεζοφανής*, Lexicis nostris addi possunt. Locus hic est: *Οἱ*

ἴαμβοι πεζοφανεῖς εἰσι πολλαχοῦ . . . . δεῖ οὖν τὴν σύνθεσιν τὴν καθαρὰν τοιαύτην εἶναι ἰαμβοφανῆ. Denique quod attinet ad versum *Append.* l. c. commemoratum,

ἥκω φέρων σοι τῆς ἐρήμου καθέδραν,
addo hîc, eundem versum in Scholiis ad Hephaestionem p. 86. ed. Pauw. citari, vbi, perinde vt in aliquot Etymologicorum Parisinorum, pro corrupto *καθέδραν* legitur *καρδίας*.

Ἰσοκράτης. In hoc nomine compendiose scribendo si *κρατης* omittitur superscribiturque ο̄, quod eius remanet, nisi seriem attendas orationis, *ἴσος* legi potest. Vide supra in *Ἀριστοτέλης*. In Harpocrat. v. *Ῥινων* vetustiores editiones habent *Ἰσαῖος* pro *Ἰσοκράτης*. v. *Epist.* p. 133. Nimirum confuderunt (conf. *Gregor.* p. 295. not. *.) signum suppressionis iuxta Sigma pictum cum vncino significante *αι̅*. Vide tab. VI. num. 8. Maussacus primus in Harpocrat. l. c. restituit genuinam scripturam *Ἰσοκράτης*, et ex Harpocratione correxit in Isocrate *Ῥινων* pro corrupto *Οἴνων*, quam correctionem Coray auctoritate Codicis confirmari vidit. Verissime Maussacus: „Facilis mutatio *τοῦ* „ρ̄ in ο̄, nam si caudam *τοῦ* ρ̄ demas, remanebit „ο̄." Videlicet cauda litterae Rho interdum minutissima est, vt sub rotunditate *παραλόγως* crassa (fere vt in *ει̅* tab. III. num. 9. v. *ἐνέργειαν*) cerni vix possit. Conf. tab. VI. num. 8. v. *γράφοντες* e Cod. Paris. 2423. Nihil igitur facilius, quam in nomine proprio, quod quomodo legendum sit, sensus loci parum docet, ο̄ pro ρ̄ ponere.

Ἰωάννης. Vid. tab. VI. num. 8. e Cod. Paris. 3047., vnde petenda correctio eorum, quae typotheta ad *Gregor.* p. 3. minus recte administravit. Signum super ω̄ non est circumflexus, sed lineola, *γραμμὴ*, vt Coray ait ad Isocrat. (T. II. p. 267.), *ἣν οἱ ἀντιγραφεῖς ἐπιχαράττειν φιλοῦσι τοῖς κυρίοις τῶν ὀνομάτων, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν προσηγορικῶν.* Interdum tamen hanc *γραμμὴν* ha-

buerunt pro circumflexo, ideoque perperam legerunt compendium nominis Ἰωάννης. Tzetzes ad Lycophron. v. 111. διὰ ταῦτα γοῦν αὐτὸν (τον Κέκροπα) λέγουσι διφυῆ, ἢ ὡς εὗρον ἐν Ἰωάννη Ἀντιοχεῖ, ὅτι πρότερον κ. τ. λ. Phauorini v. Κεκροψ editio Romana habet ὡς εὗρον ἐν ἰῶ (sic) Ἀντιοχεῖ, Basileensis ως εὑρ. ἐν ἰῳ Ἀντ. Denique Codex Eudociae dat ἐν τῷ Ἀντιοχεῖ, vbi Villoisonus cum omisisset articulum p. 252., tandem omnia vestigia boni *Ioannis* euanuerunt. Ex hoc exemplo discas, qua via textus scriptorum veterum hoc vitiosiores facti sint, quo saepius librarii eos transscriberent, donec vestigia genuinae scripturae vel leuissima tollerentur.

Καί. Compendia et signa huius particulae magnam partem iam nota sunt e tabulis palaeographicis. In vnciali scriptura plerumque modo syllaba $\overline{αι}$ compendiose pingitur. Conf. tab. III. num. 10 et 14. Nonnunquam pro hamulo significante syllabam $\overline{αι}$ (*Gregor.* p. 82.) reperitur lineola compendium indicans aliusue eiusdem significationis ductus, qualem ostendit tab. VI. num. 8. e Cod. 1807. *Καὶ* ita pictum passim confuderunt cum praepositione ἐκ, quando hamulus valens pro syllaba αι, id quod haud raro fit, minutissimus factus esset, adeoque in oculos vix et ne vix quidem incurreret, et accentus particulae proprius primam lineam litterae $\overline{κ}$ contingeret ideoque pro nota tachygraphica litterae ε haberi posset. Vide supra Epsilon et tab. III. num. 9. Porro si Kappa ita scribitur, vt tab. I. num. 12. in *Κτησυλλης*, nota tachygraphica particulae καὶ, propter magnam talis Kappa litteraeque Eta similitudinem, refert voculam ἤ: vnde orta tam frequens confusio harum particularum. v. *Gregor.* p 410. Quod si lector has voces tab. II. num. 5. comparauerit, facile intelliget, ἢ a particula καὶ propemodum solo spiritu dignosci posse. Exempla confusarum particularum καὶ et ἢ reperiuntur in *Gregor.* p. 384. 419. et 623.

In Eunapio p. 31. legas haec: *καί πού τι καὶ παρὰ τὸ ἀνθρώπειον.* Boissonadus ad h. l. p. 236.: „Haec est lectio codicum AB: editiones deprauatis-„sime *καί που τί βίον π. τ. ἀ.*, CD *καὶ που τι-„κιον.*" Variantes scripturae *βίον* et *κίον* hinc natae, quod genuina perperam legeretur. Scilicet Kappa in *καὶ* habuerunt pro Beta (v. supra Beta), hamulum significantem *αι* pro Iota longo et infra lineam producto (v. supra syllab. *αι* c)), denique accentum grauem super *και* pro nota tachygraphica solenni syllabae *ου*.

Peculiarem notam voculae *καὶ*, quae, si spiritus negligatur, tam facile cum *ὡς* confundi potest, ostendit tab. V. num. 9. Conf. supra syllab. *ως*. Huius notae vim et significationem Villoisonus parum norat, cum Scholia Homerica transscriberet: videturque eum fefellisse hoc, quod scriba horum Scholiorum istam notam vltimae litterae antecedentis vocis adnectere solitus fuerat. Igitur variis erroribus implicatus est: nunc enim *καὶ* plane omisit, nunc in locum eius aliam vocem, e. c. *ἂν*, substituit, nunc habuit notam voculae *καὶ* pro Iota longo infraque lineam porrecto. v. *Gregor.* p. 162. et supra syllab. *αι* c). Conf. voces *ὡς καὶ*, *δὲ καὶ*, *ἀγαθὸς καὶ βοηθὸς*, *Φωκίδος καὶ Δελφῶν*, *ἀπρεπῶς καὶ*, *δύναται γὰρ καὶ*, e Cod. Ven. Homer. A. tab. VI. num. 8. et 9. In postremo loco inferior ductus huius notae forte fortuna cum superiore sic connexus est, vt *ὁ* videre tibi videaris. v. *Gregor.* p. 68. Eadem nota in Codice Apollonii Dyscoli satis frequenter reperitur. Quam cum non intelligeret, qui Excerpta composuit, suffecit p. 567. signum simile Hebraicae litterae ל. v. *Gregor.* Addend. ad p. 454. et tab. VI. num. 9. voces *χαραν και φονον* e Cod. Apollonii.

De confusione syllabarum *αι* et *και* dixi supra in syllaba *αι* c). Voces *δὴ μοῦσαι λίγειαι*, prout scriptas esse oportuit, vt corrumpi possent in *δήμους καὶ λίγ.*, repraesentari iussi tab. VI. num. 10., vnde

lector corriget quae typotheta in *Gregor.* p. 162. parum fideliter dedit.

Notas particulae *καὶ* in recentissimis Codicibus obuias videbis tab. VI. num. 10. post voces *δὴ μοῦσαι λίγειαι*. Duae vltimae sumtae sunt e Cod. Paris. 2423., ibique leguntur in extremis lineis, vbi huiusmodi ductus grandes satis frequenter occurrunt.

Κάλλιον. Suspicor, (v. *Epist.* p. 159.) voces *Μητίχου καλλίῳ* in phrasi *ἐν Μητίχου καλλίῳ τῶν ἀλλοτρίων ἕνεκεν* (Alciphron. III, 29.) sic scriptas fuisse, vt ostendit tab. VI. num. 10.: quanquam coniecturam *ἐν Μητίχου καλλίῳ* pro *ἐν Μηλίῳ κατὰ* certam planeque indubitatam non dixerim. v. *Append.* p. 43. Hoc tamen nemo dubitabit, vocem *κάλλιον* per compendium sic scribi potuisse, vt num. 10. indicaui. Verum quidem est, vbi superscribitur duplex Lambda, saepius poni $\overline{\lambda\lambda}$ (hac forma): sed quando vsurpatur tale Lambda, quale e. c. tab. II. num. 1. in voce *Ἀχιλλέως* apparet, pro duplici littera ponitur simplex, vnde maior etiam ambiguitas exsistit; nam *κα*, superscriptum habens Lambda, infinitam multitudinem vocum significare potest, quae quoque loco e contextu verborum coniectando eruendae sunt. Timaeus Lex. Platon. v. *Ποτνιώμενος· ἐπικαλεῖτο σὺν λύπῃ.* Verisimillimum est, in libro, quem scriba SGerm. transscripsit, fuisse *επικα*, superscripto Lambda (tab. VI. num. 10.), quod, serie orationis praeeunte, legi oportuit *ἐπικαλούμενος*, non *ἐπικαλεῖτο*, quae vox ne graeca quidem est. v. *Append.* pag. 24. Nomen proprium *Καλλίμαχος* vulgo scribunt hoc compendio, *Καλλίμα* (superscripto χ) aut *Καλλί* (superscripto μ): sed idem nomen in Scholiis Venetis ad Homerum aliquoties plane sic pictum vidi, vt tab. VI. num. 10. *κάλλιον* effictum cernis. Idem est compendium nominis proprii *Καλλίας*. Lex. SGerm. rhetor. sophist. MS. *Ἀράχνης· καὶ παρ' Ἡσιόδῳ καὶ παρὰ Πινδάρῳ καὶ παρὰ καλλίοις* (sic). Sic perperam expleuerunt, quod legendum fuit *Καλλίᾳ*, quomodo Suidas recte habet.

Καλούμενος. Hac in voce indicabo compendium participiorum passiu. in *μενος* solenne scripturae tam vncialis quam minusculae. Redit huc, vt *ε* scribatur super *μ*, et omittatur syllaba finalis *νος*, *νη*, *νον* etc. Lexic. SGerm. rhetor. sophist. *Ἀδώνια* . . . . *ἔστι δὲ τὰ Ἀδώνια ἑορτὴ, οἱ μέν φασι, εἰς τιμὴν Ἀδώνιδος ἀγομ*^ε (tab. VI. num. 10., i. e. *ἀγομένη*), *οἱ δὲ τῇ Ἀφροδίτῃ*. Schol. Ven. ad Il. *Δ*, 97. *οὐδέποτε γὰρ ἀναστρέφεται προ*^θ (*πρόθεσις*) *γενικῇ συντασσομ*^ε (tab. VI. num. 11., i. e. *συντασσομένῃ*) *πτώσει*. Talibus locis scribae, cum aliud agerent, non legebant nisi quae scripta erant, plane obliti syllabae finalis *νος* etc. Sic scriba Cod. Palat. 398. dedit *ζῶον καλούμε* (pro *καλούμενον*) *ἐπιβάλλον*. v. *Epist*. p. 25. Sed quando haec passiuorum participia compendiose scribuntur, multo plus quam exitus *νος* etc. omitti potest. E. c. *ση*^μ saepissime scribitur pro *σημαινόμενον*, *δη*^λ pro *δηλούμενον κ. τ. λ.* Suspicor ad *Gregor*. p. 335., *συγκατατιθ*, in Scholiis Homericis legi oportuisse *συγκατατιθέμενος*, non *συγκατατίθεται*. De compendio participii *ἐπικαλούμενος* in articulo antecedente obiter dictum est.

Alius modus syllabas *μενος* compendiose scribendi hic est, vt solas litteras *μν* superscribas vocali antecedenti. Vide tab. VI. num. 11 voces *ἐρώμενος* et *κτησάμενος* e Cod. Paris. 133. Litteras *μν* ita superscriptas passim confuderunt cum litteris *μτ*, quarum vsus est ad indicandas syllabas finales *ματος*, *ματι* etc. (v. *Gregor*. p. 19.) Vide voces *τῷ νοσήματι*, *κατορθώματι* ex eod. Cod. Libanius Vol. IV. p. 1033, 1. *καὶ ὑπεξελεύσονται ὑπὲρ τῶν ἀνηρημάτων* (sic). Vltimum verbum est vox nihili. Reiskius correxit: *καὶ ἐπεξ. ὑπ. τῶν ἀνη-*

ρημένων. Plane sic habet Cod. Paris. 2918. Cornutus de Nat. Deor. cap. 10. p. 153. et Eudocia p.152, 2. *ἀντὶ τῶν πλημμελημένων*. Sic male legerunt pro *πλημμελημάτων*, quod Codices in Cornuto habent. Indidem orta scripturae diuersitas *ἐπιγράμματα* et *ἐπιγεγραμμένα*. v. *Epist*. p. 29. Codicis Augustani scriptura in *Gregor*. p. 200. significet *ἀσώμενος ἀσσώμενος*, an *ἀσώματος ἀσσώματος*, cum Codicem illum non versauerim, pro certo non dicam. Hoc video, *ἀσώμενος ἀσσώμενος* facile posse defendi.

Κατά. Aliquot huius praepositionis compendia lectores iam viderunt tab. IV. num. 14. et tab. III. num. 2. 3. et 12. In scriptura vnciali vtrumque $\bar{\alpha}$ saepissime omittitur, ac $\bar{\tau}$ scribitur super $\bar{\varkappa}$. Tali compendio pictum *κατὰ* (tab. VI. num. 11.) in Scholiasta Platonico p. 170. male habuerunt pro praepositione *ἐκ*: *πλημμελοῦσαι ψόγον ἐκ* (leg. *κατὰ*) *τῆς φιλοσοφίας προςῆψαν*. In Herodiani Fragm. Herm. p. 308. corrigo *κτητικοῦ* pro *κατηχητικοῦ*, cuius vocis origo haec mihi videtur, quod, litteris $\overline{\varkappa\tau}$ confusis cum compendio syllabae $\overline{\varkappa\alpha\tau}$ (tab. VI. num. 12.), cum *κατητικοῦ* ex hac confusione natum sensu careret, syllabam $\overline{\chi\eta}$ interseruerunt. v. *Gregor*. p. 651. sq. Praeterea praepositio *κατὰ* propriam sibi ac peculiarem notam habet, quam cernes tab. V. num. 6. v. *καταφρονῶν*, tab. VI. num. 4. *ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους*, denique tab. VI. num. 13. *τῷ κατὰ παράληψιν σχήματι*. Haec nota connexa cum littera sequente nonnihil habet similitudinis cum praepositione *ἀπὸ*, tab. VI. num. 2. *ἀπὸ βαρυτόνων*. — Vide etiam in v. *μετά*.

Καταδικασθέντες. Scriba Codicis SGerm. 345. (tab. I. num. 9.) hanc vocem satis audacter sic contraxit, vt δ scriberet super $\bar{\alpha}$, sequentesque syllabas plane omitteret. v. *Append*. p. 18., vbi simul monetur, $\overset{\delta}{\varkappa\alpha\tau\alpha}$ etiam pro voce *κατάδικοι* valere posse. Accuratius foret compendium par-

ticipii καταδικασθέντες, si θ scriberetur super σ̄. Nam θ superscriptum plerumque indicat aoristum I. passiui. Sic αἱμασ$^{\theta}$ in Etymolog. Sorbon. positum est pro αἱμασθῆναι. v. *Gregor.* p. 512. Schol. Ven. ad Il. Δ, 319. τὸ περιορισ$^{\theta}$ (leg. περιορισθὲν) χωρίον. Id. ad Il. *B.* p. 57. ὃς δειλωθεὶς (sic Villoisonus) κατέλειψε τὴν παραφυλακήν. Cod. Ven. δηλω$^{\theta}$ (sic), sed in margine δειλανθεὶς, quod praeferendum est. Codex Aristaeneti I, 3. in titulo habet: ἑταίρα (non vitiosum γήρα antiquiorum editionum) καὶ νέος ὑπὸ δένδρῳ συνευωχη$^{\theta}$ ἀλλήλοις. Primus Aristaeneti editor compendium illud sic expleuit: συνευωχηθήτην. Dualem hunc recte habere, dubito, malimque credere, eum qui titulum adscripsit, plurali aut potius participio plural. vsum esse.

Καταπληκτικός. Πληκτικὸς plerumque sic scribitur, vt apparet tab. VI. num. 12. e Cod. Vat. 305. Si scribuntur solae litterae π̄λ superimposito η̄ (ibid.), hoc compendium legi potest etiam πλησίος, πληθυντικὸς etc. Hinc orta e. c. in Vatic. Append. II, 19. vitiosa scriptura καταπλησίον pro καταπληκτικόν. v. *Gregor.* p. 567.

Κατηγορία, κατήγορος. Iam supra v. ἀπορία de compendio quodam nominum in η̄γορια et η̄γορος locutus sum. Sed praeterea sic pinguntur, vt ō ponatur super η̄γ, litteraeque sequentes omittantur. E. c. κατηγ^{o}, quod valet nunc κατηγορία, nunc κατήγορος. v. *Gregor.* p. 456. Pari modo διαφ° (lineâ transuerse ductâ per caudam litterae φ) significat nunc διαφορὰ, nunc διάφορος. Schol. Ven. ad Il. Δ, 383. εἰ μὲν τὸ ἔχειν ἔγκειται (scil. voci λεχεποίην), πλεονασμός (ἐστί)· εἰ δὲ τὸ λέχος, ἀντίθεσις. πρὸς γὰρ τὴν διαφοραν (sic Villoisonus) ἐτυμολογιαν διάφορον πά-

θος. Codex habet τ διαφ° ἐτυμολογίαν, quod omnes vident congruenter seriei orationis legendum esse τὴν διάφορον ἐτυμολ. Scriba Codicis SGerm. 345. quo compendio vocem συμφορὰ scribat, docet tab. VII. num. 20.

Κεφαλὴ, κεφάλαιον notantur simplici κ̄, cui ε superscriptum est. Pluralem numerum harum vocum librarii interdum sic significarunt, vt compendium illud κ/ bis deinceps scriberent. Vid. tab. VI. num. 12. e Cod. Hermogen. 1983. Omnino iteratio litterae superscriptae saepe est index numeri pluralis. v. *Append.* p. 13. Sic factum tab. VI. num. 12. in vocibus ὀνόματα, τῶν παίδων, ταῖς μετοχαῖς, πρὸ δὲ ρ στίχων, ex Etymolog. Sorbon. et Cod. SGerm. 345. Simile quid deprehendas in nota tachygraphica verbi εἰσίν (tab. VI. num. 12. extr.): nam si pro lineola duplici esset simplex, nota illa valeret pro singulari ἐστίν. Conf. tab. VI. num. 6.

Κλίμαξ, κλίμακος. Genitiuus ceterique casus huius nominis compendiose scribuntur sic, vt, suppressâ syllabâ finali, α ponatur super μ. Tunc articulus antecedens aut verborum contextus quoque loco docet, qui casus a scriptore positus sit. Dixi ad *Gregor.* p. 562., scribam Cod. SGerm. 345. perperam dedisse τῇ κλίμα pro τῇ κλίμ^α, i. e. τῇ κλίμακι. Vide supra in voce ἅρμα. Schol. ad Euripid. Phoeniss. v. 1373. *Βλέψας δ' ἐς Ἄργος*] . . . οἷον ἐπὶ τὸν στρατὸν τῶν Ἀργείων, ἢ εἰς τὴν κλίμακα τοῦ Ἄργους. Valckenarius p. 763.: „Nisi quis commode possit interpretari, le„gerim τὸ κλίμα τοῦ Ἄργους.“ Sic vere correxisse virum praestantissimum, ego quidem non dubito. Nam εἰσ^τ κλίμ^α legi potest tam εἰς τὴν κλίμακα, quam εἰς τὸ κλίμα.

Κόλασις. Vt substantiua in σις desinentia

per compendium scribantur, syllaba finalis σις omittitur, superscribiturque antecedens vocalis. Vide tab. VI. num. 13. voces *ἐπὶ κόλασιν* et *εἰς συμβίβασιν* e Cod. SGerm. 345. Tertium exemplum ex eodem sumtum Codice significat, non *ἐπὶ κολακείᾳ*, sed *ἐπὶ κολάκευσιν*, si modo librarius non errauit, cum litteram α accentu acuto instrueret. v. *Append.* p. 21. Hunc substantiua in σις compendiose scribendi morem intempestiue recordabatur Montefalconius in primis vocibus Anti-Atticistae SGerm. (tab. VI. num. 13.). Falso enim legit *ἀποστόμασις* pro *ἀπὸ στόματος*. v. *Append.* p. 17. Neque tamen ille solus in legendo confudit nomina in σις et in μα exeuntia. Scilicet posteriora, e. c. *σχῆμα*, *ῥῆμα*, *χρῆμα* etc., compendiose scribi possunt etiam sic, vt syllaba μα omittatur et littera η superscribatur (vid. tab. VI. num. 13. *τῷ κατὰ παράληψιν σχήματι κέχρηται* e Cod. SGerm. 249., *ῥῆμα*, *χρήματος* e Cod. Sorbon. Passim truncatum *σχη* ponitur etiam pro voce *σχηματισμὸς*, vnde nata scripturae diuersitas, quam supra litt. Beta extr. memoraui.). Tum vero certis in vocibus, quae tam σις quam μα addi patiuntur, nascitur ambiguitas, diligenterque attendi verborum contextum oportet, vt certo scias, vtra syllaba omissa sit. Etymolog. M. p. 53, 12. *Ἀκροθίνια . . . παρὰ τὸ θὶν θινὸς, ὃ σημαίνει τὸν σωρὸν τῶν χρήσεων.* Corrig. ex Etymologicis Parisinis *τῶν χρημάτων.* In Sorbonico haec leguntur: *θὶς θίν. σημαίνει δὲ τὸν αἰγιαλὸν, καὶ τὸν σωρόν. σωρὸν δὲ εἴτε χρημάτων, εἴτε σίτου καὶ κριθῆς, εἴτε ὀστέων.* Conf. Etymolog. M. p. 461, 9. *θὶς, ὁ σωρὸς τῶν χρημάτων.* Pari modo in Etymologicis Parisinis confunduntur voces *ὑπόμνημα* et *ὑπόμνησις*. Ruhnkenius Epist. Crit. p. 104. duo affert loca e Cod. 2630., vbi *Ἐπαφρόδιτος ἐν ὑπομνήσει Ἀσπίδος Ἡσιόδου* citatur. Hic quidem Codex reuera dat *ὑπομνήσει* plenis

integrisque litteris: sed Etymolog. Sorbon. habet ὑπομν/ (tab. VI. num. 14.), quod rectius leges ὑπομνήματι. Sic hoc compendium in libro Sorbonico aliis locis expletur, vbi citatur idem Epaphroditus aliiue ὑπομνηματογράφοι, et sic iam Kusterus, vsus ille eodem Etymolog. Paris. 2630., tacite correxit ad Suid. T. I. p. 116. In Moeride v. ἐπιτηδείους phrasis ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν de Memorabilibus Socratis dicitur. Piersonus ad h. l.: „Xenophontis libri ἀπομνημονευμάτων recte „etiam dici possunt ὑπομνήματα, quanquam fa- „tendum est, alibi, quod sciam, ita non appella- „ri.“ Ὑπομνήμασιν illud, non multum renitar, si quis vitiosum habeat repetatque ex errore perperam legentis genuinam vocem: nomen enim ἀπομνημονεύματα in Grammaticorum citationibus scribi potuit hoc compendio, ἀπομν/, (v. tab. VI. n. 16.) in quo omnis discrepantia ab altero illo, ὑπομν /, redit ad praepositiones facillime commutabiles ἀπὸ et ὑπό.

Κόρυζα. Quando nomina in ζα exeuntia per compendia scribuntur, syllaba ζα omittitur, superscribiturque antecedens vocalis. Vide tab. VI. num. 14. vocem ἀργυρόπεζα e Cod. Ven. Hom. A. In Timaei Lex. Platon. scriba SGerm. perperam dedit κόρυ pro κόρ (lineâ transuerse ductâ per caudam litterae ρ), i. e. κόρυζα. v. *Append.* p. 23.

Λέγω. Hoc verbum omnibus in modis personisque, quae incipiunt a λεγ aut λε, compendiose ita scribitur, vt ostendit tab. VI. num. 14. e Cod. SGerm. 345. Finales syllabae verbi tam frequentis in Grammaticorum Scholiastarumque scriptis quomodo explendae sint, saepius, vbi orationis series rem incertam facit, plurimum ambigas. Vide quae multis docui ad *Gregor.* p. 114. sqq. 124. 296. sq. 453. etc. Substantiuum ἡ λέξις item solo

Lambda, cui $\bar{\varepsilon}$ superscriptum est, significatur. Vide quae dixi in voce *γενικὴ*, et tab. VI. num. 3.

Λέων, λέοντος. Genitiuus huius vocis scribitur hoc compendio, *λέον* (τ superscripto). Monui in *Epist.* p. 216., scribam Cod. Vat. 305. in Scholiasta Nicandri male dedisse *εἰς λέον* (τ superscripto) (tab. IV. num. 12.) pro *εἰς λεόν* (τ superscripto), i. e. *εἰς Λεόντιον.*

Λόγος. Solenne compendium huius vocis ostendunt tab. VI. num. 14. vv. *λόγος* et *ὁ Θεολόγος* e Cod. SGerm. 345. Feci eius mentionem ad *Gregor.* p. 33.

Λυσίας, Λυσανίας. Duo haec nomina confusa sunt, quod librarii *ταχυγραφικῶς* ea scribentes saepe nihil ponerent nisi syllabam *λυ*, superscripto Sigma. v. *Epist.* p. 133. sq.

Λύσις. Vide tab. VI. num. 15. e Cod. Paris. 2423. Hinc corriges quae typotheta ad *Gregor.* p. 436. minus accurate expressit.

Μέγας. Vide tab. VI. num. 15. ex Etymolog. Paris. Hoc compendium frequentissimum est in Grammaticorum libris manu scriptis, maxime vbi de $\bar{\omega}$ agitur. v. *Gregor.* p. 271.

Μέν. Dixi ad *Longinum* Weiskii p. 641., hanc particulam itemque alteram *δὲ* in Cod. Paris. 2036. nonnunquam sic scribi, *μὲ̀ν, δὲ̀*, fortasse vt mutua earum relatio significetur *). Eundem scri-

*) Fortasse etiam vt ob mutuam illam relationem maiore cum vi vocis pronuntientur. Deuarius de Partic. p. 215. Reusm.: „Iungitur [*μὴ*] itidem *Indicatiuo modo*, in interrogationibus. [Plato Phaedr. p. 295. Heind. *σκοπεῖν, μή τι λέγωσι.* Scribendum, opinor, *λέγουσι.*] — — — In cuiusmodi interrogationibus, si *μὴ* nulli encliticae particulae praeponitur, duplici graui accentu signatur a librariis antiquis. Quod fit ad indicandam vim pronunciationis, qua differt ab

bendi morem in plurimis Codicibus tam vetustis quam recentioribus reperi. De confusione huius particulae cum μὴ dixi supra in syllaba ε͞ν.

Μέρος, *μέσος* et *μέλλων* eodem compendio, h. e. litterâ μ͞, cui superscripta est ε͞, significantur. Vide tab. VI. num. 15. locum τοῦ πολιτικοῦ λόγου μέρη εἰσὶ δ e Cod. Hermogen. 1983., εἰς μέσον τῆς πόλεως e Cod. 133., ὁ μέλλων ὁμόρξω ex Etymolog. Paris. 2630. In Etymolog. M. p. 126, 13. voces τὰ τοῦ δευτέρου μέρους ἀόριστα perperam lecta sunt, ac praeeunte Etymolog. Paris. mutanda in τὰ τοῦ δευτέρου μέσου ἀορίστου (tab. VI. num. 16.). v. *Append.* p. 10. Alio loco Etymolog. M. ob compendium male expletum legas μερισμὸς pro μέρος. Scilicet p. 146, 30. τὸ ῥὴν η͞, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ μερισμοῦ τοῦ σώματος. Sylburgius ad h. l.: „μερισμοῦ pro μέρους „positum." Imo cum Etymologicis Parisinis legendum μέρους.

Μετὰ saepissime per compendium sic scribitur, vt solum ponatur μ͞ eique imponatur τ͞. Iam cum κ͞ et μ͞ saepe commutentur (v. supra in Kappa), etiam praepositiones κατὰ et μετὰ confusae sunt. v. *Gregor.* p. 69. et 405.

Μέτρον, *μετρούμενον*, *μετρεῖται* aliaeque formae verbi μετρεῖσθαι interdum solâ syllabâ με͞, cui τρ͞ superscriptum est, indicantur. Inde nata vocum μέτρον et μετρούμενον confusio, de qua dixi ad Longinum Weiskii p. 649. sq.

Μή. Plurimi scribae Codicum vetustorum et recentium hanc particulam sine accentu scribere ac cum voce sequente, siue a consonante siue a vocali incipiat, connectere solent. E. c. scriba SGerm. 345. dedit μημένον pro μὴ μένον. Vide

---

ea significatione, qua μὴ pro ἵνα μὴ accipitur."
Schaef.

etiam tab. VI. num. 16. locum *ἐπὶ μιᾷ γνώμῃ μὴ μένων* et tab. IV. num. 6. *φασὶ μὴ δεῖν λέγειν.* Hic scribendi mos varios in legendo errores peperit, de quibus v. ad *Gregor.* p. 295. sqq. Conf. ibid. p. 551. et 560.

Μηδέ. Pro hac particula composita librarii persaepe scribunt, diremtis vocibus, e quibus constat, *μὴ δὲ*, sic vt ambae hae particulae accentu suo instruantur. v. *Gregor.* p. 586. *Epist.* p. 71. *Append.* p. 29., ubi simul Schaeferus notat, *μὴ δὲ* et *μηδὲ* non semper eiusdem esse significationis, seiungendisque particulis *μὴ δὲ* aliquot Herodoti loca egregie illustrat. Quae cum ita sint, non semper diuisa Codicum scriptura *μὴ δὲ* in compositam particulam *μηδὲ* mutari debet. In Schol. Platon. p. 188. Cod. 1807., vnde locus sumtus est, dat: *Καὶ τότε, Λυδὲ ποδαβρὲ* *), *πολυψηφῖδα* (superscr. *μελαμ*) (igitur *μελαμψηφῖδα*) *παρ' Ἕρμον Φεύγειν, μὴ δὲ* (Ruhnken. scripsit *μηδὲ*) *μένειν, μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.*

Ξενοφῶν. Causam confusionis vocum *Ξενοφῶν* et *ξένος* (v. *Epist.* p. 133.) indicaui supra v. *Ἀριστοτέλης.* In Cod. SGerm. 345. *Ξενοφων* nonnunquam solâ litterâ ξ, cui superscripta est ε, indicatur. Vide tab. VI. num. 16. *Ξενοφῶν ἀπομνημονεύμασιν.*

Ὁμοῦ. Huius aduerbii variae sunt notae, de quibus in *Epist.* p. 21., quod aeri incisas dare non possem, dicere omisi. Vide Montefalcon. Palaeogr. p. 345. col. 1. p. 346. col. 3. Ducang. Append. Glossar. p. 11. et tab. VI. num. 17. voces *ὡς οὐκ ἔστιν ὁμοῦ ῥαθυμεῖν* e Cod. Libanii 2918. (ed. Reisk. Vol. IV. p. 879, 2.). In Scholiis Codicis Platon. 1807. legitur locus tab. VI. num. 17. re-

---

*) In Epigr. adesp. DXXI. v. 2., quicquid contradicant editores doctissimi, vnice probandum *ἁβρὰ ποδῶν*, quod etiam Schneidero placere libenter intellexi. Conf. Dionys. Hal. de Compos. Verb. p. 390. ed. nup. SCHAEF.

praesentatus, quo in loco aliam etiam notam huius aduerbii reperisse mihi videor. Hanc, qui Codicem in Ruhnkenii gratiam excussit, cum non intelligeret, plane omisit (p. 202.). Totum locum, vt e Codice corrigendus est, hîc apponam: *Ἐκ τῶν Μανεθῶ Αἰγυπτιακῶν· ἑπτακαιδεκάτη δυναστεία ποιμένες ἦσαν ἀδελφοὶ Φοίνικες, ξένοι βασιλεῖς, οἱ καὶ Μέμφιν εἷλον, ὧν πρῶτος Σαΐτης ἐβασίλευσεν ἔτη ιθ, ἀφ' οὗ καὶ ὁ Σαΐτης νομὸς ἐκλήθη . . . . ., δεύτερος τούτων Βνῶν ἔτη μ, τρίτος Ἀρχάης* (sic, non *Ἀρχάνης*) *ἔτη λ, τέταρτος Ἄφωφις* (sic, non *Ἄρωφις*) *ἔτη ιδ, ὁμοῦ ργ* (i. e. summâ factâ annos 103: *ιδ* et *ὁμοῦ* desunt in edit. Ruhnken.). *ὁ δὲ Σαΐτης προςέθηκε τῷ μηνὶ ὥρας ιβ, ὡς εἶναι ἡμερῶν λ κ. τ. λ.* Duae illae lineolae, quas habeo pro nota tachygraphica aduerbii *ὁμοῦ*, hucusque in nullo alio Codice mihi oblatae sunt. Si sorte fallar, peritos rerum palaeographicarum rogo, vt meliora me doceant.

Ὄνομα. Vide tab. V. num. 11. et 15. Pluralis numerus huius nominis passim sic scribitur, vt ostendit tab. VI. num. 12. v. *Append.* p. 13. *Gregor.* p. 161. et 241.

Ὁριστικός. Vide supra in *ἀόριστος*.

Ὅταν, ὁπόταν. In vetustis Codicibus fere *ὅτ' ἂν, ὁπότ' ἂν* scriptum legitur. v. *Append.* p. 20. 26. *Gregor.* p. 161. Pariter dant semper *γ' οὖν* pro *γοῦν* etc.

Ὅτι. De notis tachygraphicis huius particulae dixi supra p. 784. item in v. *ἐστίν.* In Etymolog. Sorbon. *ὅτι* interdum sic scribitur, vt docet tab. VII. num. 1. Villoisonus in Scholiis Homericis legit *ὅτι*, quod *εἶτα* legendum fuit. v. *Gregor.* p. 69.

Οὐδέτερον nonnunquam significatur solâ syllabâ *ου*, cui littera *δ* superscripta est. Locus Etymolog. Paris. tab. VII. num. 1. secundum orationis seriem legi debet *ὡς παρ' οὐδέτερον συγκείμενον.* Hoc *ου* non semper recte expleuerunt, in locum ge-

nuinae vocis nunc *οὐδὲν*, nunc *οὐδὲ* substituentes. v. *Append.* p. 27.

Οὕτως, οὗτος, οὗτοι saepe indicantur hoc compendio, *ου*: quae causa est confusionis harum vocum. v. *Gregor.* p. 70. Aliud compendium adverbii *οὕτως* habet tab. VII. num. 1. ex Etymolog. Sorbon. Conf. Montefalcon. Palaeogr. p. 345. col. 1. Hoc *οὕτως* saepe legerunt *οὐ* aut *οὖ*. Frequentissima haec commutatio in Etymologicis Parisinis, quae si inter se conferas, omnino multum proficias ad scientiam rerum palaeographicarum. Schol. Luciani Vol. II. p. 391. *καὶ γὰρ εἰώθαμεν τοὺς ἀνδρείους, εἰς λέοντας ἀπεικάζοντες, οὕτως λέγειν, λέων ἐστίν.* Reitzius ad vv. *οὕτως λέγειν*: „*οὐ λέγειν* editum ante, sine sensu. *ΟΥλε* esse in Vatic. testatur M. Solan. quo compendio satis commode significari *οὕτως λέγειν* existimat, iubetque conferri scholion „5.“ Nimirum scholion ad p. 389. *οὐ γὰρ ἔδει οὕτως εἰπεῖν*, vbi haec notantur: „In Vat. erat *οὖ*.“ Idem Scholiastes Vol. III. p. 436. ad v. *Ἀνάκειον*· *ὅσα ἀπὸ κτητικῶν συμπέπτωκε ἢ ἐπιθετικῶν ἐχόντων τὴν ει δίφθογγον, καὶ ἐκεῖνα προπαροξυτόνως, οἷον Ἡράκλειον, οὖ γὰρ Ἡράκλειος ἆθλος, Χαρώνειον κ. τ. λ.* Solanus ad h. l.: „*οἷον Ἡρακλεῖον οὖ.* Sic „Vaticanus: quid sibi velit nescio.“ In Cod. Vat. Luciani 90. legitur plenis integrisque litteris *οὕτω γὰρ Ἡράκλ. ἆθλος*, quo omnis tollitur obscuritas. v. *Gregor.* p. 651. coll. Addend. ad h. l. Schol. Aeschinis p. 757. Reisk. *ὤμοσε δὲ, οὐ καθὸ βουλευτὴς ἦν.* Imo: *ὤμοσε δὲ οὕτως, καθὸ β. ἦν.* Sic legendum esse, nemo negabit. Scholion ad v. *βουλαίαν* in Cod. SGerm. 249. sic scriptum est: *Διὸς ἦν βωμὸς ἐν τῇ βουλῇ. τὴν ἑστίαν οὖν λέγει τὴν βουλαίαν, τὸν βωμὸν αὐτοῦ τοῦ Διὸς, τὸν ὄντα ἐν τῇ βουλῇ. ὤμοσε δὲ οὕτως, καθὸ βουλευτὴς ἦν.* Rarius scribae dederunt *οὕτως*, vbi *οὖ* scribi oportebat. Etymolog. Paris. 2630. *Ἀστεμφὴς καὶ ἀστεμφέως, ἀμετακινήτως, ἰσχυρῶς, παρὰ τὸ στέμβω, ὃ σημαίνει τὸ κινεῖν συνεχῶς, οὕτως μέμνηται Αἰσχύλος. ἀστεμβὴς οὖν ὁ ἀκίνητος, καὶ ἀστεμφής. οὕτω Φιλόχορος.*

Omnes vident, pro priore *οὕτως* legi debere *οὖ*, quod ipsum dat Etymologicum Sorbonicum. *)

Παθητικός. Plerumque haec vox compendiose sic scribitur, vt cernere licet tab. VII. num. 1. ex Etymolog. Paris. Si, vt factum est in altero exemplo (ibid.), solum ponitur *π*, superscripto *α*, hoc compendium facile potest confundi cum voce *πληθυντικὸς* item scripta solo *π*, cui *λ* impositum est (tab. VII. num. 21.), quando totum discrimen redit ad litteras facillime commutabiles *α* et *λ*. Exempla huius confusionis videbis *Epist.* p. 117. et *Gregor.* p. 410. Saepe etiam *πα* (with *θ* above) scribitur: cumque hoc compendium simul significet *πάθος*, passim factum est, vt socordes librarii scriberent *παθητικὸς* pro *πάθος*. E. c. Etymolog. Sorbon. *Αἷμα . . . . δυο παθητικὰ* (sic, plenis et integris litteris) *ἀνεδέξατο, ἔνδειαν καὶ μετάθεσιν τοῦ πνεύματος.* In Etymolog. M. p. 34, 12. recte legitur *δύο πάθη.* Schol. Venet. ad Il. *Δ*, 412. *Τέττα*] . . . . *οἱ δὲ καταπαθὲς ἀπὸ τοῦ τέτλαθι φασὶν εἶναι.* Ipse Codex habet *καταπα* (with *θ* above), quod *κατὰ πάθος*, non *καταπαθὲς* legendum. Ceterum hoc adiectiuum analogiae non repugnat, ac fortasse ciuitatis ius in Graecia habuit, etsi Lexicographis non innotuit. Conf. Commentar. Soc. Philol. Lips. Vol. I. p. 182.

Παιδευτήριον. Vide in v. *ἀκρωτήριον.*

Παρά. Haec praepositio significatur litterā *π*, cui nota voculae *ἄρα* (v. supra) nunc adscribitur, nunc superscribitur. Vide tab. III. num. 10. *καὶ παρὰ τὴν Λωτοφαγίδα νῆσον.* Sic vetustus Cod. Platon. 1807. Posterioribus temporibus angulosa fecerunt rotunda, scripseruntque sic, vt tab. VII.

---

*) Photius Lex. c. 173. *Λυκοῦργος, εἷς τῶν δέκα ῥητόρων, οὖ πάππος κ. τ. λ.* Editor: „B. *οὐ.* i. e. „*οὕτως.*" SCHAEF.

num. 1. ex Etymolog. Sorbon. Rotundum hoc *ἄρα* non parum habet similitudinis cum *Ε ψιλῷ*, cuius medius ductus in superscribendo non minus porrigi solet (ibid.). Hinc notissima illa confusio praepositionum *παρὰ* et *περὶ* (v. *Epist.* p. 33. 102. etc.), cuius *vera* ratio non paucos fugit. *Παρὰ τὸ, παρὰ τὴν, παρὰ τοῖς, παρὰ τῷ* compendiose sic scribuntur, vt ostendunt tab. VII. num. 1. et 2. Tunc persaepe librarii articulum neglexerunt, scripseruntque solum *παρὰ* (v. *Gregor.* p. 440.), quemadmodum *ἀντὶ* scriptum reperitur pro *ἀντὶ τοῦ*. Nec tamen desunt exempla, vbi contrario errore *παρὰ τὸ* inuasit in locum simplicis praepositionis *παρά*. Etymolog. Paris. 2630. *Βίαιος, παρὰ τὸ νόμος* (sic), *σφοδρός*. Conf. Etymolog. Sorbon. *Βίαιος, παράνομος, σφοδρός*. Apollonius Lex. Homer. p. 544. *Μερόπων, τῶν ἀνθρώπων τῶν μεμερισμένην τὴν ὄπα ἐχόντων ἔναρθρον παρὰ τὰ ἄλλα ζῶα*. Sic Villoisonus correxit: nam Codex dat *παρὰ τὸ τὰ ἄλλα ζῶα* (tab. VII. num. 2.). Idem p. 696. *Πύρνον . . . . . παρὰ τὸ τὸν πυρόν*. Villoisonus: „Lege *παρὰ τὸν πυ*-„*ρὸν* et dele *τό*.“ Schol. Ven. ad Il. *B*, 44. (quem articulum Villoisonus plane omisit): *Πέδιλα, παρὰ τὸ περιειλεῖσθαι αὐτὰ τοῖς ποσὶν, ὅ ἐστι περιτίθεσθαι, ἢ παρὰ τὸ τὴν* (sic, plenâ scripturâ neque per compendia) *ἕλην, τὰ τοὺς πόδας θερμαινοντα*. Vir quidam doctus, qui me inuisens hunc locum forte inspexisset, quaesiuit, in Grammaticorumne lingua, quippe passim sibi licere putantium, a quibus ceteri scriptores abstinerent, locutiones *παρὰ τὸ τὸν, παρὰ τὸ τὴν* defendi possent. Sed ego quidem praeter tres solennes in talibus formulas, *παρὰ τὸ ἕλην, παρὰ τὴν ἕλην* et *παρὰ τὸ* (s. *ἀπὸ τοῦ*) *ἡ ἕλη*, nullam aliam noui. Vide Sylburg. ad Etymolog. M. p. 50, 27. Mirum quoddam *παρὰ τῷ* reperi in hoc Etymolog. Sorbon. articulo: *Αἰδῶ. ὄνομα θηλυκὸν παρὰ τῷ αι*(τ) (sic). Vere me corrigere *ὄν. θηλ. πτώσεως αἰτιατικῆς*, nemo non fatebitur, qui sciat, vocem *πτῶ*-

σις compendiose scribi litteris πτ, quibus impositum est ω (tab. VII. num. 2.).

De confusione praepositionum παρὰ et ἀπὸ supra p. 784. dixi. Hîc locum addo Apollonii Lex. Hom. p. 426. Villois. Ῥῆξε δὲ θώρηκος γύαλον. ὡς ἂν τις εἴποι· ῥῆξε δὲ τοῦ θώρακος τὸ κύτος. ἀπὸ τοῦ καὶ Ὅμηρος τὰ εἰς την χεῖρα τιθέμενα ἐγγυαλίξαι λέγει. H. Tollius, iure offensus locutione ἀπὸ τοῦ, notat: „Malim ἀφ' οὗ vel ἀπὸ „τούτου." Verae scripturae, παρὰ τοῦτο, Codex tale compendium habet, quale ostendit tab. VII. num. 2.

Vide etiam infra πρὸς, et de confusione cum voce πᾶσα compendiose scripta supra Ἀππιανός.

Παράδοσις. Syllaba finalis σις in hoc nomine aliisque in σις desinentibus (conf. supra v. κόλασις) omittitur, superscribiturque vocalis antecedens. Vid. tab. VII. num. 2. Idem compendium etiam παραδοχὴ significare potest (vide infra in v. συλλαβή): quapropter hae duae voces confusae sunt. v. *Epist.* p. 224.

Παραλήγω et *παράληψις.* In ambabus his vocibus η scribitur super λ, sequentesque litterae plane omittuntur. Compendium verbi λήγειν lectoribus innotuit e loco πᾶσα λέξις εἰς αρ λήγουσα βαρύνεται tab. VI. num. 3.: vocesque exeuntes in ψις haud raro eadem plane ratione per compendia scribuntur, qua voces in σις et ξις desinentes. Conf. supra κόλασις, it. (de λέξις) λέγω. Verissima est Schaeferi coniectura in *Gregor.* p. 490. παραλήψεσιν legentis pro παραλήγουσιν. Id quo minus dubitetur, ambarum vocum compendia secundum scripturam Etymologici Sorbonici tab. VII. num. 20. repraesentari iussi.

Περί. De confusione huius praepositionis cum παρὰ vide supra παρὰ, cum ἐπὶ supra p. 783.

Περισπώμενον. In Grammaticorum libris manu scriptis haec vox non raro solâ litterâ π,

cui $\bar{\varepsilon}$ superscripta est, inque plurali numero duplicatione huius compendii indicatur. Vide tab. VII. num. 2. Scriba Cod. SGerm. 345. in Apollon. Lex. (v. *ἀνέσαιμι*) verba *τῶν περισπωμένων* sic scripsit, vt ostendit sequens exemplum. Compendiose scriptum *περισπώμενον* confuderunt cum nomine *πλεονασμὸς*, vbi hoc simplici $\bar{\pi}$ superscriptoque $\bar{\lambda}$ indicatum esset. v. *Gregor.* p. 312. Alii tachygraphi, vt pluralem *περισπώμενα* indicarent, duos deinceps circumflexos pingebant iisque superimponebant lineolam. Vide tab. VII. num. 3. locum *ἔστι δὲ δευτέρα συζυγία τῶν περισπωμένων* ex Etymolog. Paris. 2630. v. *Gregor.* p. 349.

Πλεονασμός. Haec vox compendiose nunc $\pi\lambda\varepsilon o\nu\alpha\overset{\mu}{\sigma}$ (v. *Gregor.* p. 573.), nunc breuius etiam $\pi\lambda\varepsilon o\overset{\alpha}{\nu}/$ scribitur. Vide tab. V. num. 8. Eadem est ratio nominum *διπλασιασμὸς* et *ἀναδιπλασιασμός*. v. *Gregor.* p. 161. Aliquanto magis etiam contrahitur vox, si pingatur solum $\bar{\pi}$ cum $\bar{\lambda}$ superscripto (v. articul. antecedent.), aut $\overline{\pi\lambda}$ cum superscripto $\bar{\varepsilon}$. Sic *ἐν πλεονασμῷ* tab. VII. num. 3. e Cod. Ven. Hom. A., et *ἐν πλεονασμῷ τοῦ* $\bar{\iota}$ ex Etymolog. Sorbon. Prius Villoisonus perperam legit *ἐνπλεον* (sic). v. *Gregor.* p. 69.

Πληθυντικός. Vide e. c. tab. VII. num. 8. e Cod. SGerm. 345. Saepe nihil scribitur nisi $\overline{\pi\lambda}$, cui impositum est $\bar{\eta}$: saepe adeo simplex $\bar{\pi}$, superscriptam sibi habens litteram $\bar{\lambda}$. Illud vbi fit, *πληθυντικὸς* plane refert voces *πλησίος*, *πληκτικὸς* etc. (v. supra in v. *καταπληκτικός*). In altero compendio superscriptum $\bar{\lambda}$ passim habuerunt pro $\bar{\alpha}$, leguntque *παθητικός*. Vide supra hanc vocem. Locus tab. VII. num. 21. ex Etymolog. Sorbon. aeri incisus legi debet *ἡ εὐθεῖα τῶν πληθυντικῶν*.

Πνεῦμα. In vulgus notum est huius vocis compendium, de quo dixi ad *Gregor.* p. 99. Ad-

iectiuum inde deriuatum *πνευματικὸς* compendiose scribitur *πνικος*. Vid. tab. V. num. 12. *τῆς πνευματικῆς γνώσεως*. Quae huic voci ceterisque omnibus, e. c. a Fischero ad Weller. P. I. p. 235. collectis, superimponitur lineola, significat, litteras mediis in vocibus suppressas esse. Conf. Coray ad Isocrat. T. II. pag. 267. Reperitur haec lineola in scriptura tam vnciali quam minuscula. In Cod. SGerm. 345. pro simplici lineola passim occurrit lineola cum asterisco in medio. Conf. vocem compendiose scriptam *οὐρανὸς* tab. VII. num. 21.

Ποιητής. Librarii hanc vocem significant aut compendio *ποιη*, superscribentes *τ*, aut compendio *ποι*, superscribentes *η*. Posterius compendium Villoisonus ad Apollon. tab. III. e Cod. SGerm. 345. indicauit, explicuitque *ποιητοῦ*. Sed idem illud pro omnibus valet casibus. In Scholiis ad Il. *Δ*, 27. Villoisonus *τὴν ποιότητα* imperite legit pro *τὸν ποιητήν* (tab. VII. num. 3.). v. *Gregor.* p. 68. Notatis ad illum locum nunc hoc accedat. Libanius IV. p. 946. *ὡς δὲ καὶ πόλεσι προσέβαλλε* (*Θερσίτης*), *καὶ αἰχμαλωτους ἥρει, δῆλον οἷς περὶ αὐτοῦ λέγει ποιεῖ*. Morello pro *ποιεῖ* legere placet *ποι* ^{η} (i. e. *ποιητής*). Sed locum male cepit, ad *δῆλον* subaudiens *ἐστίν*. Sensus enim postremorum verborum hic est: *perspicuum reddit* (Thersites, non Homerus, vt Reiskio visum) *ex iis quae de se ipso* (leg. *αὑτοῦ* pro *αὐτοῦ*) *loquitur*. Sequitur: *οὐ γὰρ ἂν ἐν τοῖς τἀναντία συνειδόσιν* *) *οὕτως ἀναιδῶς ἠλαζονεύετο*.

---

*) Auge hoc exemplo ea quae habent Interpretes ad Dionys. Hal. de Compos. Verb. p. 216. s. ed. nup. Add. Indic. Verbor. in Melet. Crit. I. pag. 150. a. Aeschylus Agam. v. 1413. s. Sch. *ἐγὼ δ' ἀτρέστῳ καρδίᾳ πρὸς εἰδότας Λέγω*. Dionysius Halic. Ant. Rom. VI. c. 40. *οὐ μακρῶν δεόμενα λόγων πρὸς εἰδότας*. Longinus Sect. XXX. med. *μὴ καὶ περιττὸν ᾖ πρὸς εἰδότα διεξιέναι*. vbi al.

Πόλεμος, πολέμιος, πόλις, πολίτης, πολὺς nonnunquam eodem compendio scribuntur. Hoc est syllaba *πο*, cui Lambda superscriptum est. Vide tab. VII. num. 3. Exempla confusionis harum vocum reperies *Epist.* p. 240. sq. et *Append.* p. 53. Locum tab. VII. num. 4. aeri incisum sumsi ex hoc articulo inedito Lexici SGerm. rhetor. sophist. *Ἀδιούνιος ταῦρος, ὁ ἥλιος**) *ὑπὸ τῶν Κρήτων* (sic: leg. *Κρητῶν*) *οὕτως λέγεται. φασὶ γὰρ τὴν πόλιν μετοικίζοντα ταυρῷ πως εἰκασθέντα***) *προηγεῖσθαι.* Simul licuit repraesentare notam tachygraphicam nominis *ἥλιος*, quae in libris manu scriptis saepissime reperitur. Quae nota cum etiam *χρυσὸς* significet (conf. Ducang. Append. Glossar. p. 16.), nemo mirabitur facilem commutationem nominum *ἥλιος* et *χρυσός*. Bredowius, vir clarissimus, cum Lutetiae versaretur, ostendit mihi hunc locum Eustathii ad Dionys. Perieg. v. 1107. de Persis haec dicentis: *τιμῶσι δὲ καὶ τὸ πῦρ, καὶ δι' αὐτὸ* (f. *διὰ τουτο.* Cod. Paris. 2722. addit *τὸν χρυσὸν*) *οἷα πυροειδῆ ὄντα*, ac simul mecum communicauit coniecturam non improbabilem, malle se *τὸν ἥλιον* quam *τὸν χρυσὸν* legere.

Πολιτεία librarii nunc scripserunt *πολι*, nunc item simpliciter *πο*, quod compendium interdum legerunt *πολιτικός*. Vide tab. VII. num. 4. voces *Πλάτων πολιτείας β* etc. e Cod. SGerm. 345., vnde corrigendum quod typotheta ad *Gregor.* pag.

πρὸς εἰδότας, quod *absonum* non dicam cum nupero editore, quem frequens huius formulae vsus videtur fugisse. SCHAEF.

*) Ruhnkenius hunc articulum citans ad Vellei. p. 14. b. pro *ἥλιος* dedit *Ἀπόλλων*. Conf. Stanlei. ad Aeschyli Eumen. v. 2. De animalibus ducibus condentium colonias adde iis, quae Ruhnkenius ibidem congessit, Photii Lexic. c. 20. sq. et Seru. ad Virgil. Aen. XI. v. 265. SCH.

**) Pro *πως εἰκασθέντα* suspicor *προςεικασθέντα*. SCH.

156. minus recte expressit. — Moneo hac occasione, Graecos scribas non vsos esse peculiari compendio nominum in $\overline{\varepsilon\iota\alpha}$ et in $\overline{\iota\alpha}$ desinentium, sed consonam his syllabis antecedentem, vt in $\pi o\lambda\overset{\tau}{\iota}$, superscripsisse: qui fons fuit plurimorum errorum, cum socordia legentium in locum horum nominum saepissime sufficeret adiectiua aut alia substantiua generis masculini. Ita peccauit qui primus edidit Libanii *Προγυμνάσματα* et *Ἠθοποιΐας*: videturque is Codice pleno talium compendiorum vsus esse. Quod crimen ne temere iactare videar, aliquot exempla dabo. Vol. IV. p. 902, 30. *πολλὰς ὀφείλουσιν ἄνθρωποι χάριτας ταῖς πατρίσι, τοῦ φῦναι καὶ γενέσθαι, καὶ τοῦ τὸν ἥλιον ἐπιδεῖν, ἔτι πρὸς τούτοις τροφῆς, παίδων, γάμων, παιδοποιΐας κ. τ. λ.* Reiskius: „Aut *παιδων* est delendum ob insequens „*παιδοποιΐας*, aut leg. *τροφῆς αὐτῶν τε καὶ παί-* „*δων.*“ Nimium amat vir excellens remedia violenta. Vitiosum illud *παίδων* scriptum erat $\pi\overset{\delta}{\alpha\iota}$, pro quo cum Cod. Paris. 2918. legendum est *παιδείας*. Conf. de coniunctione vocum *γενέσθαι*, *τροφὴ* et *παιδεία* Wyttenbach. ad Iulian. pag. 145. Ibid. p. 937, 20. *ἐδείκνυ τὴν παιδείαν*, vbi Morellus verum coniectando reperit: nam textus eius habet vitiosum *παῖδα*. P. 954, 12. sqq. *εἰ δὲ δὴ μέγιστον ἐν ἀνθρώποις ἡ ὑγίεια, καὶ τοῦτο γεωργοὺς* (Cod. Paris. recte *γεωργία*) *περιείληφεν. ἠπείρων μὲν δὴ καὶ νήσων κόσμος αἱ πόλεις. αὐτὰς δὲ τὰς πόλεις συνίστησί τε καὶ συνέχει, γεωργός* (Cod. Paris. rectius *συνέχει γεωργία*). Conf. quae sequuntur. P. 949, 16. *τῇ μεγαλοψύχῳ* (Reiskius optime: „forte *τῇ μεγαλοψυχίᾳ*“) *ἀφ᾽ ἑστίας χρησάμενος*. P. 1027, 11. *δούλην μελέτην ἠγωνιζόμην*. Reiskius: „Corrupta haec sanare non pos- „sum.“ Cod. Paris. 2918. *δουλείας μελέτην ἠγ.* Alius Cod. dat $\overset{\lambda}{\delta o\upsilon}$, e quo ipso compendio vitium ortum est. Pag. 974, 20. *ἐκεῖνος ἦν ὃς τὴν αὐτοῦ τάξιν ὑπερβὰς, δεσπότην* (Cod. Paris. 2918. *δε-*

σποτείαν) ἐπῆγε τοῖς ἐλευθερωτάτοις Ἕλλησιν σπενδόμενος. P. 981, 7. φυλάττεσθαι τὴν φιλοχρήματον (Cod. Paris. φιλοχρηματίαν, et sic margo Morell.) ὡς ὄλεθρον ἔχουσαν. Adde Vol. III. pag. 6, 1. τὸ μὲν γὰρ ἐν βαναύσῳ διάγειν, ἢ γῆν ἐργάζεσθαι, ἢ πελάγη περᾶν κ. τ. λ. Reiskius: „ἐν βαναύσῳ, id est ἐν τάξει καὶ σχήματι βαναύσου. „Possit quoque legi ἐν βαναύσων (in genit. plur.) „scil. τάξει, vel βίῳ, vel διατριβαῖς." Cod. Paris. 3017. recte dat ἐν βαναυσίᾳ. Rarior est casus contrarius, quando substantiuum in ια desinens vitiosa scriptura est, in eiusque locum substitui debet adiectiuum. Ita factum ibid Vol. IV. p. 857, 9. Alexander, amicos suos digito monstrans: οὗτοι ἐμοὶ θησαυροί. ὡς τοίνυν, Sophista pergit, εἰκότως ταύτην ἡγήσατο πρέπειν τὴν προσηγορίαν τῆς φιλίας, ῥᾴδιον γνῶναι. τῆς quidem debetur vitiosae pronuntiationi: sed φιλιας errori perperam explentis compendium genuinae vocis. Scilicet Cod. Paris. 2918. habet τοῖς φί^λ, i. e. τοῖς φίλοις. Alia omitto, ne hic articulus fiat iusto copiosior.

Πολλάκις. Vide tab. IV. num. 16., tab. VII. num. 21., it. v. συγκριτικός.

Πολύδωρος, Πολύδημος, Πολυδάμας potuerunt, vt monui ad *Gregor.* p. 19. sq., solis duabus syllabis initialibus πολυ, Delta superscripto, indicari. Iam cum Πολύϊδος compendiose scriptum fuerit Πολύϊ^δ, omnes vident, hoc nomen cum Πολύδωρος facillime confundi potuisse.

Πρᾶγμα. Vide supra v. γράφεται.

Πρόθεσις nunc scribitur hoc compendio, προ^θ (v. ad *Gregor.* p. 167.), nunc perinde vt cetera nomina in σις desinentia, hoc est sic, vt ε ponatur super προθ. Posteriori modo scribuntur etiam θέσις, φύσις (vide tab. VII. num. 5. voces τὸ ᾱ φύσει ἐστὶ μακρὸν, τὸ δὲ ῑ θέσει, ex Etym. Sorbon.

Conf. *Gregor.* pag. 602.), item αἵρεσις, ἀφαίρεσις, συναίρεσις, alia. Compendiose scriptum συναίρεσις etiam συναίρετος legi potest: quapropter duae hae voces confunduntur. In Grammat. Herm. pag. 451. aliquoties legitur ἀπὸ vel ἐκ συναιρέτων, pro quo Cod. Paris. 3027. ἀπὸ vel ἐκ συναιρέσεως dat. Φύσις, scriptum compendiose sine syllaba finali σις, legi potest etiam φυλακή, φυλάσσειν etc Multa exempla habent Lexica Etymolog. MSS. Libanius Vol. IV. p. 894, 10. τῆς δ' οὖν τοσαύτης προνοίας καὶ φύσεως ἄξιον ἀκοῦσαι τὴν αἰτίαν. Φύσεως h. l. sensu caret. Reiskius: „Num ῥύσεως? *cautelae*, „*tutelae?*" Cod. Paris. 2918. bene dat φυλακῆς.

Πρόκρις. Hoc nomen in Codice quodam Parisino Apostolii scribitur hoc compendio, πριc: nisi tamen error est librarii. v. *Epist.* p. 204. Scilicet Codex ille habet ὑπὸ πριδος, pro quo alii Codices ac Pantini editio dant ὑπὸ κριδὸς, vbi syllaba προ manifesto ab antecedente πο hausta est: nam, vt viri docti iam monuerunt ad Palaephat. cap. 2., corrigendum ὑπὸ Πρόκριδος. Sed quod *Epist.* p. 203. commemoraui compendium προc, pro Πρόκρις nusquam mihi lectum est. Πρὶς (v. *Epist.* p. 188.), πριάζειν (v. *Gregor.* p. 90.), πριος, πρωιος κ. τ. λ. solennia sunt compendia vocum πατρὶς, πατριάζειν, πάτριος, πατρῷος. Postrema vox compendiose scripta similis est voci πρῶτος: quare Koenius in Philostrato V. A. III, 127. alioque loco πατρῷος pro πρῶτος legendum esse coniicit. v. *Gregor.* p. 177.

Πρός. Notissima confusio praepositionum πρὸς et πρὸ nata est e compendio πρ^ο, quo ambae significantur. V. supra p. 789. Interdum (quomodo etiam me errare memini) aliud agentes legerunt παρὰ, vbi πρὸς legendum fuit: scilicet tunc, cum accentus grauis iuxta ο superscriptum admodum longus esset litteram-

que ō paene contingeret, vt ᾱ scriptum esse videretur. Vide tab. VII. num. 4. ex Etymolog. Sorbon. et Bergler. ad Alciphron. III, 64. (T. II. pag. 197. Wagn.) Locella ad Xenophont. Ephes. p. 173. etiam confusionem praepositionum *περὶ* et *πρὸς* palaeographice explicare voluit: dixit enim, has praepositiones confundi, „fraudem faciente obscuro „*freque eodem* scripturae compendio." Vellem, hoc compendium aeri incisum nobis repraesentasset: mihi quidem, quod *fere idem* dici possit, nusquam oblatum est. In vnciali scriptura *πρὸς* sic pingitur, vt ostendit tab. IV. num. 2. et tab. VI. num. 17. Tunc differt a verbo *γράφεται* solâ lineolâ, qua *Π* a *Γ* dignoscitur. Praeterea notanda peculiaris quaedam nota huius praepositionis, de qua egi supra in littera Xi, cui haec nota similis est. Vide tab. II. num. 3. Etiam *τε* et *προς* in scriptura posteriorum seculorum ob ductuum similitudinem confunduntur: scilicet quando prior vocula sic scribitur, vt cernere licet in v. *εἴτε* tab. VII. num. 5. e Cod. 2551., atque in posteriore (v. vocem sequentem) ambae lineolae litterae Pi sic confluunt, vt τ̄ scriptum esse videatur, litteraque ō cum ρ̄ connectitur. Herodianus in Villoisoni Anecdot. Vol. II. p. 90, 13. *ἐπεὶ προςαγνοοῦνται.* Cod. 2551. dat *ἐπεί τε ἀγνοοῦνται.*

Πρόςθεσις, προςθήκη. Vide in v. *σύνθεσις.*

Προςνέμεται. V. quae de hac voce ad *Gregor.* p. 184. dixi. Haec vt clariora etiam fierent, aeri incisam repraesentaui tab. VII. num. 5. e Cod. Apollonii Dyscoli. Quod autem coniecit Ienensis Censor editionis Sturzianae Maittairii (*Jen. Allgem. Litter. Zeit.* 1810. 29. Ianuar.) *προὐτίθεσαν*, tam audax est et violentum, vt neminem aduertere posse videatur.

Προφέρειν et *προφέρεσθαι* eodem compendio (tab. VII. num. 5. ex Etymolog. Sorbon.) scribi possunt. Syllaba finalis vt recte suppleatur, attendenda est series orationis. v. *Gregor.* p. 578.

Ῥητέον indicatur hoc compendio, ῥη with τ above, e quo in Etymolog. Leid. (apud Koen. ad *Gregor.* p. 341.) inscite supplendo posteriores syllabas fecerunt *ῥητορικῶς*.

Σημειοῦ, *σημείωσαι*, *σημειωτέον* in marginibus Codicum sic notantur, vti ostendit tab. VII. num. 6. et 7. e Cod. Platon. 1807. et Cod. Hermogen. 1983. Primum exemplum est illud, vbi in Schol. Platon. p. 203. perperam legerunt *ἤ*. v. *Gregor.* p. 216. De frequenti confusione huius *σημειοῦ* etc. cum *σημαίνει*, *σημαίνεται*, *σημαίνηται*, quae item notantur litterâ σ̄, cui η̄ adscribitur aut superscribitur (v. *Gregor.* p. 388.), multis egi *ibid.* p. 216. Sextum exemplum (tab. VII. num. 6.) legi debet *σεσημείωται*. Inde corrige quae leguntur ad *Gregor.* p. 217.

Σοφοκλῆς. In Cod. SGerm. hoc nomen fere sic scribitur, vt tab. VII. num. 6. *Primum* exemplum, nisi attendas contextum verborum, facile legas *σοφός*. v. *Epist.* pag. 133. et Valckenar. Diatr. p. 49. Vide supra in v. *Ἀριστοτέλης*. Eadem ratione nomen proprium *Ἀνδροκλῆς* compendiose scribitur *ἀνδρ* with ο above, simul lineâ transuerse ductâ per caudam litterae ρ. In Etymolog. M. pag. 738, 51. sqq. (quem locum Phauorinus exscripsit) haec legas: *ὡς Μένανδρος ἐν τῷ περὶ Κύπρου . . ., ὡς δὲ Ξεναγόρας ἐν τῷ περὶ νήσων.* *Menandrum*, qui *περὶ Κύπρου* scripserit, non nouimus. Tzetzes ad Lycophron. v. 447., qui eadem habet, dat *ὡς μὲν Ἀνδροκλῆς ἐν τῷ περὶ Κύπρου*, quam scripturam verissimam esse, nemo, vt ego arbitror, dubitabit. Scilicet compendium illud nominis proprii *Ἀνδροκλῆς* legerunt *ανδρος*, cui cum adhaesisset particula *μὲν*, natum est *Μένανδρος*. Abhinc aliquot dies magno meo gaudio intellexi, Larcherum, virum praestantissimum, *R marqu. sur l'Etymolog. M.* p. 116. corruptam illam Etymologici M. scripturam eodem modo correxisse: quanquam palaeo-

graphicum erroris fontem minus indicauit. *Alterum* exemplum compendii nominis *Σοφοκλῆς* sumtum est e Lexico *περὶ συντάξεως* v. *ἂν*, vbi haec leguntur: "*Αν* (*συντάσσεται εὐκτικοῖς*) *παρακειμένοις καὶ ὑπερσυντελίκοις. Σοφοκλῆς Φθιώτισιν· ἡ πατροκτόνος δίκη κεκλῇτ᾽ ἂν αὐτῷ.* Cito hunc locum, quia fortasse ex ineditis est, ac *Φθιώτιδες* hucusque relatae sunt inter titulos dubios tragoediarum Sophoclis. Brunckius quidem earum ne mentionem quidem fecit. V. Fabric. Bibl. Gr. Vol. II. p. 213.

Στάδιος, στάδιον. Vide tab. VII. num. 6. e Cod. Palat. 398. In Eudociae Codice compendium *τριςά* (superscripto δ) legi debet, non *τριστάδα*, vt Villoisonus legit, sed *τριστάδιος*. v. *Epist.* p. 19.

Σταυρὸς, σταύρωσις, ἐσταύρωσαν, in vulgus notum est, scribi compendiose sic: *στρς* (*CTPC*), *στρωσις, ἐστρωσαν*. v. *Gregor.* p. 61. Lineola superposita index est suppressionis. V. in v. *πνεῦμα.*

Στοιχεῖον in singulari numero indicatur compendio *στοι*, superscripto *χ*; in plurali, eodem illo *στοι*, sed superscriptis duobus *χ*. v. *Append.* p. 13. Villoisonus duplex *χ* etiam singulari numero perperam attribuit. v. *ibid.* Vide voces *κατὰ στοιχεῖον, τῆς Χριστοῦ γεννήσεως* tab. VII. num. 6. e Cod. SGerm. 345., qui Codex ad calcem tenet paruum Lexicon hoc titulo inscriptum: *Λέξεις ἐγκείμεναι τοῖς κανόσι κατὰ στοιχεῖον, τῆς Χριστοῦ γεννήσεως, τῶν φώτων καὶ τῆς πεντηκοστῆς.* Addo, *στοι* (superscripto χ) etiam nominis *στοῖχος* compendium esse posse, quemadmodum *πρω* (superscripto τ) significare potest et *πρῶτος* et *πρωτεῖον*. Propterea *στοῖχος* et *στοιχεῖον* confunduntur. Clemens Alex. Strom. VII. p. 901. *παραδείσοις ἐξησκημένοις ἐκείνοις, τοῖς ἐν στοιχείῳ καταπεφυτευμένοις εἰς ἡδονὴν ὄψεως.* H. l. Sylburgius iure praefert *ἐν στοίχῳ.*

Συγκοπή. De variis huius vocis compendiis,

συγ$^{\kappa\pi`}$, *συγκο*$^{\pi}$, *συγκ*^{o} dixi ad *Gregor.* pag. 456. Vltimum in Scholiis Lucianeis male legendo abiisse in *σγκος* (sic), monui *ibid.* V. etiam litteram Ypsilon.

Συγκριτικός. Finales syllabae *ικος* huius similiumque vocum in vnciali scriptura sic notantur, vt ostendit vox *ποιμενικὴν* in phrasi *τίς ποιμενικὴν σύριγγα συνέθηκεν* tab. VII. num. 7. e Cod. Palat. 398. Librarius Cod. SGerm. 345. *ικος* scripsit nunc vt in *τὴν κλητικὴν*, *ἱππικῇ* (ex Apollonio, vbi Villoisonus p. 196. v. 7. male legit *ὁ μὴ ἵππῳ χρώμενος* pro *ὁ μὴ ἱππικῇ χρ.*), nunc vt in *πληθυντικὸς* tab. VII. num. 8. E verbis *τὴν κλητικὴν*, e nomine proprio *Σοφοκλῆς* (tab. VII. num. 6. ante v. *στάδιος*), sed maxime e verbis *τὰ περιστατικὰ* (tab. III. num. 2. vbi syllaba finalis expressa est), satis apparet, compendium illud ξ̄, quod Reiskius dixit, reapse nihil esse aliud quam Kappa (v. supra hanc litteram), idque passim ductu calami pictum insolentiore. Hoc Kappa in v. *πληθυντικὸς* cum superscripto *τ̄* coniungitur, scribiturque *τκ* pro *τικ*, omissâ syllabâ finali. Posterioribus temporibus, quando singula Iota binis punctis instruerentur, totidem puncta etiam super *τκ* pingebantur ad significandum Iota omissum, ductusque ille, litterae *κ* index, adeo augebatur (vide e. c. tab. VII. num. 8. *ἑλληνικὸν* e Cod. 2423.), vt profecto longe fuisset simplicius vocem litteris scribere omnibus. Vbi *τικ* a negligentioribus tachygraphis sic pictum esset, vt in v. *φονευτικὰ* (tab. VII. num. 8. e Cod. Vatic. 305.), legentes talem scripturam saepe solum *τ̄* videre sibi visi sunt, ac *τικος* habuerunt pro simplici *τος*. Hinc ortum vitiosum *συγκριτὰ* pro vero *συγκριτικὰ* in *Gregor.* p. 110. sq., vbi simul mentio fit variorum errorum, quos peperit compendium male intellectum finalis huius *ικος*. Apollonius Lex. pag. 442. *τὰ δὲ ὀνόματα διὰ τοῦ ι γράφεται, ἥ τε Ἶρις καὶ ὁ Ἶρος.*

Hîc Villoisonus, quem fugeret vis compendii syllabarum τικος, dedit ὀνόματα pro ὀνοματικὰ, quomodo restituendum est. Vide tab. VII. num. 8. Lector ipse per se intelliget, τικα in ὀνοματικὰ et ται in γράφεται eodem compendio significari. Vide supra syllab. αι. Eademque in compendiis congruentia fuit posteriorum temporum, cum scriptura asciuisset ductus illos insolentis magnitudinis. Conf. nomen πραγματικῶν tab. VII. num. 8. cum verbo διακεχάρακται tab. VII. num. 9. e Cod. Vatic. 305. Praeterea monere iuuat, aduerbium πολλάκις in Cod. SGerm. 345. nonnunquam sic scribi, vt ostendit tab. VII. num. 21. Etiam hinc discas, compendium ξ, quod dicitur, nihil aliud esse quam Kappa modo pictum insolentiore. Quod sequitur πολλ^α (tab. VII. num. 21.), aliud est eiusdem aduerbii compendium, sumtum illud e Cod. SGerm. 345. Hoc alterum compendium facile legas πολλά: quapropter πολλὰ et πολλάκις confunduntur, e. c. in Alciphr. III, 29.

Συζυγία, vt cetera nomina in ια desinentia, compendiose scribitur eo modo, quem ostendit tab. VII. num. 3. v. *Gregor.* pag. 349. Sed idem illud συζυ^Γ significare potest σύζυγος. Indidem petas rationem fluctuationis inter σύζυγον et σύζυγα. v. *Epist.* p. 155.

Συλλαβή. Duplex huius vocis compendium est. Aut enim omittitur syllaba βη, ac superscribitur α: aut αβη omittitur, superponiturque duplex Lambda. Vide tab. VII. num. 9. τὴν τρι συλλαβὴν, pro quo Grammat. Herm. p. 438. dat perperam lectum τὴν τρισυλλαβίαν. v. *Gregor.* p. 260. *Δισύλλαβος* librarii compendia sectantes aut sic scribunt, vt videbis tab. VI. num. 16., it. in verbis τὰ εἰς ος λήγοντα οὐδέτερα δισύλλαβα (tab. VII. num. 9. e Cod. Marc. Hom.), pro quibus Villoiso-

nūs perperam dedit *τὰ εἰς ος λ. οὐδε συλλαβα* (sic), v. *Append.* p. 27.: aut sic, vt in verbis *εἴτε δισύλλαβα, εἴτε ὑπερδισύλλαβα* tab. VII. num. 10. ex Etymolog. Sorbon. Compendium vltimae vocis legi potest etiam *ὑπὲρ δύο συλλαβάς*. De confusione vocum *συστολὴ* et *συλλαβὴ* vide supra in v. *ἀποβολή*.

Prius vocis *συλλαβὴ* compendium, *συλλ*^{α}, facit vt recorder quod lectores hîc notatum non inuiti cognoscent. Nomina in *γη*, *κη*, *χη* etc. exeuntia ratione eadem, h. e. omittendo has syllabas superimponendoque vocalem antecedentem, scribuntur. E. c. vocis *ἐναλλαγὴ* in Etymolog. Sorbon. hoc legitur compendium, *ἐναλλ*^{α}/. Sed aliquoties reperi solum *ἐν*^{α}/, quod inprimis notandum est, quia facile potest perperam expleri. Id ne temere dixisse videar, lege mihi hunc locum Herodiani *περὶ σχημάτων* (Villois. Anecdot. II. p. 89.): *λαμβάνεται δὲ καὶ ὁλόκληρα παθητικὰ ἀντὶ ἐνεργητικῶν πολλάκις, ὅταν μη δύςφημος, ἢ δυςτράπελος, ἢ ἐναργὴς μέλλῃ γενήσεσθαι παρὰ τὸ τοῦ λέγοντος πρόςωπον. τὸ γοῦν γράφομαι λέγεται πολλάκις ἀντὶ τοῦ γράφω, οἷον γράφομαι τόνδε παραπρεςβείας κ. τ. λ.* Vox *ἐναργὴς*, quae hîc sensu commodo caret, corrupta est. Optime Cod. Paris. 2551. *ὅταν μὴ δύςφημος ἢ δυςτράπελος ἢ ἐναλλαγὴ* (sic, plenis integrisque litteris) *μ. γ.* Hoc *ἐναλλαγὴ* legerunt *ἐναργὴς*, quod compendium eius *ἐν*^{α}/ quid sibi vellet parum perspicerent.

Συμπλεκτικός. Vide voces *συμπλεκτικὸς σύνδεσμος ἢ περισπᾶται ἢ βαρύνεται* tab. VII. num. 10. ex Etymolog. Sorbon., vnde, pariter vt e Scholiis Homericis, corrigi potest editus Etymologus, in quo haec legas vitiosa: *συμπλέκεται σύνδ. ἢ περισπωμένη ἢ βαρεῖα.* v. *Gregor.* p. 342. Vocis *σύνδεσμος* frequentissimum compendium est syllaba *συν* superscriptum habens Delta.

Σύνθεσις, συνθετος, συνθήκη eodem scribuntur compendio, $\overset{\theta}{\sigma\upsilon\nu}$. Hinc orta confusio horum nominum. Pariter $\overset{\theta}{\pi\rho o\sigma}$ significat tam *πρόςθεσις* quam *προςθήκη*. Librorum fluctuatio in titulo libri Dionysii Halic. *περὶ συνθέσεως* (al. *συνθήκης*) *ὀνομάτων* debetur huius ipsius compendii ambiguitati. v. *Gregor.* p. 161. *Προβληματῶδες* illud *συνθεὶς*, quod Villoisonus in Apollonio legere sibi visus est, tab. VII. num. 11. repraesentari iussi, vt lectores hoc compendium noscerent fidelius expressum, quam typothetae ad *Gregor.* p. 161. exprimere licuit. Nihil impedit, quo minus hoc esse dicamus compendium nominis *σύνθεσις*: nam quod Villoisonus habuit pro $\overline{\varepsilon\iota\varsigma}$, etiam $\overline{\iota\varsigma}$ significat (v. supra hanc syllabam), neque insolens est sic omitti mediam syllabam $\overline{\varepsilon\sigma}$. Iam si ponas, *τὴν λέξιν* deberi errori perperam explentis compendium $\overset{\varsigma}{\tau}\ \overset{\acute{\varepsilon}}{\lambda}$ /, i. e. *τῆς λέξεως*, facile venias in hanc opinionem, vt locum sic legendum esse suspiceris: *γίνεται δὲ ἐκ τοῦ αἰσαι καὶ τῶν φρενῶν σύνθεσις**) *τῆς λέξεως*. Melius et *euidentius* qui correxerit, ei perlibenter auscultabo. Etymol. M. p. 97, 11. *γίνονται δὲ πολλάκις ἐν ταῖς συνθέσεσι στερήσεις κ. τ. λ.* Parisina Etymologica dant *ἐν ταῖς συνθετικαῖς*, quod item ortum ex male intellecto compendio $\overset{\theta}{\sigma\upsilon\nu}$, siue $\sigma\upsilon\nu\theta\overset{\varepsilon}{/}$. Saepissime confunduntur $\overset{\theta}{\sigma\upsilon\nu}$ et $\overset{\theta}{\sigma\upsilon\nu\eta}$ (tab. VII. num. 11.), i. e. *σύνθεσις* et *συνήθεια*. Etymolog. M. p. 7, 49. *ἡ μὲν οὖν συνήθεια* (Sorbon. male *σύνθεσις*) *τὴν λέξιν ἐπὶ ψόγον* (Sorbon. *ἐπὶ τοῦ ψόγου*. v. Sylburg. et Villoison. ad Apollon. p. 883.) *τάσσει*. Ibid. p. 122, 51. *καὶ οἱ μὲν ἐν τῇ συνηθείᾳ* (Paris. 2630. et Sor-

---

*) Requiro articulum *ἡ σύνθεσις*. Schaef.

bon. *συνϑέσει*) *διὰ τῆς ει διφϑόγγου γράφουσιν.* Vide etiam in voc. *ἐνταῦϑα.*

Συστολή. Vide in voc. *ἀποβολή.*

Τέ. Librarii hanc voculam indicant lineolâ positâ inter bina puncta. v. *Gregor.* pag. 246. Vid. tab. VII. num. 11. voces *οὔτε*, *ὥςτε* e Cod. SGerm. 249., it. *πρότερον* e Cod. Marc. Hom. A. In recentioribus Codicibus, qualis est Codex Libanii 2918., *τε* indicatur litterâ *τ* superscriptâ syllabae antecedenti. E. c. *ἤλγησέ* pro *ἤλγησέ τε*, *ἔν* pro *ἔν τε*, quod facile potest confundi cum *ἐν*, i. e. *ἐν τῷ*. Omnino *τ* ita superscriptum, vt significet *τε*, multorum causa errorum fuit. Confuderunt e. c. cum *τὶ*, neutro pronominis *τὶς*, quod ex regula significatur litterâ *τ* superscriptâ cum duobus punctis: sed saepissime puncta haec desunt, neque *τι* discrepat a *τε*. Hinc tales diuersitates scripturae, qualis est in Philostr. Her. p. 417. *ἀναπνέων πότιμόν τι καὶ οἰνῶδες*, et *ἀν. πότιμόν τε κ. οἰν.* Libanius IV. p. 870, 18. *καὶ μὴν κἀκεῖνο δῆλον, ὡς ἀμύνεσθαι* (Cod. Paris. *ἀμύνασθαι*) *τοὺς λελυπηκότας, μὴ παϑεῖν τι κακῶς ὑπὸ τῶν ἐχϑρῶν, πάντων μέγιστον.* Reiskio placet legere *αὐτὸν δὲ μὴ παϑεῖν κακῶς.* Secundum Cod. Paris. nihil aliud quam *τι* in *τε* mutandum.

Τέλος, τέλειος, item verbum *τελεῖν* a scribis festinantibus indicari possunt syllabâ *τε*, cui Lambda superscribitur. Hinc scripturae diuersitas *ἐκ τέλους* et *ἐκ τελείου*, v. *Append.* p. 19., it. fluctuatio inter *τελῶν* et *τελεῖ*, v. *Gregor.* p. 623. Verbum *ἐτέλει* tab. VII. num. 11. aeri incisum legitur in Schol. Ven. ad Hom. Il. *Δ*, 38. In iisdem Scholiis ad Il. *Δ*, 253. Villoisonus *ἐπὶ τοῦτου* pro *ἐπὶ τὸ τέλος* dedit. Restitue e Codice (tab. VII. num. 11.) *ἐπὶ τὸ τέλος τοῦ στίχου διαστολὴ βραχεῖα.* Eodem modo in Schol. ad Il. *Δ*, 228. *πρὸ τέλους* scribendum pro *πρὸ τούτου.* Cum Villoisonus ibidem praeterea omiserit versum dimidium, integrum locum, lacunâ

e Codice expletâ, apponam: *ὑπὲρ δὲ τοῦ τετρασυλλάβως ἀναγινώσκειν (τὸ Πειραΐδης) ἔχομεν ἐκεῖνο λέγειν, ὡς ὅτι* (conf. *Gregor.* p. 52.) *ἐντελές ἐστι τὸ κατὰ διάλυσιν τοῦ ῑ, καὶ ὅτι οὐκ ἔχομεν τοιοῦτό τι πατρωνυμικὸν, ὃ κατὰ σύλληψιν ἐξηνέχθη τοῦ ᾱ καὶ τοῦ ῑ πρὸ τέλους. παρὰ τὸ Πειραιὸς οὖν Πειραΐδης ἐγένετο.*

Τινές. De confusione huius vocis cum *γίνεται* vide supra syllabam *αι*.

Τροπὴ compendiose scribitur $\overset{\pi}{\text{τρο}}$. v. *Append.* p. 52. et *Gregor.* p. 161. Hoc quoque compendium causa est errorum. In Etymologico quidem Sorbonico v. *ἀνῆκεν* haec legas: *ἀττικῶς το ἧκα γίνεται ἕακα καὶ ἕωκα κατὰ μετροποιΐαν* (sic, voce plene scripta). Puto, librarium, quod in archetypo compendiose scriptum erat $\overset{\div}{\text{μ}}\overset{\pi}{\text{τρο}}$, perperam expleuisse, restituendumque esse, quod Etymolog. M. p. 107, 2. habet, *κατὰ μετατροπήν.*

Ὑπὲρ et *ὑπὸ* confunduntur (v. *Epist.* p. 153.), quia ambae praepositiones nonnunquam, sed minus recte, scribuntur vno eodemque compendio, $\overset{\pi}{\text{ὑ}}$ s. $\overset{\pi}{\text{ὑ}}$. Dixi *minus recte:* librariorum enim *οἱ ἀκριβέστεροι* vtuntur compendio $\overset{\pi}{\text{ὑ}}$ tantummodo ad significandam praepositionem *ὑπό:* vbi autem *ὑπὲρ* scribere volunt, litterae *π* addunt notam syllabae *ερ*. Ita solent scribae Codicum Platon. 1807., SGerm. 345., Paris. 133 aliorumque. Vid. tab. VII. num. 12. Sed nonnunquam primi editores, aut qui libros manu scriptos conferrent, *ὑπὲρ* legerunt ibi, vbi reuera esset compendium praepositionis *ὑπό*. E. c. Schol. Platon. p. 171. *ὁ ἥλιος . . . . καταδυς ἐν τῇ δυτικῇ θαλάσσῃ σβέννυται, εἶτα διελθὼν τὸ ὑπὲρ* (Cod. $\overset{\Pi}{\text{Y}}$, i. e. *ὑπὸ*) *γῆν, καὶ εἰς ἀνατολὴν φθάσας, ἐξάπτεται. Epist.* p. 121. praepositionis *ὑπὲρ* cum

nomine ὕδωρ confusae causam e compendiis ὑ^ϖ et ὑ^λ petii: sed cum ambarum vocum sint notae tachygraphicae admodum similes, quarum, cum Epistolam Criticam scriberem, non memor eram, nunc mihi verisimilius videtur, confusionem illam ortam esse ex commutatione harum notarum. Has repraesentari iussi tab. VII. num. 14. Primum exemplum significat ὑπὲρ, alterum ὕδωρ. Conf. etiam Montefalcon. Palaeogr. pag. 345. col. 1. v. 11. cum Ducang. Append. Glossar. pag. 11. v. 30., scilicet cum illo signo, quod Ducangius interpretatur ὕδωρ θαλάσσης, quodque in Scholiastarum et Lexicographorum libris manu scriptis, vbi plura reperias signorum chymicorum ceterorumque a Ducangio partim negligentissime repraesentatorum, pro simplici ὕδωρ positum legitur.

De praepositione ὑπὸ vide etiam supra v. ἀπό.

Ὑπερσυντέλικος compendiose plerumque scribitur ὑπερσυν^τλ, vel ὑπερσυν^τ, interdum vero etiam solâ litterâ υ, superscripto π̄, indicatur. v. *Append.* p. 54. et *Gregor.* pag. 256. Quae posteriori loco e Gregorii Codicibus compendia citaui, lector aeri incisa videbit tab. VII. num. 12.

Φασίν. Omissâ syllabâ finali σ̄ιν, superscribitur Alpha, aut eius loco lineola. v. *Epist.* p. 176. et *Append.* p. 46. Ad indicandum singularem φησὶν ponitur Phi, superscribiturque ei η̄. Vid. tab. VII. num. 12. e Codice Hermogen. 1983. et Cod. SGerm. 345. Sed hoc ipsum φη̄ etiam φημὶ indicare potest, neque exempla desunt, vbi φησὶ pro φημὶ legerunt. Sylburgius ad Etymolog. M. pag. 589, 29.: „φημὶ pro vulgato φησὶ repositum „ex Il. Z." Eâdem eget correctione Etymolog. M. p. 576, 18., vbi sic editum est: ὅταν οὖν εἴπῃ Ὅμηρος . . . . τοῦτο φησὶ δηλοῦν, τινὲς δὲ τὸν ὅρο-

φον κ. τ. λ. Parisina Etymologica dant τοῦτο φη δηλοῖ, i. e. secundum seriem orationis τοῦτο φημὶ δηλοῖ. In Apollonio pag. 156. v. 5. p. 602. v. 1. etc. Villoisonus compendium φη recte legit φημί: sed p. 774. v. 5. in eodem verbo errauit. Textus eius sic habet: ῥῆμα δὲ προςτακτικὸν (τῆ), τὸ λάβε, πιθανὸν εἶναι χωρὶς τοῦ ι γράφειν. In notis ἐστὶ pro εἶναι scribendum censet. H. Tollius subaudit σημείωσαι. Neutrum probandum. Nimirum Villoisonus primam vocem perperam legit: nam pro ῥῆμα (cuius ille tale compendium, quale ostendit tab. VI. num. 13., videre sibi videbatur) e Codice scribendum est φημί. Vide tab. VII. num. 12., vnde simul intelligitur, quo ductu litteram Phi scriptam esse oporteat, vt (id quod etiam alibi accidit) pro littera Rho habeatur. Sic in Suida Vol. III. p. 672. legitur ἐπικούφημα (vox nihili: quae vt saltem graeca esset, ἐπικούφισμα corrigi deberet:) pro genuino ἐπικούρημα, quod in Xenophonte reperitur.

Φίλος, φίλιος, Φίλων, Φιλόξενος, multaeque aliae voces, quae a syllaba φιλ incipiunt, a festinantibus scribis indicantur solâ syllabâ φι, cui Lambda superscribunt. Itaque vt veram vocem eruas, consideranda est series orationis: et vel sic res passim caret successu. v. *Append.* pag. VII. et *Gregor.* p. 506. Accedant aliquot exempla. Libanius IV. p. 1001, 12. ὁ *Αἰσχίνης* . . . . τοσαῦτα ἔλεγεν, ὅσα φιλίᾳ συμφέρει. Reiskius egregie ac contextui plane congruenter emendat Φιλίππῳ. Ibid. p. 976, 18. τὸν Φίλιππον δ' ἰδὼν (ὁ *Αἰσχίνης*), εὐθὺς αὐτοῦ Φίλιππος ἦν, κοινολογούμενος ἄνευ τῶν ἄλλων κ. τ. λ. Hîc Reiskio Φίλιππος delendum videtur: sed cum Cod. 2918. legendum φίλος. Schol. Ven. ad Il. *B*, 368. ὅτι πάλαι μὲν Ἀχιλλεὺς, φίλος ὢν τῶν Ἑλλήνων, ἤρκει κ. τ. λ. Ita correxit Villoisonus: nam Codex male habet φιλόσοφος, voce hac plenis integrisque litteris scripta. Eudocia pag. 245. Ἱστιαῖος . . . . φιλόσοφος δὲ γενόμενος Δα-

ρεῖον. Nonnus II, 5., quem Eudocia exscripsit: *φίλος δὲ γεν. Δ.*

Φοῖνιξ et *Φοίνισσαι* indicari possunt syllabâ *φοι*, superscripto Ny. Quod in Schol. Ven. ad Il. *Γ*, 354. citatur *Εὐριπίδης ἐν Φοίνικι*, manifestus est error sic perperam explentis compendium, quod expleri oportuit *ἐν Φοινίσσαις*, in qua tragoedia verba citata vere occurrunt. v. *Append.* p. 24.

Χρήσιμος, χρόνος. Hae voces eodem scribuntur compendio, h. e. solis litteris *χ* et *ρ*, quarum posterior inseritur priori. Vide tab. I. num. 15. et tab. VII. num. 13. e Cod. SGerm. 345. *Epist.* p. 85. suspicor, pro compendiose scripto *χρήσιμος οὖσα* in Hesychio v. *Γεντιανὴ* lectum esse *χωροῦσα*. Rarissime nomen *χρόνος* tali scribitur compendio, in quo caput litterae Rho (vt in tertio exemplo tab. VII. num. 13.) infra Chi dependeat: vt paene credam, exempla huius compendii, quae in Codicibus longe paucissima vidi, erroribus deberi scribarum ac referenda esse inter ductus calami vitiosos. Igitur non amplius placet confusionem illam nominum *χρόνος* et *λόγος*, de qua v. ad *Gregor.* p. 33., explicare *παλαιογραφικῶς*. Reiskius in Libanio Vol. IV. p. 295, 3. *χρόνον* mutare vult in *χορόν.* Haec quidem nomina facillime confundi potuerunt, cum *χορὸς* a *χρόνος* solo ductu rotundo sub *χ* discrepet. Vide tab. VII. num. 13. e Cod. SGerm. 345. Praeterea *χ*, cui *ρ* superscriptum est, compendium esse potest vocum *χρυσὸς*, *χρυσίον*, *Χρυσόστομος* et *Χριστός*. Conf. Montefalcon. Palaeogr. p. 347. In Scholiis ad Aeschinem (p. 759. Reisk.) *χρόνους* legerunt pro *χρείας*, cuius erroris causa est ambiguitas eiusdem compendii. Codex SGerm. 249. locum sic scriptum dat: *Καιροὺς λέγει ἐνταῦθα τὰς χρείας* (vulg. *τοὺς χρόνους*). *πρὸς γαρ τὰς χρείας περιπιπτούσας καὶ τοὺς λόγους μεταβάλλουσι.*

Ὡς. Vide supra in hac syllaba et in voce *καί.*

Hhh

C. DE VSV LITTERARVM AD NVMEROS INDICANDOS.

Quando litterae vsurpantur pro signis numerorum, librarii iis superimponunt lineolam (‒), interdum etiam asteriscum. v. *Append.* p. 15. Hanc lineolam saepe neglexerunt notasque numerales habuerunt pro simplicibus litteris. Sic in Etymolog. M. p. 569, 35. legitur infinitiuus *ποιεῖν* pro *ποιεῖ ν̄*, i. e. *ποιεῖ πεντήκοντα*, quod ex Orione restituendum. v. *Append.* p. 55. Villoisonus in Scholiis Homericis legit *ἐκ τῶν ἑξήκοντα ἀνδρῶν* pro *ἐκ τ̄ ἑξήκοντα ἀ.*, i. e. *ἐκ τριακοσίων ἑξήκοντα ἀ.* v. *ibid.* p. 56. *Φ̄/* (compendium verbi *φασὶν*) tab. VII. num. 12. in Suida habuerunt pro *φ* (*πεντακόσιοι*). v. *Epist.* p. 176. — In Apollonio Dyscolo *ενα* non mutandum cum Sturzio in *ἓν* aut *ἐὸν*, sed legendum *ἐν ᾱ*, i. e. *ἐν πρώτῳ*. v. *Gregor.* pag. 616. Conf. Toup. Cur. poster. in Theocrit. p. 5. *Τὸ ᾱ* significat *τὸ πρῶτον*. Villoisonus Apollon. p. 4. inclinabat huc, vt hanc notam legeret *τὸ πρότερον*, et sic reuera legit p. 752. v. *σῶκος*, vbi Cod. *βέλτιον δὲ τὸ ᾱ* pro *β. δ. τὸ πρότερον*, et p. 284, 4., vbi Cod. dat *τὸ πρῶτον*, voce hac scripta integris litteris. Conf. p. 790, 2., vbi Villoisonus in textu dedit *τὸ πρῶτον*, satis habens adnotasse: „Lego „*πρότερον*.“ At enim *ᾱ*, *ᾱ/ος*, *ᾱ/ο* librarii ponunt pro solo *πρῶτος*: ponique etiam pro *πρότερος*, Villoisono ita demum crederemus, si certa huius vsus exempla attulisset, qualia in Codice quidem SGerm. 345. frustra, vt puto, quaesiturus erat. In Philostrato Icon. II. 23. Koenius ad *Gregor.* pag. 653. *πρωτόγονα* substituit in locum vulgatae scripturae *ἀγεννῆ*, vitium in *ἀγεννῆ* natum putans e compendio perperam intellecto *ᾱ*. Sed hoc si reuera esset (quod non puto), potius *πρωτογενῆ* quam

πρωτόγονα corrigi oporteret. *) — $\bar{B}$, $\bar{\gamma}$, $\bar{\delta}$ etc. tam *δυο, τρεῖς, τέσσαρες* etc., quam *δεύτερος, τρίτος, τέταρτος* etc. significare possunt. Quando notae sunt ordinalium numerorum, finalis syllaba, quam contextus poscit, passim superscribitur. E. c. tab. VI. num. 17. $\overset{o}{\Delta}$ valet pro *τέταρτος*. Praeterea *δισύλ-*

---

*) Obiter Lexicis haec addantur. *Πρωθευρετής*. Nicomachus Harm. Man. p. 30. Meib. *ὡς αὐτὸν πρωθευρετὴν γεγενημένον*. *Πρωταγός*. Habent libri aliquot in Xenophont. Anab. II, 2, 16. Compares *τοὺς οὐραγοὺς* in Cyropaed. II, 2, 40. *Πρωτάρχης*. Manetho IV. v. 399. *πρωτάρχας τε νεῶν*. et I. v. 324. *πρωτάρχας σκαφέων*, hoc quidem ex emendatione Wesselingii ad Diodor. Sic. XX. c. 88. *Πρωτέξαδελφος*. Vtitur hoc nomine Thomas Mag. p. 849. V. Ducang. Glossar. c. 390. et 1263. Tales enim voces nolim Glossariis Graecobarbaris sic vindicari, nullus vt iis locus in nostris Lexicis concedatur. Conf. quae Hemsterhusii adscripsi ad L. Bos. Ellips. p. 126. *Πρωτογλυφής*. Rufinus Epigr. III. (v. Iacobs. II. 3. pag. 154.) *οἷα καὶ ἐν νηῷ πρωτογλυφὲς ξόανον*. *Πρωτοευνοῦχος*. Tzetzes Chil. I. v. 97. *τοῦτον τὸν πρωτοεύνουχον* (imo *πρωτοευνοῦχον*). Habet vocem Ducangius c. 1265. itemque contractiorem eius formam *πρωτευνοῦχος* c. 1263., quam in Lexicis nostris non magis reperias. [*Πρωτόνυμφος*. Toupius Addend. in Theocrit. p. 390. a.: „Callicratides, Laco, Pythagoreus, apud Stobaeum, pag. 593. *Καὶ γὰρ εὔπλαστοι καὶ εὐάγωγοι τυγχάνοντι πρωτόνυμφοι* — — —. Vbi notanda vox *Πρωτόνυμφος*, quae rarior et lexicographis ignota." Et iure ignota mansit. Nam in Stobaeo p. 487. Gesn. legitur *πρωτονύμφευτοι*: adeoque Francofurtana Andreae Wecheli editio, qua vsus est Toupius, sic scriptum habet.] *Πρωτόφυτος*. Philippus Thessalonic. I. v. 2. *κείρας πρωτοφύτους κάλυκας*. [Ibid. v. 13. miror editores tulisse *συνεπέπλεκα*, quod quid sit, nos docere debuerunt. Sed non potuerunt: nam plane barbarum est. Vere Codex Vaticanus *συνεπίπλεκε*. Sic statim sequitur *εἴκασον*, quod, sensum si spectes, ad idem redit.] SCHAEF.

λαβος, τρισύλλαβος nonnunquam scribuntur β̄σύλλ/ᵅ, γ̄σύλλ/ᵅ. Vide tab. VII. num. 10. Ad eandem rationem in Etymolog. Paris. 2654. v. μακάρτατος (conf. Etymolog. M. p. 573, 53.) verba ἐὰν φυλάττῃ τριγένειαν sic scripta legi: ἐὰν φυλᾰ/ ΓΓ̄ᵉ. Exemplum, vnde discas, exitum numerorum ordinalium interdum plane negligi, petere licet e Cod. Palat. 375., qui epitomen Harpocrationis, qualem Suidas Lexico suo inseruit, complectitur. Legas ibi v. Τριακάς: τοῖς τετελευτηκόσιν ἤγετο ἡ λ̄ ἡμέρα. Verba ἡ λ̄ ἡμέρα legi debent ἡ τριακοστὴ ἡμέρα. Eodemque ducit scriptura Suidae et Harpocrationis ed. Mauss. τριακάτη ἡμέρα, nata illa ex errore perperam legentis genuinam vocem (v. supra syllab. ος̄). Quod enim Iac. Gronouius dedit, ἡ τριακὰς ἡμέρα, etsi, vt videtur, Hemsterhusio ad Lucian. Vol. I. p. 330. ita citanti probatum, ferri nequit, ac iure repudiatur a Schaefero ad Gregor. p. 498. — Nonnunquam ordinalis numerus succedit in vicem cardinalis *). Schol. Platon. p. 143. Ruhnk. ταῦτα δὲ (τὰ Βενδίδεια) ἐτελεῖτο Θαργηλιῶνος ἐννάτῃ ἐπὶ δεκάτῃ. Phrasis haec, ἐπὶ δεκάτῃ, etsi nihil habet quod offendat, (Castellan. de mens. Attic. p. 261. citat πρώτῃ, δευτέρα . . . ἐπὶ δεκάδι vel δεκάτῃ,) tamen quod Cod. 1807., vnde locus sumtus est, dat ἐπὶ δέκα, cur deseramus, plane nihil causae video. Plutarchus Phocion. cap. 6. καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Βοηδρομιῶνος. Eusebius Praepar. Euang. X, 12. p. 498. B. Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ ἐπὶ δέκα. Conf. inprimis Schol. ad Aristophan. Nub. v. 1129. et 1132., vbi phrasis ἐπὶ δέκα saepius legitur. Fortasse Ruhnkenium, vt in Scholiis Platonicis δέκα mutaret in δε-

---

*) Conf. Abresch. Dilucid. Thucyd. pag. 811. et Heyn. ad Homer. Il. T. V. p. 486. Schaef.

κάτῃ, Proclus mouit Commentar. in Timae. l. I. p. 9., vnde Scholiastes sua hausit. Ac sane in edito Proclo legas τῇ ἐννάτῃ ἐπὶ δεκάτῃ Θαργηλιῶνος. Sed magna est h. l. diuersitas scripturae in Codicibus Parisinis. Codices enim 1838. et 1841. dant τῇ ἐννάτῃ ἐπὶ δεκά τοῦ Θαργ.: Cod. 1839. τῇ ἐννάτῃ ἐπὶ δεκα (sic, sine accentu) Θαργηλιωνος, quod tam δεκάτῃ quam δέκα τοῦ legi potest: denique Cod. 1840. τοῦ Θαργηλιῶνος μηνὸς τῇ ἐννάτῃ ἐπιδέκα (sic, pro ἐπὶ δέκα). Quae cum ita sint, veram Procli manum esse puto τῇ ἐννάτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Θαργηλιῶνος. Obiter videamus Timaei Lex. Platon. pag. 205. Παρακαταβολὴ, πρόσθεσις τοῦ δεκάτου μέρους τοῦ τιμήματος. Sic Ruhnkenius correxit. Codex enim SGerm. dat δεκαμέρους, quae vitiosa scriptura non aliunde repetenda quam ex errore perperam legentis genuinam. — In libris citandis compendium ἐν γ̄ aut ἐν γ̄ expleri potest tam sic, ἐν τῇ τρίτῃ (subaud. βίβλῳ), quam sic, ἐν τῷ τρίτῳ (subaud. βιβλίῳ). Hinc ortae sunt diuersitates scripturae, de quibus ad *Gregor.* pag. 71. 106. etc. Vox βιβλίῳ in Lexico SGerm. περὶ συντάξεως saepissime additur. E. c. Ἀλλοτριοῦμαι, γενικῇ (συντάσσεται) Δίωνος ιβ̄ βιβλίῳ κ. τ. λ. — Signum *Koppa* (v. voces ἐτῶν ἐννενήκοντα tab. VII. num. 13. e Cod. Platon. 1807.) in Scholiis Platon. p. 195. perperam legerunt pro σι̅ (210), cum indicet *nonaginta*. v. *Gregor.* p. 82. — Vt litterae Γ et Τ, perinde confunduntur τρεῖς et τριακόσιοι v. Koen. ad *Gregor.* p. 539. — Lineola transuersa (′) notae imposita numerali signo est, notâ illâ indicari denominatorem fracturae, cuius numerator est vnitas. E. c. γ′ = $\frac{1}{3}$; δ′ = $\frac{1}{4}$ etc. Fracturae $\frac{1}{2}$ secundum Delambrium (*De l'arithmetique des Grecs*) quatuor sunt signa, quae indicaui *Epist.* pag. 20. Addi potest eiusdem fracturae signum in Cod. Palat. 398. vsurpatum, quod v. 4. et 14. tabulae aeneae, quae Epistolae

Criticae accessit, ad eiusque p. 34. pertinet, repraesentandum curaui: porro signa tab. VII. num. 13. aeri incisa, quae in Scholiis ad Lucianum et Platonem cum ς́ (6) confusa sunt. v. *Append.* p. 5. Sylburgius ad Etymolog. M. p. 744, 34.: „Vulg. „*καὶ τοῦ* ς, quae cum senarii numeri nota sit, ego „reposui Š: cum expresse apud Suidam sit *καὶ τοῦ* „*ἥμισυ*. Dimidii autem notam istam cum Latinis „vsurpasse Graecos quoque, declarat libellus de „mensuris et ponderibus Galeno adscriptus, et *τῶν* „*σταθμῶν ἔκθεσις* apud Nicandrum, his verbis: „*τὸ δὲ Ῥωμαϊκὸν σίγμα, παρὰ Ῥωμαίοις μὲν, τριώβολον ἢ ἥμισυ· παρ᾽ ἡμῖν δὲ, παντὸς σταθμοῦ* „*τὸ ἥμισυ*, S." In Platonicis Scholiis verba, *στάδιόν ἐστι μέρος τι μιλίου ἕβδομον τεσσαρεςκαιδέκατον*, dicunt quod manifesto falsum est: nam si milliarium continet septem stadia cum dimidio, stadium non potest non $\frac{2}{15}$ milliarii esse; sed $\frac{1}{7}$ et $\frac{1}{14}$, (hoc enim significat graeca phrasis, quae per se spectata nihil habet quod offendat,) i. e. $\frac{2}{14} + \frac{1}{14}$, faciunt, non $\frac{2}{15}$, sed $\frac{3}{14}$. Apparet igitur, qui illud Scholion scripsit, in rationibus subducendis a vero aberrasse. Ceterum *ἕβδομον τεσσαρεςκαιδέκατον* profectum esse a glossatore, qui voculam *τι* interpretari vellet, nunc mihi parum probabile videtur. Pronomen indefinitum *τὶς* passim additur numeralibus. Vide viros doctos citatos a Koenio ad Gregor. p. 7. Schol. Platon. p. 244. *Πρυτάνεις εἰσὶ μέρος τι τῶν πεντακοσίων τὸ δέκατον, πεντήκοντα ἄνδρες.* — Fractura $\frac{2}{3}$ nunc (secundum consuetudinem Graecorum fracturas resoluentium in tales, quarum numerator est vnitas) exprimitur per $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{6}$, i. e. $\frac{3}{6}+\frac{1}{6}$ siue $\frac{4}{6}=\frac{2}{3}$, v. *Epist.* p. 20. sq. ac tab. aen. Epist. v. 4. et 14.; nunc indicatur peculiari signo, h. e. litterâ Beta, quam linea transuerse pertransit, quod signum eadem tabula aenea v. 10. ostendit. Cum hoc signo comparari potest illud, quod in Montefalcon. Anal. gr. T. I. p. 319. v. 2. et Palaeogr. p. 361. aeri incisum

est adpositamque habet interpretationem: δίμοιρον, *duae tertiae partes*.

D. MISCELLAE OBSERVATIONES DE CODICIBVS GRAECIS IN VNIVERSVM, SPECIALITERQVE DE VETVSTO COD. PALAT. 398.

Omissio accentus vel spiritus in voce plene integrisque litteris scripta dubitationis index est, aut significat, librarium vocem pro corrupta habuisse. v. *Epist.* p. 14. 81. *Gregor.* p. 650. (Sed in littera *Iota* est exceptio huius regulae. V. supra hanc litteram.) Sin vox per compendium scripta, syllabaeque finales omissae sunt, accentus (vt solet fieri in plurimis Codicibus) deesse potest, neque propterea de verborum corruptione cogitandum est. Vide supra p. 782. Punctum voci superimpositum pariter index est dubitationis aut corruptionis (v. *Epist.* p. 201.): interdum vero indicat, litteram, cui impositum est, aut totam vocem delendam esse. v. *Epist.* p. 18. 30. 70. 89. 92. 240. *Append.* p. 7. *Gregor.* pag. 68. Linea transuersa (/) in medio exterioris marginis in Cod. Palat. 398., Cod. Longini 2036. aliisque Codicibus item indicat corruptionem. v. *Epist.* p. 48. Hae lineae ideo pingebantur, vt correctorem aduerterent. In Cod. 398. iis in libris frequentissimae sunt, vbi manifesto apparet, correctorem munere suo non functum esse. Hoc interdum disertis verbis monetur, veluti his: *διώρθωται οὐ πρὸς σπουδαῖον ἀντίγραφον.* v. *Epist.* p. 42.

Voces, quas includunt duo puncta, aut duo vncini, legi non debent, vel habendae sunt pro deletis. v. *Epist.* p. 28. 166. Hac ratione librarii passim vsi sunt, quando (vt Reiskius priore loco citatus vere obseruat) liturâ codicis elegantiam corrumpere nollent. In locis rasis scriba Cod. Palat. 398. aliquot lineolas — — —, aut ÷ ÷ ÷ pone-

re solet, quae nihil significant, tantumque inseruiunt explendo vacuo. Vidi Codices, in quibus huiusmodi lineolae aut ÷ ÷ plures deinceps versus occuparent.

Librarii, qui vocem male scriptam radendo delere nollent, puncta *supra* aut *infra* ponebant, aut *eam punctis vndique cingebant.* De punctis *supra* voces positis paullo ante dixi. Exemplum punctorum *infra* positorum reperias e. c. in Cod. Philemonis Lex. techn. v. *βίβλος: οἱ δὲ παλαιοὶ καὶ ἐν τῇ κατ' Εὐριπίδην* *) *Φαίδρᾳ, ἔνθα μνήμη πεύκης κεῖται, φασὶ δὲ πεύκην ῥηθῆναι.* i. e. *φασὶ πεύκην ῥ.,* vt etiam Phauorinus v. *βίβλον* habet. Villoisonus, huiusmodi signa vocum delendarum saepissime negligens, dedit (ad Apollon. p. 690.): *κεῖται, φασὶ δὲ π. ῥ.* Voces *punctis vndique cinctae* reperiuntur e. c. in Parisinis Codicibus Gregorii. Dedi exemplum ad p. 437. Apollonius Villois. p. 226. *τινὲς δὲ αὐδηέσσας αὐτὰς* (Circen et Calypso) *λέγουσιν, ὅτι εἰς ὁμιλίας αὐτὰς ἦλθον ἀνθρώπῳ τῷ Ὀδυσσεῖ.* Posterioris *αὐτὰς* talis in Codice facies est, qualem ostendit tab. VII. num. 13.: debuitque haec vox ab editore in contextu omitti. Sed Villoisonus satis habuit in nota adscripta haec monere: „rectius de„leretur, vt ex MS. apparet.“ Alii librarii voces, quas deletas vellent, lineis traductis, vt nos solemus, notabant. Velut in Cod. Apollonii Dyscoli *καὶ* ante *ψὲ*, v. *Gregor.* p. 254. (tab. VII. num. 23.): in Apollon. Lex. Homer. syllabas *ρηται* in *εἴρηται*, solo *ει* remanente, v. *Gregor.* Addend. ad pag. 166. (tab. VII. num. 13.): ibid. pag. 234. voculam *ἐπὶ* in *Ἄψ, πάλιν, ὅπερ ἀντὶ τοῦ ἐπὶ ὀπίσω,* vbi *ἐπὶ*, vtpote deletum, legi non debuit: in Eudocia syllabas *φιλο* in *φιλοσοφῶν* (tab. VII. num. 13.), vnde corriges quae

*) Adaerte *κατ' Εὐριπίδην* pro *Εὐριπίδου* dictum. Vid. Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 499. Harl. Add. Heyn. Exc. XIX. ad Virgil. Aen. I. T. II. p. 179. edit. 3. Schaef.

ad *Gregor.* p. 166. leguntur. Hunc morem notandi voces, quas deletas velis, Graeci dicunt *διαγράφειν:* sed alterum illum tales voces cingendi punctis aut lineolis minutulis, *περιγράφειν.* Porsonus ad Homer. Odyss. *Λ*, 524.: „*Περιγράφειν* et *διαγράφειν* vtrum-„que *delere* per consequentiam sonant, modo tamen „significandi discrepant. *περιγράφειν* est lineis vo-„cem vel voces includere, et sic delendas monere; „*διαγράφειν* est transuersa linea per litteras ducta „damnare."

Alius modus voces vitiose scriptas corrigendi is est, vt vera scriptura prauae superimponatur. v. *Epist.* p. 18. 169. 201. etc. E. c. in Lexico Apollonii,

σκοπῶν

quod ad *Gregor.* p. 296. citaui, *μηνοῶν* , i. e. *μὴ σκοπῶν*, pro quo Villoisonus dedit *μὴ νοῶν*, *σκοπῶν*. In eodem Lexico Homer. v. *φιλοκτεανώτατον* Codex ha-

κτή

bet *κτέανα δὲ τὰ χρήματα,* i. e. *κτήματα*, non *χρήματα*, quod Villoisonus dedit. Ibid. v. *χέρνιβα*, ex-

\ ον

tremo articulo, *χέρνιβα*, i. e. *χέρνιβα* , igitur *χέρνιβον*, non, vt Villoisonus, *χέρνιβα*. Ibid. p. 726. v. *σκόπελος* librarius scripserat *σκοπῆσαι*. Qui cum *σκοπεῦσαι* corrigere vellet, quod *εὖ* ob spatii angustiam litterae *ῆ* superscribere non posset, margini adscripsit, puncto adpicto pro indice. Id non attendens Villoisonus perperam legit *εὖ σκοπῆσαι*. v. *Gregor.* p. 296. Quem Tollius Apollonio adsuit articulum, *Δοκεύει, ἐπὶ τῇ χειρεῖ* (vt Montefalconius le-

τη

git), in Codice sic scriptus est: *Δοκεύει, ἐπιχειρεῖ.* Hic quis non videt cum Albertio ad Hesych. *ἐπιτηρεῖ* legendum esse? Vide etiam supra v. *μηδέ*. Sed hac in re diligenter cauendum est, ne pro correctione habeatur, quod est nihil aliud quam glossema s. interpretamentum, cuiusmodi voces pariter superscriptae sunt (v. *Epist.* p. 18. et Koen. ad *Gregor.* p. 243.), passim vero etiam per scribarum socordiam in ipsum textum irrepserunt. Insigne exemplum huius socordiae dedi ad *Gregor.* p. 271. ex Etymolog. Paris. 2630.

Si librarii vnam aut plures voces ordine scripserunt peruerso, verum ordinem indicant imponendo vocibus notas numerales, $\bar{\alpha}$, $\bar{\beta}$ etc. Apollonius Lex. Hom. p. 536. Villois. *Μάσσασθαι, ἐφάψασθαι, μασάσθαι κ. τ. λ.* In Cod. SGerm. verbo *μασᾶσθαι* superscriptum est $\bar{\alpha}$, verboque *ἐφάψασθαι* $\bar{\beta}$. Apparet igitur, librarium *μασᾶσθαι* priore loco positum voluisse: quem ordinem cur Villoisonus non secutus sit, ignoro. — Vbi omittendo peccatum est, omissa in margine scribuntur, quoque loco in textum inserenda sint, signis quibusdam, e. c. ⁄̇, L, .·.etc. indicatur. Ita vero passim accidit, vt, signis illis deletis aut neglectis, verba in margine suppleta alieno loco in textum immitterentur. v. *Epist.* p. 202. Praeterea hoc modo glossemata et Scholia e margine in textum immigrarunt.

In Codicibus neque voces singulae tam accurate separatae, neque litterae vnius eiusdemque vocis vbique tam continua serie iunctae sunt, vt nunc a typothetis nostris fieri solet. Duplex hoc veterum scribarum vitium ingentes in dirimendis vocibus errores peperit. Villoisonus, vt hoc vtar, in Scholiis Homericis ad Il. Δ, 335. non lecturus erat *φησιν ἔρεται* pro *φέρεται*, nisi littera $\bar{\varphi}$, quam habuit pro compendio verbi *φησὶν*, exiguo spatio a littera sequente $\bar{\varepsilon}$ separata fuisset. v. *Append.* pag. 33. Idem in Apollonio p. 862. edidit *χρησόμενος, χρησμῷ δηθησόμενος,* in nota adiecta corrigens *χρησμοῦ δεησομενος* vel *χρησμῷ χρησομενος.* Sed, iunctis partibus vocis, quas scriba male seiunxit, legendum *χρησμωδηθησόμενος.* E contrario quod Villoisonus fabricauit aduerbium *ἐπιῤῥηματοπικῶς* (vide supra in v. *ἐπίῤῥημα*), non aliunde ortum est nisi hinc, quod syllaba $\overline{\tau o}$ forte ad $\overline{\mu\alpha}$ iusto propius admota esset. Exempla vocum perperam aut iunctarum aut separatarum reperies *Epist.* p. 65. aliisque locis.

Vsum signi *ὑφὲν* tetigi *Epist.* p. 22. et 69. Quae

ibi exempla commemoraui, omnia sunt vocum e binis compositarum nominibus. Sed in Cod. Palat. 398. legas etiam huiusmodi exempla: *δι‿κεράτων*, *περί‿τραυος* etc. P. 46. v. 16. *Epist.* typotheta vellem dedisset, quod Codex habet, *καὶ περί‿. . . .* Ita enim clarius appareret, vltimam vocem esse adiectiuum cum *περὶ* compositum. Nostri moris voces in fine versuum ita dirimendi in partes suas, vt vna aut duae lineolae, indices seiunctionis, adpingantur, nulla occurrunt vestigia apud librarios *vetustos*. In Choricio legerunt *πάντι* (quod Villoisonus mutauit in *πάντως*) pro *πάνυ τι*, quod Ypsilon, forte infra lineam delapsum, cum in ipsa linea scriptum esse deberet, pro signo *ὑφὲν* haberent. v. *Epist.* p. 116.

In vocibus suas in partes dirimendis extremis versibus vetusti librarii satis diligenter obseruant regulam in vulgus notam, quando voces has tali pacto seiungunt: *ἄλ-λος*, *πράτ-τω*, *γι-γνεται*, *ὄ-γδοος*, *ἀ-μυδὸς*, *δύςπε-πτος*, *ἐδεί-χθην*, *πα-ρέχω* (non *παρ-έχω*), *ἀ-φ᾽ ἑσπέρας*, *με-θ᾽ ἡμέραν*, *ἐξα-νέστη* etc. Sed multum fallatur, si quis hodiernum canonem, *Vt vox componitur, ita diuellitur*, in Codicibus vbique obseruatum putet. Scilicet voces *προςάγειν*, *συνήθεια*, *δηλονότι* κ. τ. λ. sic diremtas videas: *προ-σάγειν*, *συ-νήθεια*, *δηλο-νότι* κ. τ. λ. In Cod. Palat. fol. 228. recto scriba ab initio seiunxerat *προσ-ελθόντα*, quod cum perperam fecisse sibi videretur, deleuit *σ*, posuitque in margine sequentis versus interiore ante *ελθόντα*. De hoc more, quem etiam nostrorum Graeci temporum religiose custodiunt, *ne semel quidem*, quod meminerim, librarii Codicum a me inspectorum decedunt. Scriba Cod. Palat. 398. scribit etiam *οὐ-κάδικεῖ*, *οὐ-κἔχειν* etc. Facit hoc, vt recorder vocis *μηκέτι*, quam idem ille sic scribit: *μηκ᾽ ἔτι*. Insigne exemplum peruersae diremtionis vocum habet nota ad *Gregor.* p. 250.

Vbi in Cod. Palat. 398. citantur fragmenta poetarum, aut aliquis loquens inducitur, in margine

loco vncinorum, quibus typothetae nostri vtuntur („), comparent signa tab. VII. num. 14. aeri incisa. Eodem in libro, vbi poëtarum sunt fragmenta, syllabarum quantitas passim eodem, quo etiamnunc, modo indicatur. v. *Epist.* p. 66. 67. Vide etiam Longinum Weiskii p. 641.

Praeterea singulare quid in interpunctione Codicis Palat. 39. obseruauit Hasius noster, vir clarissimus, descripsitque in recensione huius libri inserta Catalogo ipsius olim prodituro Codicum, qui e Bibliotheca Vaticana in Imperialem Parisinam transierunt. „Illud addo," inquit, „librarium, „absoluta periodo, quotiescunque maioris interpun„ctionis notam exprimere vellet, in ora sinistra, „extra columnam, lineolam transuersam apposuis„se: quem morem maioris sermonis membra di„stinguendi raro reperi in Codicibus." Eundem ego morem reperi in vetusto Codice Platon. 1807.

Vetustissimum signum circumflexi hoc est: ⌒, ʌ. Postea, cum, vt in spiritibus, quorum ab initio hae erant formae, ⊣ ⊢, angulosi ductus mutarentur in rotundos, circumflexus sic pingebatur, ⌒ ⌒. Conf. notam tachygraphicam vocum *τῶν περισπωμένων* tab. VII. num. 3. Vtraque circumflexi figura refert notam syllabae *ων* compendiose scriptae, cum eaque confusa est. Vide supra hanc syllabam.

De confusione commatis signique interrogandi (;) cum nota tachygraphica particulae *δὲ* dixi supra in hac voce. Ibidem et in syllaba *ον* egi de confusione accentus grauis cum syllaba *ον*. Praeterea de graui, qui interdum praelongus pingitur, vide supra in voce *πρός*. Denique de apostrophi confusionibus cum syllabis *ες*, *ης*, *οις* et *ως* vide supra in his ipsis syllabis.

In Lexicographorum libris manu scriptis litterae initiales singulorum articulorum, quo quisque facilius reperiretur, interdum rubro pigmento no-

tabantur. Hoc dum fiebat, rubricator nonnunquam transsiliebat vnum alterumue articulum, vni pluribusue vocibus initialem litteram appingere obliviscens, aut etiam rubrica notabat litteram initialem interpretationis articuli, cum litteram primam ipsius articuli notare debuisset. Varii hinc errores nati sunt, quorum exempla dedi ad *Gregor.* p. 51. 368. 388. 576. not. o.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 2. *not.* *). In Antigoni Carystii c. XXIX. coniecturae meae ὅθεν δηλονότι nunc praefero Schaeferi correctionem ὅθεν δή. V. Append. ad Epist. Crit. p. 32. Bast.

Pag. 3. *v* 3. *ab extr.* De Etymologico Sorbonico, cuius h. l. prima fit mentio, v. quae monui p. 289.— In citato Etymologici articulo Codices Paris. 2630. et Guelpherbyt. 29. (nuper Lutetiam allatus interque eos, quos Guelpherbytana Bibliotheca Imperiali Parisinae cedere coacta est, insignitus numero 2.) itemque Paris. 2636. dant τὰ εἰς θι παραχθέντα: quanquam in vltimo manus secunda inseruit παραχθέντα, cum prima spatium huic voci vacuum reliquisset. Praeterea Cod. 2636. confirmat quod Sylburgius monuit: „Post δῆλον rursum desidera„tur ὅτι seu ὡς." Dat enim plenis integrisque litteris: ὥςτε δῆλον ὅτι ἐν παραθέσει δεῖ αὐτὸ ἀναγινώσκειν. Bast.

Pag. 4. *not.* 10. *v.* 3. *sq. Tab. aen. I.* Semel moneo, vbicunque citentur *Tab. aen. I. II.* etc., consulendam esse *Commentationem Palaeographicam.* Bast.

Scilicet antequam Bastius mihi scriberet, se constituisse, quicquid palaeographicarum obseruationum notae ad Gregorium tenerent, peculiari Indice complecti, cuius in locum deinde *Commentatio Palaeographica* successit: volebamus ego et Weigelius, quod typotheta compendia notasque tachygraphicas exprimere non posset, Gregorio addere *Tabulam aeneam,* cuius figurae (1—X.) deinceps

citantur p. 4. 5. 25. 48. 86. 90. 110. 111. 132. 155. Postea hoc consilium lubenter abiecimus, cum intellexissemus, ab ipso Bastio materiam conquiri Tabulis palaeographicis, quarum vbertas plane oppressura esset nostrae paupertatem. SCHAEF.

Ibid. v. 7. Saepe miratus sum, cur philologi tantum operae consumant in demonstrandis iis rebus, quae demonstrari nequeunt. *Ἔχειν* pro *παρέχειν* nullus Graecorum nec dixit vmquam, nec dicere potuit, sed commentum hoc est interpretum, figuras quam simplicem et apertam veritatem captare amantium. Quod quis habet, id cum eo, qui habet, coniunctum est: ita fit, vt *ἔχειν* saepe significet cum aliqua re coniunctum esse. Quod si quid eo modo e. c. *φόβον ἔχειν* dicitur, id sane quidem etiam *φόβον παρέχει*, sed qui propterea *ἔχειν* significare vellet *παρέχειν*, is eodem iure posset contendere, idem verbum etiam *ποιεῖν* significare in illo *κανάχην ἔχε.* Et omnino quid non? In Lysiae quidem verbis recte dicitur *γλῶσσα νοῦν ἔχειν*, cum intelligentia coniuncta esse. Et sic in caeteris locis, quos viri docti attulerunt, omnibus, nisi si quid prorsus inepte allatum est, vt a Brunckio illud Aristophanis Vesp. 712. *χωρεῖθ' ἅμα τῷ τὸν μισθὸν ἔχοντι.* Ibi enim non ὁ *παρέχων τὸν μισθόν*, vt ille vult, commemoratur, sed is, qui habet mercedem, ideoque dare potest. Non rectius idem ad Aeschyli Sept. ad Thebas 878. *πατρῴους δόμους ἑλόντες* sic dici putat, vt *ἑλόντες* significet *διελόντες.* Nimirum *ἑλεῖν* non putabat de Eteocle dici posse. At quid impedit, quin, vt is, qui bellum intulerat, sic etiam alter, qui vim vi propulsare conatus erat, armis obtinere voluisse paternam hereditatem dicatur? HERMANN.

Pag. 5. v. 3. *περὶ τοῦτο τὸ μέρος*] Verte: *hac in re.* Schweighaeuserus Lex. Polyb. v. *μέρος*: „*τοῦ-* „*το τὸ μέρος, hoc, haec res* 1, 20, 8 et 10; 2, 37, „10 etc." V. etiam Toup. in Suid. Vol. I. p. 18. BAST.

Add. Toup. ibid. Vol. II. p. 274. SCHAEF.

Pag. 7. not. 18. extr. Locis citatis addi potest Arcadius MS. (Cod. 2102. fol. 240. recto) *καὶ περὶ*

τούτων ἅλις, νῦν δὲ περὶ πνευμάτων διαληψόμεθα. Bast.

Pag. 8. *v.* 12. οὐδείς τις. Adde Aeschin. epist. I. p. 658. Reisk. οὐδὲ τὰ κάτω μέρη παρήλλαττεν οὐδὲν, vbi Codices Helmst. et SGerm. 249. dant οὐδέν τι. Bast.

Xenophon Hier. II,3. οὐδέν τι θαυμάζω. Schneiderus: „Aldina τι omisit." Obiter moneo, ibid. §. 2. Theoph. Gul. Irmischium in Corollario altero libelli academici (De suspecto Ciceronis loco ex I. de Off. c. XIII. Lipsiae 1755.) pro πλήθει legendum censuisse ἤθει. Schaef.

Pag. 9. *not.* 23. *extr.* Improbat hanc rationem Schneiderus in Lex. Gr. Germ., ἔνιοι deriuans ab εἷς, ἑνὸς, quemadmodum Germanicum *einige* deriuatur ab *einer*. Assentitur Schneidero Censor τῆς Ἑλληνικῆς Βιβλιοθήκης in *Jen. Allgem. Liter. Zeit.* 1810. m. Aug. Num. 184. c. 268. Hoc si probas, vt probandum videtur, ἔνιοί τινες compara cum similibus locutionibus, πολλοί τινες, ὀλίγοι τινές, vbi vulgo dicunt τὶς inseruire augendae orationi: parum recte, vt opinor. Schaef.

Pag. 11. *not.* 29. De accentu vocis *Αἰόλος* Arcadius MS. haec tradit: Τὰ εἰς ολος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ἁπλᾶ κύρια ἢ προςηγορικὰ προπαροξύνεται, ἄσβολος, εὔκολος. τὸ δὲ αἰόλος, εἴτε κύριον, εἴτε ἐπίθετον, παροξύνεται, καὶ τὸ βουκόλος παροξύτονον· τὸ δὲ ὀβολὸς ὀξύνεται. Bast.

Pag. 15. *not.* 40. De varia constructione particulae vetantis μὴ nuper datâ operâ egit Hermannus in Dissertatione academica *de praeceptis quibusdam Atticistarum*. Qui libellus cum in perpaucorum manus peruenerit, integrum locum inde excerptum hîc ponam. Sic igitur vir doctissimus:

„— cui tandem non mirum videatur, Graecos, „maximeque Atticos, in vetando particulam istam „cum imperatiuo praesentis aut coniunctiuo aoristi, „non etiam, nisi rarissime, cum aoristi imperatiuo, „numquam autem cum praesentis coniunctiuo con„struere? Rationem huius vsus qui reddiderit, ego „quidem neminem noui. Quamquam nuper, certe

„inter praesens atque aoristum, Buttmannus aliquid
„discriminis statuit. Nam quum ego in censura
„grammaticae ab ipso editae (in Diar. litt. Lips.
„1806. m. Mart. n. 39. p. 617.) Graecos ostendis-
„sem imperatiuum praesentis de eo, quod aliquam-
„diu duraret, aoristi de eo, quod cito perficeretur,
„vsurpare, probauit ille hanc distinctionem in quar-
„ta quintaque editione, sed, quod factum nollem,
„sic simpliciter etiam ad vetandi formulas translu-
„lit. Nam sane quidem *μὴ βάλλε* dicendum erit,
„quum vetabis aliquem crebris ictibus ferire; *μὴ*
„*βάλῃς* autem, quum vno ictu: sed est in hoc ge-
„nere etiam aliud discrimen, quum, qui vetat, aut
„iubeat aliquem ab eo, quod facit, abstinere, aut
„moneat, ne faciat, quod velle facere videatur. Ac
„non potest obscurum esse, vtra vetandi formula
„vtri rei conueniat. Quod apud Sophoclem est in
„Aiace 1154.

„ἄνθρωπε, μὴ δρᾶ τοὺς τεθνηκότας κακῶς,

„sic est dictum, vt significetur, *desine mortuos*
„*iniuria afficere*. Si dixisset,

„ἄνθρωπε, τὸν θανόντα μὴ δράσῃς κακῶς,

„moneretur Menelaus, ne vellet iniquus in Aiacem
„esse. Ita Odyss. ο. 263.

„εἰπέ μοι εἰρομένῳ νημερτέα, μηδ' ἐπικεύσῃς,

„*noli celare, de quo interrogauero.* Sed π. 168.

„ἤδη νῦν σῷ παιδὶ ἔπος φάο, μηδ' ἐπίκευθε,

„*nunc, qui sis, filio tuo indica, neque amplius*
„*cela.* Sic etiam ϑ. 548.

„τῷ νῦν μηδὲ σὺ κεῦθε νοήμασι κερδαλέοισιν,
„ὅττι κέ σ' εἴρωμαι,

„*desine celare.* Spectant enim haec ad η. 237. ss.
„Sic praesentis imperatiuo vsus est Homerus Iliad.
„α. 32. 131. 210. 275. 277. 295. 545. 550. β. 247. γ.
„64. 82. 414. δ. 184. 404. ε. 218. 249. 252. 440. 827.
„830. 889. ζ. 264. 360. 486. η. 111. 235. 279. ϑ. 244.
„(ο. 376.) ι. 600. 612. κ. 85. 145. 249. 447. ξ. 342.
„ο. 93. ρ. 31. σ. 126. 295. τ. 155. 306. υ. 376. 431.
„φ. 95. 99. 288. χ. 38. 85. 261. 345. ψ. 443. 492.
„735. ω. 65. 218. 549. 553. 560. Od. α. 315. δ. 543.
„594. 825. (h. Ven. 194.) ε. 160. 215. η. 303. ϑ. 350.
„κ. 457. 489. 548. λ. 486. 488. ξ. 168. 387. ρ. 46.

„393. 401. σ. 20. 62. 178. 416. (υ. 324.) τ. 263. 584.
„υ. 314. φ. 111. 310. χ. 349. ψ. 59. 209. 213. ω. 54.
„Quamquam non contenderim, tam necessario omis-
„sionem rei, quae nunc fiat, respici, vt imperati-
„vus praesentis non possit etiam de futuro dici:
„vide Iliad. α. 363. β. 165. (181.) 179. δ. 234. κ. 69.
„249. ν. 230. ο. 426. σ. 74. υ. 354. φ. 340. χ. 185.
„ω. 171. Od. γ. 96. (δ. 326.) δ. 754. η. 31. 50. λ.
„359. ο. 199. Ita imperatiuus tertiae personae quum
„aliquot locis de omittendo intelligi possit, vt Iliad.
„β. 354. ι. 345. κ. 383. ο. 196. τ. 29. Od. α. 369.
„β. 303. ε. 8. 160. κ. 505. ν. 362. 421. π. 436. υ.
„308. φ. 318. tamen etiam de futuro vsurpatur Iliad.
„β. 33. δ. 303. 305. η. 400. ϑ. 7. κ. 192. ρ. 422. υ.
„108. 121. φ. 338. χ. 243. ω. 148. 181. Od. ϑ. 43.
„π. 302. Infinitiuus praesentis autem pro impera-
„tiuo saepius de futuro intelligitur, vt Iliad. ε. 130.
„606. κ. 237. ο. 159. π. 839. φ. 294. ψ. 83. ω. 592.
„Od. κ. 536. λ. 72. 441. π. 150. ρ. 278. φ. 238. hymn.
„Merc. 92. rarius de omittendo, vt Od. σ. 106.
„Praeuideo quidem fore, qui exempla, quae vtram-
„que interpretationem confirment, nihil probare
„dicant. His respondeo, primum, quae propria sit
„imperatiui praesentis significatio, ex maiore ta-
„men numero exemplorum colligi: ideoque exem-
„plis vsus sum vnius scriptoris, et quidem eius,
„quem caeteri fere sequi solent; deinde, quoniam,
„siue omissio siue non inceptio imperetur, futurum
„tempus respicitur, fieri non potuisse, quin tam
„exiguum discrimen saepe negligeretur.

„Aoristi vero imperatiuus non iubet coepta
„omitti, sed fieri futura vetat. Iliad. σ. 134.

„ἀλλὰ σὺ μὲν μήπω καταδύσεο μῶλον Ἄρηος.

„Vide Od. ω. 248. Aliud huius imperatiui exem-
„plum, Iliad. τ. 403. docte nuper sustulit censo-
„Homeri ed. Wolfianae in Diar. litt. Ienens. 180,
„n. 248. p. 168. Quod si qui loci reperiuntur, in
„quibus aoristus ad omissionem trahendus videa-
„tur, habent illi tamen idoneam excusationem,
„quippe quum sic debeant intelligi, vt quis vete-
„tur aut iterum facere, quod modo fecerit, vt Iliad.
„δ. 410.

„τῷ μή μοι πατέρας πόθ' ὁμοίη ἔνθεο τιμῇ,
„(vide Aeschyl. Agam. 1343.) aut cauere, ne fa-
„ciat, quod iam se facturum esse ostenderit, vt in
„Sophocl. Ai. 386. μηδὲν μέγ' εἴπῃς, et Electr. 830.
„μηδὲν μέγ' ἀΰσῃς, in qua formula alibi praesentis
„imperatiuus est: vide exempla apud Lobeckium
„ad Aiacis locum, quibus adde Odyss. ψ. 59. Sed
„χ. 287. infinitiuo aoristi vtitur, non esse posthac
„gloriandum indicans. Atque infinitiuum aoristi de
„de re futura inuenies etiam Iliad. ο. 159. Od. κ.
„297. ν. 308. et tertiae personae imperatiuum, quo
„etiam Attici saepe vtuntur, π. 301. coniunctiuum
„Iliad. ε. 684. ι. 33. 522. κ. 238. ξ. 111. ο. 115. ψ.
„407. ω. 568. (nam ὀρίνῃς aoristus est) 778. Od. λ.
„251. (cum quo loco comparandus h. Ven. 291. vbi
„imperatiuus praesentis est) ν. 229. vbi quidem
„optatiuum praetulit Wolfius.

„Iam temporis discrimine constituto videndum
„est etiam de modo. Atque apertum est, coniun-
„ctiuum particulae μὴ iunctum proprie non vetan-
„tis esse, sed metuentis et cauentis. Quare non
„tantum de secunda, sed etiam de prima persona
„vsurpatur, vt in Sophocl. Oed. Col. 174. μὴ δῆθ'
„ἀδικηθῶ, et de tertia, vt Iliad. ρ. 93.

„μή τίς μοι Δαναῶν νεμεσήσεται, ὅς κεν ἴδηται.
„Vide σ. 8. φ. 563. s. Od. ε. 415. (vbi quod statim
„sequitur, μελέη δέ μοι ἔσσεται ὁρμή, non e parti-
„cula μὴ pendet, sed solum per se constat) 467. (ρ.
„24.) ο. 12. σ. 334. Ac prima coniunctiui persona
„saepe sic vsurpatur, vt admonitio ad secundam
„spectet, vt Iliad. α. 26. μή σε κιχείω: vide φ. 475.
„Od. φ. 370. Et sic etiam tertia, vt in Pythago-
„rae carmine v. 25.

„μή τις μήτε λόγῳ σε παρείπῃ, μήτε τι ἔργῳ·
„Ipsa secunda persona sic, vt aperte metus tantum
„indicetur, occurrit Od. π. 255.

„μὴ πολύπικρα καὶ αἰνὰ βίας ἀποτίσεαι ἐλθών·
„In quo loquendi genere quum Buttmannus in quin-
„ta grammaticae editione p. 536. ellipsin verbi me-
„tum significantis non magis necessariam aut su-
„perfluam videri dicit, quam verbi, quo optare
„aliquem, precari, iubere indicetur, in reliquis e

„particula *μὴ* incipientibus enunciationibus, id mihi
„fateor tam obscure dictum videri, vt neque quid
„ipse sentiat vir praestantissimus, neque quid alios
„sentire velit, intelligam. Ellipsis quidem, si vs-
„quam, hic maxime necessaria est: quamquam il-
„lud liberum est, quod verbum quoque in loco in-
„telligas. Plena oratio est Od. *χ*. 367.

„*εἰπὲ δὲ πατρί,*
„*μή με περισθενέων δηλήσεται ὀξέϊ χαλκῷ·*

„vide h. Ven. 188. ss. Et num quis hoc Sophoclis
„in Oed. Col. 156. *ἀλλ' ἵνα τῷδ' ἐν ἀφθέγκτῳ μὴ*
„*προπέσῃς νάπει,* aut quod paullo ante ex Pytha-
„gorae carmine allatum est exemplum, ellipsi ca-
„rere dicet? Quod si *μὴ* vetantis coniunctiuo sic
„iungitur, vt significetur, *vide ne facias*, apertum
„est, aoristi eum debuisse coniunctiuum esse, quod
„is natura sua ad futurum tempus refertur: vnde
„etiam ex eo ortum est futurum; non praesentis,
„quo qui vteretur, non vetaret, ne quis facere ali-
„quid aggrederetur, sed dubitare se indicaret, an
„aliquis iam nunc id faceret, quod ipse, qui veta-
„ret, facere illum nollet. Atqui sic ille neque vt
„omitteret id facere, neque ne posthac faceret, mo-
„neretur. Rem per se planam planiorem reddam
„exemplo allato. Od. *ε*. 356.

„*ὤ μοι ἐγώ, μή τίς μοι ὑφαίνῃσιν δόλον ἄλλον*
„*ἀθανάτων.*

„*Metuo*, inquit, *ne iam nunc insidias mihi struat*
„*aliquis deorum.* Quod exemplum eamdem com-
„parationem ad illa habet, in quibus aoristi con-
„iunctiuus est, quam in iurando indicatiuus praes-
„entis cum particula *μὴ* iunctus ad futurum. Iliad.
„*ο*. 41.

„*μὴ δι' ἐμὴν ἰότητα Ποσειδάων ἐνοσίχθων*
„*πημαίνει Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα, τοῖσι δ' ἀρήγει.*

„*κ*. 330.

„*μὴ μὲν τοῖς ἵπποισιν ἀνὴρ ἐποχήσεται ἄλλος.*

„Quae quum ita sint, non videtur dubitari posse,
„quin emendatione indigeant loci, in quibus *μὴ* ve-
„tantis cum coniunctiuo praesentis iunctum est:
„quam constructionem ne in illo quidem scriptore
„tulerim, cuius est poema, quod Phocylidi vulgo

„adscribitur, v. 19. 91. ed. Brunck. quibus in locis „optatiuum ille videtur posuisse, vt v. 30. 43. 114. „144. 170. 186. 193. (et Naumachius in praeceptis „matrimonialibus v. 53. 55. 58.) quod contra con- „iunctiuus restituendus videtur v. 80. 174. ex co- „dice; 175. 194.

„Iam igitur sic erit de omni ista vetandi ratione „statuendum: μὴ cum imperatiuo praesentis pro- „prie de omittendo eo, quod quis iam faciat, in- „telligi, sed saepius tamen etiam ad ea trahi, quae „quis nondum facere aggressus sit: aoristi autem „imperatiuum tantummodo de non incipiendo vsur- „pari, in quo quidem genere coniunctiuum aoristi „Graecos praetulisse; idque Atticis maxime, vt „dubitantius loqui amantibus, ita placuisse, vt apud „hos rarissime imperatiuus aoristi inueniatur.“ SCHAEF.

Pag. 16. v. 5. ab extr. Eiusdem menda generis, ὀνόμηνε, diutissime foedauit Homer. Hymn. in Vener. v. 291. quam nuper demum mutarunt in genuinum ὀνόμαινε. SCHAEF.

Pag. 18. not. 43. v. 16. In Excerptis veteris Glossarii Koenius pro *Muraria*, μοιολγὸς, legendum censet *M.*, μυολογός. Kuhnius ab eo citatus ad Aelian. V. H. XIV. cap. 4. notauit haec: „felis etiam *musio* „vel *murari* dicitur. Excerpta vet. gloss.: *mura-* „*ria*, μοιολγος. l. μυολόγος, quasi dixeris *murile-* „*gus.*“ Haec Kuhnii correctio legentis μυολόγος, quae vox est Graecitatis citerioris, significans i. q. μυοθήρας, mihi plurimum placet. Sic dicitur πουλολόγος, πουλολογεῖν, πουλολογία, *auceps*, *aucupari*, *aucupium*. V. Ducang. Glossar. p. 1213. Scilicet litteram ῡ in syllaba μῡ pronuntiando confuderunt cum diphthongo οι, ac pro syllabis λογος (sic scriptis, vt prius ο per ductum antecedenti λ infra annexum paullo obscurius significaretur) legerunt λγος. Conf. in Commentat. Palaeograph. litteram *Omicron*. BAST.

Pag. 22. not. **). Add. quae p. 615. not. *) suppleuimus. BAST.

Pag. 29. *v.* 6. *ab extr.* ὀρος. Leg. ὅρος. BAST.

Ibid. v. 5. *ab extr.* Inter νόσσιον et χρυσὸς Codex inserit haec: παλάτιον, ὀσπήτιον (conf. Ducang. Lex.), ὧν τὰ πρωτότυπα ἄχρηστα. BAST.

Pag. 31. Quae Schaeferus de voce ἱπποδρόμος dixit, ita comparata sunt, vt Schneiderum non dubitem hoc nomen in noua editione Lexici sui esse in ordinem redacturum. Atque tuetur hanc vocem etiam analogia nominum ἡμεροδρόμος, διαυλοδρόμος, δολιχοδρόμος, σταδιοδρόμος, σταφυλοδρόμος*) κ. τ. λ. Ceterum eadem est ratio vocum ἱππόδρομος et ἱπποδρόμος, quae nominum in βολος, κτονος, τομος, φαγος, φορος κ. τ. λ. desinentium, quorum, vt nemo nescit, alia est significatio, si προπαροξύνονται, alia, si παροξύνονται. Thomas Mag. p. 251. Δρόμος, καὶ ἐπὶ τοῦ τρέχοντος, καὶ ἐπὶ τοῦ προκειμένου τόπου τῷ βουλομένῳ τρέχειν. Interpretes ad h. l. nihil monuerunt. Si Magister vera dixit, Graecique scriptores hanc vocem ἐπὶ τοῦ τρέχοντος vsurparunt, analogia, opinor, poscit, vt hoc sensu δρομὸς scribatur. Sic τροχὸς ὁ τρέχων, τρόχος ὁ τρεχόμενος· τομὸς ὁ τέμνων, τόμος ὁ τεμνόμενος· φορὸς ὁ φέρων, φόρος ὁ φερόμενος. V. Reiz. de prosod. gr. accent. inclin. p. 110. sq. Thomae hunc locum exscripsit Phauorinus, habens ille ἐπὶ τῶν ἀρχόντων pro ἐπὶ τοῦ τρέχοντος, quod scripturae vitium debetur errori perperam legentis voces genuinas. Scilicet et articulum τοῦ et syllabam τος significabat τ

*) Hesychius: Σταφυλοδρόμοι. τινὲς τῶν Καρνεατῶν, παρορμῶντες τοὺς ἐπὶ τρύγῃ. vbi Interpretes plane nihil notarunt. Quo iucundior erit articulus hic ineditus Lexici Rhet. SGerm. MS.: Σταφυλοδρόμοι· κατὰ τὴν τῶν Καρνείων ἑορτὴν, στέμματά τις περιθέμενος τρέχει, ἐπευχόμενός τι τῇ πόλει χρηστόν· ἐπιδιώκουσι δὲ αὐτὸν νέοι, σταφυλοδρόμοι καλούμενοι, καὶ ἐὰν μὲν καταλάβωσιν αὐτὸν, ἀγαθόν τι προσδοκῶσι κατὰ τὰ ἐπιχώρια τῇ πόλει, εἰ δὲ μή, τοὐναντίον. BAST.

Hoc σταφυλοδρόμος Lexicis adde. Item σταφυληκόμος, quo vtitur Nonnus Dionys. l. IX. v. 29. SCHAEF.

superscriptum: τϱ sic pictum erat, vti in voce τϱιχοφόϱους tab. V. num. 3., quo fere modo etiam syllabam αϱ scribae posteriorum temporum effinxerunt, vt in vocum initio αϱ et τϱ saepe solo spiritu possint dignosci; denique syllabae εχ ea erat forma, quae in voce ἐχθϱαὶ tab. III. num. 14, vbi hamulus valens pro littera ε oculos facile fugit. Bast.

Pag. 32. v. 14. ab extr. τοὒτου. Leg. τούτου. Bast.

*Pag. 34. not. *).* Breuiloquentia haec Graecorum Grammaticorum ignorata vix credas quam mira opinionum commenta pepererit. Scholiastes Codicis Ienensis ad Sophocl. Aiac. v. 470. (al. 465.) p. 84. Purg. πεῖϱα δὲ ἡ βλάβη καὶ τὸ . . . . . . Purgoldus: „Cod. verba, aut potius literae hae sunt, σακουλιον „η aut βακούλιον, quae quid sibi velint, dicere non „habeo. Eichstädt, V. Ill. emendabat πέϱας" [add. τὸ] „οὔλιον." Erfurdtius p. 275. dedit πεῖϱα δὲ ἡ βλάβη καὶ τὸ σακκούλιον η, hac nota adposita: „Co„dex σακούλιον η. — Scribendum putaueram, πεῖ„ϱα δὲ καὶ ἡ βλάβη, καὶ πήϱα, τὸ σακέλλιον. Vid. „Moschop. πεϱὶ σχεδ. p. 86. et 212. Sed sana esse „omnia in literis ad me datis praeclare ostendit Her„mannus. „Caue (ait) quidquam mutes. Primo σακ„„κούλιον per duo κ et ου proba forma est, *sacculus*, „„cuius formae aliquot exempla attulit Meursius in „„glossario Graecobarbaro. Deinde vsitata gramma„„ticis breuitate, vt saepissime in scholiastis et lexicis „„veteribus, interpres iste καὶ τὸ σακκούλιον η scri„„psit, i. e. si plene dicas, πεῖϱα ἡ βλάβη, ει, πήϱα „„δὲ τὸ σακκούλιον, η ἔχει."" Schaef.

Pag. 50. v. 11. ab extr. ἡ καταβόησις. Lege ἡ καταβόησις. Moneo nunc, etiam Antiatticistam SGerm. MS. vocis καταβοὴ mentionem fecisse sic: Καταβοή· Θουκυδίδης η. Scilicet l. VIII. cap. 85. Bast.

Pag. 58. not. 94. Nomina ῥηματικὰ in αστης sunt ὀξύτονα. Sic δικαστὴς, δοκιμαστὴς, ἀγοϱαστὴς, κολαστής: ergo etiam φϱαστὴς (perperam Schneide-

rus *φράστης* in v. *φραστικός*), *μεταφραστὴς*, *παραφραστής*. Sed vbi *μεταφραστὴς* vt nomen proprium vsurpatur, diciturque *κατ' ἐξοχὴν* de Simeone, qui etiam *ὁ Λογοθέτης* audit: non male scribes *παροξυτόνως*, *ὁ Μεταφράστης*. Sic scribitur *ἀκεστὴς* et *Ἀκέστης*, *νικητὴς* et *Νικήτης* (v. Reiz. de prosod. p. 116.) eodemque referenda *ὀσφραντὴς*, ac parasitorum nomina in Alciphrone, *Κωνωποσφράντης* I, 21., *Καπνοσφράντης* III, 49. et *Ὑδροσφράντης* III, 61. Ceterum a Gregorio nostro intelligi Logothetam, non Metaphrasten Eutropii, probabile mihi fit ex illa ipsa mentione Maximini. Vitas Sanctorum Logothetae vulgo tributas non pauci tenent *vetusti* Codices Parisinae Bibliothecae, quos, vt palaeographica inde addiscerem, excussi. Hac occasione vidi, Maximini in iis saepissime fieri mentionem. In nonnullis quidem Vitis hoc nomen statim ab initio commemoratur. E. c. alicubi haec legas: *Μαξιμίνου τῆς Κιλικίας ἡγεμονεύοντος, καὶ τὰ τῆς ἀσεβείας αὔξειν τε καὶ ἐπὶ μέγα αἴρειν διὰ πολλῆς σπουδῆς τιθεμένου κ. τ. λ.* Alibi haec: *Μαξιμίνου βασιλεύοντος τοῦ τυράννου, καὶ τῆς οἰκουμένης σχεδὸν ἁπάσης ὑπὸ βαθεῖ σκότῳ τῆς ἀσεβείας κειμένης κ. τ. λ.* Itaque si quis otium suum his Vitis legendis impendere sustinuerit, hunc vix dubito in aliqua earum verba a Grammatico nostro citata reperturum esse. Bast.

Pag. 72. not. *). *Τοῦτον πέλαγος* in Pausania etiam Reitzium ad Lucian. male habuit. Vide viri docti notam Vol. II. p. 390., quam corriges ex iis quae ad Gregor. dicta sunt. Bast.

Pag. 82. not. **) *v. 5.* Il. *H*, 328. Corrige 238. Bast.

Pag. 85. v. 5. dat *ἐν αὐτῷ*, quod etc. Lege: dat *ἐν αὐτῷ ταμίαν*, quod etc. Bast.

Ibid. v. 9. *θυνάτου.* Lege *θανάτου.* Bast.

Ibid. v. 10. alibi. Lege: Theogon. v. 478. Bast.

Pag. 86. not. 28. v. 5. Praefixi haec cum aliis viri doctissimi obseruationibus ad Bucolica nuperae editioni Sophoclis. Homerus Il. XXIV. v. 729. sq.

ἢ γὰρ ὄλωλας ἐπίσκοπος, ὅςτε μιν αὐτὴν ῥύσκευ.

Odyss. XV. v. 371. sq.

ἀλλά μοι αὐτῷ
ἔργον ἀέξουσιν μάκαρες θεοί.

Hymn. in Mercur. v. 239.

ὣς Ἑρμῆς Ἑκάεργον ἰδὼν ἀλέεινέν ἑ αὐτόν.'

Ne vertas *se ipsum*, sed *eum:* quomodo si intelligas, omnes Interpretum motus placide conquiescunt. — Itaque nemo facile dubitet, in Hegesippi Epigrammate, de quo Koenius p. 84., recte legi αὐτᾷ. Imo sic scribendum censerem, etiamsi libri tuerentur αὐτά. Persimiles pleonasmi in aduerbiis sunt αὐτοῦ τῇδε etc. In Homer. H. in Apollin. v. 373. sq. non dicam κεῖθι αὐτοῦ inepte iuncta. SCHAEF.

Pag. 89. not. 35. v. 22. Quod Koenius de Virgilii loco dixit, reprehenditur in Actis Societ. Traiect. Vol. III. p. 122. BAST.

Pag. 92. v. 29. Nota δὲ correptum ante πτ, quam κακομετρίαν excusat ipsa ἡ μετρικὴ ἀνάγκη. Graefius ad haec Meleagri XCI. extr. τοξότα, Ζηνοφίλας — p. 118.: „ — quem non offendat correptio „vocalis ante Ζηνοφ. praecedentis, nisi ita de hac re „statuat, vt Doruill. ad Charit. p. 670. Occurrunt „quidem ἀστυ Ζελειης Il. δ. 103. ὑληεσσα Ζακυνθος „Odyss. ι. 24. cf. Theocr. Id. IV. 32. βλοσυρη τε ζυ„γαινα Oppian. Hal. I. 367. et alia huius generis pas„sim. Sed cum haec vocabula breui syllaba inci„piant, non possunt in versum cogi, nisi correpto „ante Ζ vocali praecedentis vocabuli. Eadem ratio „in Σκαμανδρος et similibus obtinet. Hinc et illi in „Amorem versiculi ferendi erant:

„τον δ' ἠτοι θνητοι μεν Ἐρωτα καλουσι ποτηνον,
„ἀθανατοι δε Πτερωτα δια πτεροφοιτον ἀναγκην.

„Verum, qui ante Ζηνοφιλας praecedentem vocalem „corripit, nulla necessitate vrgente, is non melius „facit, quam insulsus ille Cynegeticorum versifica„tor*), qui inter alia υἱεϊ Ζηνος dixit, cf. Herm. ad „Orph. p. 761. aut Manetho, qui Ἑρμεα Ζηνα Lib. I.

---

*) *Tersum poëtam* dicit Bentleius ad Horat. Carm. I. 3. 18. *imperitum hominem* Hermannus ad Orph. p. 695. SCHAEF.

„16“ Add. quae notaui ad Dionys. Halic. de Compos. Verb. p. 289. SCHAEF.

Pag. 94. not. 38. v. 15. Locis in Epist. Crit. congestis addo hunc Basilii (a Ruhnkenio ad Tim. passim citati) in Scholiis ineditis ad Gregor. Naz. (Cod. Paris. 573. fol. 46. recto): *Περιάμματα κατὰ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς βραχίονας καὶ τοὺς αὐχένας· κλωσμάτιά τινα βεβαμμένα, καὶ σελήνια μηνίσκων*) χρύσεα καὶ ἀργύρεα ἢ καὶ τῆς εὐτελεστέρας ὕλης, τὰ ὑπὸ τῶν γραϊδίων τοῖς βρέφεσι ἐπιδεσμούμενα**), ἐπιθυριζουσῶν***) εἰς ἀποτροπιασμὸν, καὶ ἅμα ταῖς γλώσσαις ἐπιλιχμασσουσῶν τὰ μέτωπα καὶ ἀποπτυουσῶν μετὰ τοῦ φυσᾶν ἑκατέρωθεν.* Voces *κλωσμάτιον, ἐπιθυρίζω* (cuius tamen significatio mihi parum liquet) et *ἐπιλιχμάσσω****)* in Lexicis nostris frustra quaeras. BAST.

Hemsterhusius ad Schol. in Aristophan. Plut. v. 590. p. 190. a.: „*Περιάμματα* — sunt, vt in Lexico „veteri MS. explicantur, *τὰ κατὰ τοὺς τραχήλους,* „*καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας βεβαμμένα κλωσμά-*

---

*) Permira haec locutio. Suspicor *σπλήνια μηνίσκων, splenia lunata.* SCHAEF.

**) *Ἐπιδεσμεῖν* Schneidero verbum videtur dubiae fidei. Frustra. Alteram formam, *ἐπιδεσμεύειν,* legas in Epigramm. adesp. XCVI. v. 4. Obiter Lexicis adde *ἐπίδεσμα* et *ἐπιδεσμὶς,* de quibus v. Triller. ad Thom. Mag. p. 502. et Bernard. ad Theophan. Nonn. T. I. p. 101. SCHAEF.

***) Num forte *ἐπισυριζουσῶν?* SCHAEF.

****) Pro *ἐπιλιχμάζω.* Sic pro *κλώζω* dicitur *κλώσσω,* qua forma Lexica perinde carent. Suidas T. III. p. 627. *Φωλάς — σημαίνει δὲ τὴν κατοικίδιον ὄρνιν, τὴν ἐπωάζουσαν καὶ κλωσσοῦσαν.* Kusterus: „*Κλωσσοῦσαν*] „Rectius, *κλώζουσαν.*“ Imo scribe *κλώσσουσαν,* quomodo citauit Hemsterhusius ad Thom. Mag. p. 362. Hinc substantiuum *κλωσμὸς,* latens illud in vetustiorum scriptura editionum Philon. de Virtut. T. II. p. 599. 40. Mang. *κλωσμοσυριττόντων,* quod verbi monstrum miror probari potuisse Wesselingio ad Diodor. Sic. T. I. p. 724. 3. SCHAEF.

„τια, ἅτινα αἱ γυναῖκες περιάπτουσι. Pro Gramma-
„tici verbis in medium adductis gratiam referemus
„Car. Du Fresnio, cui vitium vnius literae non ani-
„maduersum persuasit, vt Glossario suo *Κλωεμάτιον*
„insereret, vocem, vt ait, formatam a *κλοιὸς*, *tor-*
„*ques*, quaeque significet *quicquid collo*, *manibus et*
„*alibi appenditur ornatus gratia*. Atqui vocem il-
„lam nihil moror, quin eo abeat, vnde malum pe-
„dem huc intulit: quippe legendum est sine dubio,
„*κλωσμάτια*, *fila*, quae variis coloribus infecta collo
„corporisue partibus aliis adligari solebant. Eadem
„apud Medicos etiam dicuntur *περιαρτήματα**), et
„*ἐξαρτήματα* Tatiano**)." SCHAEF.

Pag. 99. not. 43. Locum illum Gregorii Nazianzeni, quem indicari mihi optaueram, ipse postmodum forte fortuna reperi. Legitur is in oratione *εἰς τὴν Πεντηκοστὴν* (Vol. I. p. 736. D. ed. Paris. 1778.) *Ἢ δότε μοι* (ita orator ad Macedonianos) *τὸ μέσον τῆς δουλείας καὶ τῆς δεσποτείας, ἵν' ἐκεῖ θῶ τὴν ἀξίαν τοῦ πνεύματος, ἢ τὴν δουλείαν φεύγοντες, οὐκ ἄδηλον ὅποι τάξετε τὸ ζητούμενον. cum seruitutis nomen fugiatis, non obscurum erit, quo loco atque ordine id, de quo quaestio est* (*τὸ πνεῦμα*), *ponetis.* BAST.

Pag. 103. not. 50. v. 10. Denuo inspexi Codices A. et B. vidique etiam hos carere voce *παρελκούσαις*. BAST.

Pag. 104. v. 3. sq. Hunc quoque Theologi locum nuper reperi. Sumtus est ex oratione *εἰς τοὺς Μακκαβαίους* (p. 146. v. 24. ed. Heruag.). Apponam integrum: *εἷς δὲ νομοθέτης, Μωϋσῆς, ὃν οὐ προδώσομεν, οὐδὲ καθυβρίσομεν, οὐ μὰ τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς τοῦ ἀνδρὸς κινδύνους καὶ τὰ πολλὰ θαύματα.* Basilius MS. (Codicis Parisini 573.) in Scholiis ad h. l.: *οὐ· μὰ τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς τοῦ ἀνδρὸς κινδύνους*] *Δημοσθενικὸς ὁ ζῆλος· τοὺς*

---

*) Carent hoc nomine Lexica. Itaque vellem Hemsterhusius vnius et alterius loci auctoritate muniuisset. SCHAEF.

**) p. 65. ed. Worth. SCHAEF.

τοῦ Μωσέως κινδύνους εἰς ὅρκον μετεσχημάτισεν, ἠθικῷ τὸ σεμνὸν ἐνδεικνύμενος τῶν κινδύνων, ἅμα καὶ προτρέπων καταφρονεῖν κινδύνων τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς, οὕτω σεπτοὺς ποιούντων τοὺς κινδυνεύοντας, ὡς καὶ εἰς ὅρκον λαμβάνεσθαι. Bast.

Pag. 113. v. 9. ὁ Θεολόγος ἐν τῷ εἰς τὴν Χριστοῦ γέννησιν λόγῳ] In nostris Gregorii Naz. editionibus oratio haec sic inscribitur: *Εἰς τὰ Θεοφάνια εἴτουν γενέθλια τοῦ Σωτῆρος.* Cito hunc titulum propter voculam *εἴτουν*, quae idem significat quod *ἤγουν*, sed passim non intellecta ideoque mutata fuit. In Ducangii quidem Glossario eam frustra quaeras. Suidas: *Ἤγουν, εἴτουν, ἐπιῤῥήματα διασαφητικά.* Interdum *ἤτουν* reperitur pro *εἴτουν:* sed hoc *ἤτουν* vitiosum est, quanquam etiam Reiskius in Constant. Porphyrog. p. 46. 63. et alibi ita edidit. Vide quae de *εἴτουν* in Epistola ad Bredowium extr. dixi. Sylburgius ad Etymolog. M. p. 588, 45. ad v. *ἤγουν:* „Sunt in vulg. (*ἤτουν*) etiam alterius scripturae indi„cia, nempe *εἴτουν.* Nostrum *ἤγουν* cum alibi pas„sim vsurpatum, tum 590, 31.“ Bast.

Macrobius in Somn. Scip. I. c. 18. p. 96. Zeun. *in hoc signo cum occidit; libram, id est, scorpii chelas mox oriri videmus.* Haec sic vertit Maximus Planudes: *ἐπειδὰν τοίνυν ἐν τούτῳ ὢν τῷ ζωδίῳ δύνῃ, τὸν ζυγὸν εἴτουν τὰς χηλὰς τοῦ σκορπίου ἀνατελλούσας αὐτίκα βλέπομεν.* Hanc Planudis versionem, aut potius fragmentum eius, e Codice Augustano in primo *Anecdotorum Graecorum* tomo ante hos octo annos editurus erat Christianus Fridericus Matthaei, operaeque Tauchnitzii nostri quatuor primas plagulas elegantissime impressas iam absoluerant, cum lugubris mors redemtoris (Io. Chr. Frid. Rochii, optimi viri, sed mercaturam librariam infelicissime facientis) vtilissimum institutum suffocavit. Schaef.

Pag. 129. v. 7. ab extr. ἀναδιπλασιασμῷ. Leg. *ἀναδιπλασιασμός.* Bast.

Ibid. v. 4. ab extr. Pro *γὰρ* legendum *δὲ.* Bast.

Pag. 138. v. vlt. Toupius in Suid. Vol. I. p. 11. egregie corrigit *ὦ Ἡράκλεις, τἀβελτερίου γ' ἐλ-*

ληνικοῦ *) pro *ἀβελτηρίου τεμενικοῦ*. In Libanio Vol. IV. p. 1022. quae vitiosa leguntur, *Ἡρακλεις! τοῖς μὲν ἀναμένουσιν ὡς ἐτάχθησαν, οὐκ εἰδόσιν οὐδὲ μικρὸν εἴκειν ἀνάγκῃ*, Reiskius sic emendanda censet: *Ἡράκλεις, τῆς ἀνδρείας. μένουσιν ὡς ἐτ., οὐκ εἰδότες οὐδὲ μ. ε. ἀ.* Sed cum Cod. Paris. 2918. legendum: *Ἡράκλεις, οἱ μὲν αναμ...*, *ουκ εἰδότες κ. τ. λ.* Vltima vox hoc scribitur compendio: *εἰδ ό /*. Id compendium cum habitum esset pro datiuo *εἰδόσιν*, etiam nominatiuum *οἱ* corruperunt in datiuum *τοῖς*. BAST.

Pag. 141. not. 4. Etymologici M. locus (v. *πώ, καὶ πώμαλα*) fortasse non ex ipso Apollonio *περὶ ἐπιῤῥημάτων* sumtus est, sed ex Orione, qui Apollonii scriptis saepius vtitur, eumque passim citat. Cum locus Orionis MS. mihi notam illam scribenti in promtu non fuerit, confirmetque quae illic monui, hîc non inepte adiungetur. Sic autem Orion: *Πώμαλα τὰ τῷ ω* (scrib. ō) *παραληγόμενα ἐπιῤῥήματα ἀποκοπῇ τοῦ* (non *τῆς*) *θεν, καὶ ἐπεκτάσει* (Ety-

*) Praestat prior Toupii correctio, *ἀβελτερίου γ' ἑλληνικοῦ*. Nam si articulum addis primae voci, idem addendus vltimae. Mireris, hoc non vidisse Toupium, cui in promtu esset ex Aristophan. Au. 224. *τοῦ φθέγματος τοὐρνιθίου*. Sed dici vix potest, quoties vel primarii viri huic scopulo impegerint. In Xenophont. Hier. VII. 6. lego *αἱ ὑπουργίαι αἱ παρὰ τῶν φοβουμένων*. (Mox §. 9. malim *ῷ ἂν τοιαῦτα ὑπουργήσωσι*. Ibid. VI. 15., vbi in vulgata scriptura requiro apodosin, cuius in nullo libro ne tenuissima quidem vestigia apparent, corrigo *ὥςπερ γε καὶ ἵππος κ. τ. λ.* Sic Aristophanes Nub. v. 673. *ὥςπερ γε καὶ Κλεώνυμον*. Etiam in Dionys. Halic. Ant. Rom. IV. c. 24. T. II. p. 699. e Cod. Vat. scribam *ὥςπερ γε τοὺς τῶν ἱππέων καὶ τους τῶν βουλευτῶν βίους ἐξετάζουσιν*. Ceterum exemplum hoc commutationis particularum *γὰρ* et *γὲ* accedat iis, quae collegit doctissimus et diligentissimus Sturzius in Lex. Xenoph. T. I. p. 573. b. Add. Schneider. ad Xenoph. Mem. III, 14, 5.) SCHAEF.

molog. ἐκτάσει) τοῦ ο εἰς ω, γίνεται παρὰ Δωριεῦσιν, αὐτόθεν αὐτῶ, πόθεν πῶ (sic recte, non πώ). Σώφρων ἐν τοῖς μίμοις· πῶ τις ὄνον ὀνασεῖται (male pro ὠνασεῖται). τὸ δὲ πώμαλα παρ᾽ Ἀττικοῖς παρολκῇ (sic, non προςλήψει) τοῦ μάλα γίνεται, καθάπερ ἦ μάλα δὴ τέθνηκεν, ἦ μάλ᾽ ἐλαφρὸς ἀνήρ. τὸ δὲ πόθεν ἀντὶ τῆς ου ἀρνήσεως συνεχῶς λεγόμενον, οἷον ἔγραψας (sic, non ἔγραψε); πόθεν, ἀντὶ τοῦ ου, καὶ κατὰ (add. τὴν) τοιαύτην σημασίαν, τὸ πώμαλα παρ᾽ Ἀττικοῖς. BAST.

Pag. 148. Iis quae de vocibus σπόγγος et σπογγιὰ dicta sunt, nunc addo ineditum locum Scholiorum ad Aeschinem e vetusto Codice SGerm. 249., vnde discas, quod nostri Lexicographi non docent, Graecos etiam ὁ σπογγιὰς dixisse. Spectat verba σπογγιᾶς τὸν ἔπαινον ὑπολαμβάνων εἶναι (περὶ παραπρεσβ. Vol. III. p. 282. Reisk.) et sic habet: ὡς καὶ παρὰ τῷ Ποιητῇ (Odyss. *A*, 111.) σπόγγοισι πολυτρήτοισιν. εὕρηται δὲ καὶ παρὰ τῷ Ἀριστοφάνει ὁ σπογγιὰς, καὶ ἡ σπογγιὰ, ὥςπερ καὶ ἐνταῦθα. Articulus σπόγγος in Etymolog. M. p. 724, 19. s. ad verbum exscriptus est ex Orione MS., vbi praeterea in extremo articulo indicatur fons: οὕτως Ἡρωδιανός. BAST.

Pag. 160. not. *). Post v. *reperti* adde: et Cod. Paris. 2636. De loco Phrynichi MS. citato a Schaefero conf. Epistol. Critic. p. 132. BAST.

Pag. 161. v. 5. Pro καὶ γεγωνεῖν leg. καὶ γεγωνέω. BAST.

Pag. 162. not. 36. Quam palmariam vocas coniecturam, Εὐρυσθῆ ἠλιτόμηνον, in Hesiodi Scuto Herculis v. 91. factam ab Heynio, occupatam a Bentleio, laudatam a censore Britanno Homeri Oxoniensis, (qui quidem omnes Εὐρυσθῆ᾽ vltima elisa scripserunt) eam non adeo certam esse putat censor Homeri Wolfiani in ephem. litter. Ienens. 1809. Octobr. 244. p. 131. Vellem confidentius dixisset, ne admitti quidem posse. Est enim nomen Εὐρυσθεὺς in illorum numero vocabulorum, quae non nisi certa lege numeris heroici versus aptantur. Eo igitur nomine sic vtuntur epici, vt prima et tertia syllaba sub ictum

cadant, non media, nisi forte in obliquis casibus, quum hi ε pro η habent: cuius quidem generis non aliud habeo exemplum, quam Pindari versum Ol. III. 50.

εὖτέ νιν ἀγγελίαις Εὐρυσθέος ἔντυ' ἀνάγκα.

Sed idem poeta Pyth. IX. 139. in forma *Εὐρυσθῆος* primam et tertiam syllabam sub ictu posuit, vt epici, quorum exemplum, vt par erat, etiam epigrammatum scriptores sequuti sunt. Sic *Εὐρυσθεὺς* in Lucillii ep. 40. bis, et in epigr. incertorum 288. Itaque Hesiodus non magis dicere potuit,

ᾤχετο τιμήσων Εὐρυσθῆ' ἠλιτόμηνον,

quam si *Ἀτρείδην, Πηλείδην, Τυδείδην,* aliaque huius generis nomina isto in versus loco collocare aliquis vellet, quae nomina omnia mediam syllabam ab ictu puram seruant. Veram lectionem coniectura assequutus erat Guietus, *ἀλιτήμερον Εὐρυσθῆα,* quam non repudiasset nouissimus Scuti editor, si inspexisset, quem Guietus quoque neglexerat, Etymologum M. p. 428, 10. Is ita scribit: *ἠλιτόμηνος καὶ ἀλιτήμερος. σημαίνει δὲ τὸν ἑπταμηνιαῖον γεννηθέντα παῖδα.* Ac deinde affert, quae de Eurysthei natalibus narrari solent, vt apertum sit, eum et ad Homerum et ad Hesiodum respexisse, quorum alter Eurystheum *ἠλιτομηνον*, alter *ἀλιτήμερον* appellauit. Sero animaduerti, iam Schneiderum in lexico Graeco *ἀλιτήμερον* ex Etymologo restitui Hesiodo voluisse. Ceterum ista accusatiui forma, de qua Etym M. p. 670, 7. schol. Vict. apud Heyn. ad Hom. T. IV. p. 702. schol. Ven. ad Iliad. XV. 339. Eustathius p. 487, 10. 1018, 64. disseruerunt, rectius reponi poterit in eodem Hesiodi carmine v. 54. vbi quum pro vulgato *Ἰφικλῆα γε δορυσσόῳ* Codex MS. quem contuli, habeat *Ἰφικλῆα λαοσσόῳ*, non male legeris:

αὐτὰρ Ἰφικλῆ λαοσσόῳ Ἀμφιτρύωνι.

In epigrammatis vero Simonidis et Leonidae tantum abest vt *Μεγιστῆ* reponendum putem, vt etiam in Antipatri Sidonii carmine malim *Μεγιστέα* scribi. Nam ista accusatiui forma, quae ῆ habet, non inuenitur, quod sciam, in fine heroici versus apud meliores poetas, quum iidem eo in loco εα in vnam syllabam

contrahere ament, vt *Διομήδεα* Iliad. IV. 365. V. 881. et non semel *Πολυδεύκεα*, *θεοειδέα*, atque alia huiusmodi. Hermann.

Pag. 163. not. 37. v. 18. Grammaticus anonymus Codicis Darmstadini (de quo v. infra Addenda ad p. 344.) fol. 30. verso: *Ἀνηλεὴς ἄνθρωπος λέγεται μετὰ τοῦ η, οὐκ ἀνελεὴς, καίτοι δοκεῖ ἀκόλουθον εἶναι μᾶλλον τὸ δεύτερον. ἀλλ' ἐπεκράτησε τὸ πρότερον, καὶ δῆλον ἀπὸ τοῦ ἐπιῤῥήματος· τὸ γὰρ ἐπίῤῥημα προφανὲς ὅτι ἀνηλεῶς ἐστί.* Bast.

Pag. 164. not. 38. v. 20. Neque de *ἴασιν*, tertiâ personâ plural. verbi *εἶμι*, *eo*, sermo esse potest. Bast.

Ibid. v. 23. *μηδ' ἥμας.* Scrib. *μηδ' ἦμας.* Bast.

Pag. 166. not. 40. De v. *Ἀθήναζε* inprimis dignus est qui addatur hic articulus Lexici SGerm. rhetor. sophist. MS.: *Ἀθήναζε. Πλάτων. ἐν ὀδυσσεία* (sic). *Παρμενίδῃ. τὸ μέντοι ἐν τῷ περὶ ψυχῆς ἐπίστασιν ἔχει ὡς ἡμαρτημένον. φησὶ δ' ἐν τούτῳ· καὶ γὰρ οὔτε τῶν πολιτῶν Φλιασίων οὐδεὶς πάνυ τι ἐπιχωριάζει τὰ νῦν Ἀθήναζε. καὶ τὸ παρ' Ἀντιφῶντι δὲ ἐν τῷ περὶ ἀνδραποδισμοῦ λόγῳ ἐπίστασιν ἔχει ὡς ἡμαρμένῳ* (sic, leg. *ἡμαρτημένον*) *τὴν σύνταξιν. γράφει δὲ οὕτως· ἐπειδὴ γὰρ ἀπῴκεις τὴν Ἀθήναζε, καὶ ἀπηλλάγην τῆς κληρουχίας.* Voces *ἐν ὀδυσσεία* quid h. l. sibi velint, exspecto qui me doceat. Parmenides Platonis, quod nemo ignorat, sic incipit: *Ἐπειδὴ Ἀθήναζε οἴκοθεν ἐκ Κλαζομενῶν ἀφικόμεθα.* Nec minus nota sunt verba e Phaedonis initio citata. Fischerus ad h. l.: „Significat *ἐπιχωριάζειν* hoc loco *commorari* „et *Ἀθήναζε* est *Athenis.* nam Priscianus 18. p. 721. „*Illi* (Attici) *ἐπιχωριάζει εἰς Ἀθήνας καὶ ἐν Ἀθή-* „*ναις. Et nos*, habitat Romae, *et* habitat Romam." Antiphontis locum iam Ruhnkenius Opuscul. (Lugd. Batav. 1807.) p. 248. publici iuris fecit. Denique notanda phrasis *ἐπίστασιν ἔχει.* Saepius legas *εἰς ἐπίστασιν ἄγει*, de qua locutione nonnulla monuit Wesselingius ad Diodor. Sicul. Vol. II. p. 308. Suidas: *Βῶλος Μενδήσιος, Πυθαγόρειος, περὶ τῶν ἐκ*

τῆς ἀναγνώσεως τῶν ἱστοριῶν εἰς ἐπίστασιν ἡμᾶς ἀγαγόντων. Kusterus: „Verba haec „obscura sunt, ex quibus vix sensum aliquem elicere „potui." Idem locus citatur ab Eudocia p 94., vbi Meineckius (*Bibliothek der alten Literatur und Kunst, St.* V. p. 31.) haec notauit: „Suidas ex Eu„docia emendandus: ille enim nullo sensu, nostra „bene, *ἔγραψε περὶ τῆς ἀναγν. κ. τ. λ.* Scripsit „Bolus de lectione et studio historiae, quae eo du„cit" [*ἱστοριῶν ἀγαγόντων?*) „vt ad nos attendamus, „vt *equidem* interpretor." Villoisonus in Eudocia temere dedit *περὶ τῆς ἀναγν.:* nam Codex habet *περὶ τῶν ἀναγνώσεως.* Corrige, vt habet Suidas, *περὶ τῶν ἐκ τῆς ἀναγνώσεως.* Sensum hunc esse puto: *De rebus, quae in legendis historiis nos* (me, i. e. ipsum scriptorem) *aduerterunt.* BAST.

Ibid. not. *). En exemplum magis etiam luculentum negligentiae, qua Villoisonus talia tractauit. Apollonius Lex. p. 6. *Ἀασίφρων· βλαβεσίφρων. εἴρηται καὶ* (Albertius ad Hesych. I. p. 8. *εἴρηται δὲ καὶ*) *ἀεσίφρων. σημαίνει τῷ ἔχοντι κεκοιμημένας τὰς φρένας, καὶ οὐ διεγηγερμένας.* Primum scribi oportet *βλαψίφρων:* nam *βλαβεσίφρων* non dicitur. Deinde syllabas *ρηται* accentumque super *ει* prima manus deleuit. Praeterea pro *καὶ,* quod confinxerunt Albertius et Villoisonus, Codex *δὲ* habet. Itaque sic legendum: *εἰ δὲ ἀεσίφρων, σημαίνει τῷ ἔχοντι κ. τ. λ.* Hic datiuus Villoisono mutandus videtur in accusatiuum; quod non magis probari potest. Verissime enim Herm. Tollius, citans datiuum *ἀεσίφρονι* (Odyss. Φ, 302.), quem Apollonius spectauit: „Grammatici solemnem mo„rem formas rariores ipso illo casu proponendi et „interpretandi, quo in veterum locis leguntur, et„iam addito verbo *σημαίνειν* seruant." BAST.

Pag. 169. not. *) *v. 18. παρὰ πᾶσι τοῖς κακοῖς* legitur etiam in Etymolog. Paris. 2636. Sed Guelpherbyt. toto articulo caret. BAST.

Pag. 170. not. †). Variatio in nomine scriptoris Allegor. Homeric. orta est e compendio *Ἡρα*^κλ

λ
vel *Ἡρακ.* In Cod. Vatic. 871. titulus sic habet:
κλ'δ
Ἡρα :∾, vnde in Catalogo scriptorum quae Codex comple titur Romae confecto male fecerunt *Ἡρακλῆς, Hercules.* Bast.

Pag. 175. not. 51. v. 19. Eunapius p. 37. *ἄκουε μὲν, Εὐστάθιε, συμμαρτυρούντων δὲ οἱ παρόντες.* vbi vide not. Boisson.

Pag. 179. not. 56. extr. Addatur *Δεύννσος* pro *Δεόνυσος* in Etymolog. *M.* p. 259, 28. sqq. *Δεύννσος, ὁ Διόνυσος . . . τοῦ ῑ τραπέντος εἰς ε̄, γίνεται Δεόνυσος, οὕτω γὰρ Σάμιοι προφέρουσι* (Cod. Paris. 2667. *προφέρονται*), *καὶ συναιρέσει* (id. addit *ἰωνικῶν*) *Δεύννσος, ὡς Θεόδοτος, Θεύδοτος· ἔνιοι δέ φασιν ὅτι ἐπειδὴ ἐβασίλευσε Νύσης. κατα δὲ τὴν Ἰνδῶν φωνὴν, δευνος ὁ βασιλεὺς λέγεται.* Pro vltimo membro idem Codex habet: *ἐνίοτε* (leg. *ἔνιοι*) *δὲ αὐτὸν Δεύννσον ὀνομάζεσθαί φασιν, ἐπειδὴ ἐβασίλευσε Νύσης. κατὰ γὰρ τὴν τῶν Ἰνδῶν φωνὴν δεῦνος ὁ βασιλεύς.* De voce indica *δεῦνος*, docuit me amicissimus Chézy, nauam dans operam studio linguae Samskritanae, Grammaticum manifesto in mente habuisse indicum *déva*, quod significet *deum*, dicaturque, perinde vt *diuus*, etiam de regibus, quos Indi compellent *déva*, i. e. *Majesté!* Vide Langlesium ad *Recherches Asiatiques ou Mémoires de la Société établie au Bengale, traduct. franç.* T. I. p. 278. sq. „Les Indiens" inquit vir doctissimus, cuius erga me voluntati plurima me accepta referre gratissimus agnosco, „donnent à „Chiven ou Bacchus l'épithète *Dévanichi* ou *Dio„nichi* (dieu de Nicha), parcequ'il fut élevé dans „cette ville, qui porte aussi l'epithète de *Nicha„daboura* (ville de la nuit). Il est aisé de recon„noître ici la ville de *Nysa,* où les anciens disent „que Bacchus fut élevé, et qu'ils placent mal-à-„propos en Arabie. On nous permettra encore „d'observer que *Dionichi* est incontestablement l'o„rigine de *Dionysos* (Denys), l'un des noms de Bac„chus etc." Bast.

*Pag. 186. not. *).* Meleager XXV. v. 3. *ἕξεις*

ταχὺ τὸ γλυκὺ κρᾶμα. Cod. Vatic. *ἕξεις πάλι τὸ γλυκὺ γράμμα.* Mutato *γράμμα* in *τραῦμα*, manum poëtae restitueris. Hoc cum iam Pauwio in mentem venisset, (v. Iacobs. Add. ad h. l. p. 375.) nunc ipsum dedit Graefius, vir doctissimus, in cultissima poëtae Gadareni editione. SCHAEF.

Pag. 187. not. *) *v. 16.* Locus Excerptorum Apollonii p. 568. Sturz. sic habet: *παρὰ τὸ ἕτερος τῷ ἑτέρωτε ἢ παρ᾽ ἐπιῤῥήματος ἑτέρωθε, ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ παρ᾽ Αἰολεῦσιν ἑτέρωτα.* Sturzio placet legere *παρὰ τὸ ετερος τὸ ἑτέρωσε ἢ παρὰ Δωριεῦσιν ἑτέρωτε:* Censori eius (*Jen. Litterat. Zeit.* 1810. 29. Januar.) *παρὰ τοῦ ἕτερος τὸ ἑτέρωσε ἢ παρ᾽ ἐπιῤῥήματος ἑτέρωτε.* Neuter verum vidit: quod non miror, cum vterque ignorauerit, quomodo ille locus ab antecedentibus pendeat. Scilicet Apollonius agit de aduerbiis in *τε* exeuntibus. Docet, ab *ἄλλος* deriuari *ἄλλοτε*, a *παντὸς πάντοτε* etc. Iam sic pergit: *Τῇδε ἔχει καὶ παρὰ τὸ ἕτερος τω* (sic Cod. Scrib. *το*) *ἑτέρωτε ἢ παρ᾽ ἐπιῤῥημα τὸ* (sic Cod. Praepositionem *παρὰ*, indicem deriuationis, Apollonius *nunquam* genitiuo iungit.) *ἑτέρωθε, ἀφ᾽ οὗ κ. τ. λ.* H. e.: *Idem tenendum de ἑτέρωτε, quod ab ἕτερος aut ab aduerbio ἑτέρωθε deriuatur, vnde* (scil. ab *ἑτέρωτε*) *ortum est Aeolicum ἑτέρωτα etc.* Magis naturalis verborum ordo hic foret: *παρὰ τὸ ἕτερος, ἢ παρ᾽ ἐπίῤῥημα τὸ ἑτέρωθε, τὸ ἑτέρωτε, ἀφ᾽ οὗ κ. τ. λ.* BAST.

Ibid. v. 30. *οὐχ ἐφικτή.* Corrig. *οὐκ ἐφικτή.* BAST.

Ibid. v. vlt. *Καστα θεὶς* etiam Valckenario ad Theocriti Adoniaz. p. 278. sq. genuinum videtur. Sic autem Vir Summus: „*Ὁ δ᾽ ἐξύπισθα καστα θεὶς, a tergo vero destitutus* — quae iambicum conficiunt dimetrum: huc pertinet *Hesychii* „*Ἐξύπισθα, ἐκ τοῦ ὀπίσω. Κασταθεὶς*, vel *κασσαθεὶς* est pro *κατασταθείς.* In altero loco *Apollonii* „ista tantum leguntur sic scripta: *ὁ δ᾽ ἐξόπισθα καταθείς.* in altero haec: *ὁ δ᾽ ἐξύπισθα κασαθεὶς* „*πρὸς θέτροσθα.* quid lateat in vltimis, aliquando forsan detegetur." Nunc detectum est,

fuitque perfacile detectu. Me quidem Codicis scriptura, προσθεπροσθα, nunquam male habuit. Atque nemo non videt, quod exscriptor a Ruhnkenio conductus (v. Valckenar. l. c. p. 301.) viro optimo venditauit, πρὸς θέτροσθα, esse mercem vilissimam. Bast.

Pag. 191. not. 64. E contrario passim reperias α̅, vbi αι̅ legi oportet. Suidas: *Αἰγιάζειν*·

Σὺ δ' αἰγιάζεις ἐνθάδε καθήμενος.

Αἰγιάζειν vertunt *capras pascere*, cuius significationis alium certioremque auctorem requiro. Toupius in Suid. Vol. I. p. 149., vere ille corrigens ἐνθαδὶ, quaerit: „An αἰθριάζειν?" Mihi quidem vulgatum αἰγιάζειν videtur recte habere. Lexicon SGerman. rhet. soph. MS. eundem habet articulum, eumque magis integrum: *Αἰγιάζειν. σὺ δ' αἰγιάζων* (scrib. αἰγιάζεις) ἐνθαδὶ καθήμενος, ἀντὶ τοῦ περιάγων (sic) λαλεῖς. Apparet, pro περιάγων scribendum esse περὶ αἰγῶν. Bast.

Pag. 202. v. 5. ab extr. *ΚΑΥΓΙΝα.* Leg. *ΚΑΥΤΙΝα.* Bast.

Pag. 207. not. 83. v. 7. ἀγελίζω scripsi lapsu calami. Codex recte habet ἀλεγίζω. Bast.

Ibid. v. 10. Ἄτερ γέθεν. Omnes vident, scribendum esse Ϝέθεν, praefixo digamma Aeolico. Sic iam Salmasius correxit. Idemque placuit Censori Sturzianae editionis Maittairii l. c. Bast.

Pag. 225. v. 15. ab extr. Sic etiam ἀμπελὼν et Ἀμπέλων, δαφνὼν et Δάφνων, καλαμὼν et Καλάμων, κυπαρισσὼν et Κυπαρίσσων, λαχανὼν et Λαχάνων, πηγανὼν et Πηγάνων, ῥοδὼν et Ῥόδων etc. Omnia haec nomina propria leguntur in Epistolis Theophylacti Simocattae. Bast.

Pag. 228. v. 4. ab extr. αι in multis. Leg. αε in multis. Bast.

Pag. 235. not. 29. v. 6. Sane debui scribere ἀποίσω, vt in ipso Codice legitur. Bast.

Pag. 237. not. *) *v. 13.* οὐ μάν τοι Sophron. Hoc οὐ μάν τοι Censori Sturzianae editionis Maittairii l. c. mutandum videtur in ὀξύνεται, quod probare nullo modo possum. Bast.

Pag. 241. v. 4. ab extr. Codex Paris. 2636. dat φυσί
τὴν φερέζωον κόρην. Voluit igitur τὴν φυσίζωον κόρην. Bast.

Pag. 248. not. *). Τοὺ et τοὺν scribendum esse, non dubito. Conf. Hermann. de emend. rat. gr. gr. p. 7. Schaef.

Pag. 249. not. **) *v. 13. ab extr.* αὔτόν μιν. Scrib. αὔτόν μιν. Bast.

Ibid. v. 11. ab extr. ἔε δ' αὔτόν. Scrib. ἐὲ δ' αὔτόν. Bast.

Ibid. v. 6. ab extr. Censor Sturzianae editionis Maittairii l. c. ἐμαυτᾷ τοῦτ' ἐγὼ σύνοιδα habet pro verbis ipsius Apollonii, ac locum sic legit: ἀνεγνώσθη ἐμαυτῷ, τοῦτ' ἐγὼ σύνοιδα· ἐμαυτῷ παλαμάσομαι. Hoc verum esse nego ac pernego. Apollonius enim duo citat exempla Aeolica, non dicens, Sapphus sint an Alcaei: alterum, ἐμ' αὔτᾳ (aut fortasse rectiore τονώσει, ἔμ' αὔτᾳ pro ἔμοι αὔτᾳ) τοῦτ' ἐγὼ σύνοιδα; alterum, ἐμ' αὔτῷ (ἔμ' αὔτῳ) παλαμάσομαι. Hoc docet orationis contextus, quem nisi habeas cognitum, caue de talibus locis quidquam statuas. Rectius idem Censor: „'Εμαυτῷ παλαμάσομαι verissimum est: nam est exitus versus „choriambici, cuiusmodi versus Alcaeus frequentauit." Bast.

Pag. 250. not. *). Quum Bastius in Alcaei versu codicis lectionem τελέσσῃ pro Koeniana τελέσῃ reponi iuberet, id non codicis auctoritate, quae in tali re, etiam si codex optimus esset, nulla foret, sed metri caussa fecerit necesse est. Nam praeter metrum prorsus nihil est, quo, vtra vera lectio sit, diiudicari possit. Atqui nec Bastius dicit, quo metro istud fragmentum esse putet, neque omnino apparet, quomodo, si τελέσσῃ legatur, haec vsitatis Alcaeo numeris conueniant. Quare mihi quidem Koenius prudenter τελέσῃ scripsisse videtur, vt qui versum Sapphicum esse intelligeret. Est autem iste versus hoc modo scribendus:

αἰ δέ κ' ἄμμι Ζεὺς τελέσῃ νόημα.

Quae praecedunt Alcaei verba, ἄεισον ἄμμι τὰν ὤκολπον, in his dubitari saltem poterit, vtrum cum

Albertio ἰόκολπον, an εὔκολπον scribi debeat. Vtrovis modo scribatur, haec quoque verba e Sapphico carmine sumpta sunt. In Apollonii verbis, quae sequuntur, verissima quidem est Bastii emendatio μένει τε, sed hoc ille mihi non persuadet, Apollonium scripsisse aut scribere potuisse, καὶ ἐπ᾽ ἄλλων μένει τε — καὶ ἐπ᾽ ἄλλων πλειόνων. Nihil certius est, quam sic esse distinguendum: καὶ ἐπ᾽ ἄλλων. μένει τε ἐπὶ τοῦ ὕμμιν — καὶ ἐπ᾽ ἄλλων πλειόνων. Istud καὶ ἐπ᾽ ἄλλων ad praecedentia pertinet: etiam in aliis, inquit, huiusmodi datiuis ν abiicitur. In Alcaei fragmento, cuius ingeniosam emendationem protulit Bastius, malim etiam leniore mutatione:

ὔμμιν ἀθάνατοι θεοὶ
νικᾷν —

Scilicet δοῖεν, seu quidquid sequebatur. Metrum choriambicum est. HERMANN.

Ibid. In correctionem μένει τε pro μὲν εἶτε idem Censor Maittairii Sturziani feliciter incidit. BAST.

*Pag. 259. not. *) v. 18.* τὴν ὑγιεία̣ν. Corrig. τὴν ὑγίειαν. BAST.

Pag. 260. v. 16. Quod habet Grammaticus Hermann. τὴν ἀπὸ τέλους pro τὴν πρὸ τέλους, falsum est. In Grammaticorum lingua *vltima* syllaba cum aliis modis appellatur, tum dicitur ἡ ἐπὶ τέλους (Etymolog. M. p. 825, 20. Villois. Anecd. II. p. 109. vbi ὅταν μὲν τιθῆται, non τιθεται, ἐπὶ τέλους legendum): *paenultima*, ἡ πρὸ τέλους (Etymolog. M. p. 804, 17.) siue ἡ δευτέρα ἀπὸ τέλους (Draco MS. v. Νηληϊάδης): *antepaenultima*, ἡ τρίτη ἀπὸ τέλους (Etymolog. M. p. 804, 21.), etc. In his autem formulis praepositiones πρὸ et ἀπὸ a librariis saepe confunduntur. E. c. Draco MS. (v. ἰσχυρὸς, fol. 37. vers.) habet τὴν ἀπὸ τέλους: rectius Etymolog. M. p. 479, 12., vbi eadem leguntur, τὴν πρὸ τέλους. Idem Draco (v. πνῖγος, fol. 54.): τὰ μέντοι ἔχοντα τὴν πρὸ τέλους τρίτην (corrig. τὴν ἀπὸ τ. τρ.) μακρὰν, ὡς ἔφην, ἔχει καὶ τὴν πρὸ τέλους μακρὰν, οἷον ποιηρὸς, ἀρτηρὸς, (corrig. ἀτηρὸς, nam $\bar{\alpha}$ in ἄτη producitur, v. Draco fol. 18. vers.), ἀλγηρὸς, πνιγηρὸς, ἀνθηρὸς, τολμηρὸς κ. τ. λ. Apud

Hermannum p. 443. v. 3. sqq. desunt verba *τὴν ἀπὸ τέλους τρίτην* vsque ad *ἔχει καὶ*, quod scribae oculi a priore *τὴν* ad posterius aberrantes media transsiliuerunt. Ibidem perperam legitur *πονηρὸς* pro *ποιηρός*. — Phauorinus v. *μυρία: ἰστέον, ὅτι τῶν πλειόνων παροξυνόντων τὸ ὡρισμένον (μυρία) ἤγουν τὰς δέκα χιλιάδας, Ἡρωδιανὸς ἑκάτερον (τὸ ὡρισμένον καὶ τὸ ἀόριστον) ὀφείλειν φησὶν ὀξυτονεῖσθαι κατὰ τὴν τρίτην ἀπὸ τέλους, ὅ ἐστι κατὰ τὴν παραλήγουσαν.* In his plura sunt corrupta, quae ex Eustathio ad Hom. Il. *A.* p. 15, 32. sqq. corrigi oportet. Primum supple: *τ. πλ. παροξυνόντων μὲν τὸ ἀόριστον τὰ μυρία, προπαροξυνόντων δὲ τὸ ὡρισμένον ἤγουν τὰς κ. τ. λ.* Deinde pro *κατὰ τὴν παραλήγουσαν* sine cunctatione scribe *κατὰ τὴν προπαραλήγουσαν*. Schneiderus quidem in vtraque Lexici sui editione: „*παραλήγουσα συλλαβὴ*, *antepenultima*, vorletzte Sylbe." et: „*ἡ προπαραλήγουσα (συλλαβὴ)*, die vorletzte Sylbe." Sed haec tam falsa sunt, tamque repugnantia inter se, vt virum optimum in tertia editione vtilissimi libri refícturum esse non dubitem. Bast.

Pag. 263. not. 76. v. 17. Iure Schaeferus suspicatus est, Villoisonum verba Codicis Ven. A. perperam dedisse. Haec enim sic habent: *πρὸς Ζηνόδοτον, ὅτι ἔοικεν ἐξειληφέναι τὸ ὧδε* *^{τὸ}* *πηκὸς* (sic)· *ἑξῆς γὰρ γράφει· εἰ δέ σφιν κἀκεῖσε. ἔστι δὲ ἀντὶ τοῦ οὕτω.* Iam omnia manifesta fiunt, modo pro corrupto *τὸ πηκὸς*, quod Villoisonus non intellectum plane omisit, *τοπικῶς* scribas. Pro *κἀκεῖσε* textus editus male dat *καὶ κεῖθι*. Etiam in Scholio ad v. 348. dicitur, Zenodotum *κἀκεῖσε*, non *καὶ κεῖθι*, scripsisse, totumque Scholium hac scriptura nititur. — Obiter moneo, in altero Scholiastae Veneti loco a Schaefero citato (ad Il. *Θ*, 73.) Villoisonum perperam legisse *τοῦ διηγήματος* pro *τοῦ δυϊκοῦ* (voce scriptâ tali fere compendio, quale ostendit tab. palaeograph. VI. num. 4.) *σχήματος*. Bast.

Pag. 264. not. 78. In Codicibus vox *ἀλλεπάλλη-*

λος persaepe sic scripta est, vt tres voces legere tibi videaris. Conf. Matthaei in Comment. Societ. Philol. Lips. Vol. I. p. 182. Apollonius Lex. Homer. p. 338. Villois. Ἐπήτριμα, ἀλλ' ἐπ' ἀλλήλοις. ἐπήτριμα πίπτον ἔραζε. Cod. SGerman. a prima manu scriptum habet ἀλλ' επάλλη (sic). Altera manus infersit syllabam λοι, vnde Villoisonus, accentu mutato, fecit λοις. Mihi vero ἀλλεπάλληλα genuinum videtur. Bast.

Pag. 279. v. 20. sq. Codices Sorbon. et Paris. 2636. dant μετατεθέντος τοῦ δ εἰς τὸ ζ καὶ τῆς ει διφθόγγου εἰς τὸ η, ὥςπερ πλείων πλήων καὶ μείων μήων, quod praefero. Sic etiam Guelpherbytanus, nisi quod pro ὥςπερ male dat ὥσ with τ superscript, i. e. ὥςτε. Facilis est commutatio harum particularum, quando syllabae τε et περ, id quod saepe fit, solo τ et π superscripto indicantur.*) Bast.

Ibid. v. 28. γράφεσθαι. Sic recte legisse mihi videor litteras γρ, quas solas habet Codex 2630. Codex 2636. perperam dat γράφεται. Neque rectius Codex Sorbonicus ἡ μεταυο with λ superscript (i. e. μεταβολὴ) pro ἡ ἐτυμο with λ superscript (i. e. ἐτυμολογία), quod propterea commemoro, quia hae voces etiam alibi in Lexicis etymologicis commutantur. Bast.

Pag. 280. v. 9. Censor Maittairii Sturziani (l. c.) in Apollonio Dyscolo perinde vt ego tuetur ἀέῤῥει, repudiatque Sturzii coniecturam prorsus improbabilem, Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος. Sed quod ipsi placuit, Ἀλκαῖος ἐν ᾱ, καὶ ἔτι pro ἀλλ' ἐμάχετο τὸ, neminis, vt puto, assensum feret. Iam aliquo-

---

*) Vide not. ad Longi Pastoral. p. 333. et Ind. Voc. Graecar. p. 460. Add. Porson. Supplem. praefat. ad Euripid. Hecub. p. XXXV. Lips. Lucianus T. III. p. 22. Reitz. ὥςπερ ὅρα, μήποτε γράψῃς. Recte aliae editiones ὥςτε. Schaef.

ties monui, Apollonii Excerpta, quae Sturziana Maittairii editio repetiit, nihil aliud esse quam fragmenta male inter se cohaerentia saepeque admodum inscienter consarcinata. Quod si Censor ille integrum textum Grammatici cognitum habuisset, nunquam voces sanissimas, *ἀλλ' ἐμάχετο τὸ*, vt vitiosas solicitasset. Ceterum bene vidit, sermonem esse de fragmento Alcaei. BAST.

Ibid. v. 23. Integer textus hic est: *Ἰστέον ὅτι κυρίως λέγεται ἡ γῆ πᾶσα. εἰσὶ δέ τινες τόποι, οἵτινες καλοῦνται ἤπειροι* (Cod. Guelpherb. addit *ὥςπερ καὶ ἡ γῆ ἡ ἐξ ἐναντίας τῆς Ἰθάκης*), *ἀλλ' οἱ Δωριεῖς ἄπηρος λέγουσιν. ἀπέρατος* (al. *ἀπέραντος*) *γὰρ κ. τ. λ.* BAST.

Ibid. v. 29. Θεσπρῶτις. Corrig. *Θεσπρωτίς.* BAST.

Ibid. v. 32. De tribus significationibus vocis *ἤπειρος* etiam Scholiastes ad Thucydid. (Vol. V. p. 307. Bipont.) videtur disputasse. Quod nunc illic editum est: *ἤπειρος τριχῶς λέγεται· * ἡ πᾶσα γῆ, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς θαλάσσης,* nemo non intelligit, lacunâ hiare. Defectum Scholii ex Etymolog. Paris. recte, opinor, supplebis. BAST.

Pag. 284. v. 8. Vitium in *ἐκβοήσας* pro *ἐκβοηθήσας* haudquaquam natum, vt Wesselingius putauit, ex scribendi compendio, sed ex negligentia frequenti librariorum in polysyllabis vocibus syllabam in medio scribendam omittentium. Vide quae dixi p. 560.*) BAST.

Pag. 287. not. *). In Theophylacto Simoc. recte reponitur compositum *ἀγρογείτονος.* Sed simile compositum *κυκλοδάσειαν*, quod legitur in Schol. Ven.

---

*) Quod ibi Bastius cum Albertio solicitat Hesychii *μεμυδότος*, vereor ne genuinum sit, depromtum illud, vt opinor, e versu epico. Sic Homerus Il. XXIII. v. 679. *δεδουπότος Οἰδιπόδαο.* Hesiodus Theogon. v. 825. *γλώσσῃσι δνοφερῇσι λελειχμότες*, ex emendatione Guieti, quam tuearis Aristophaneâ scripturâ in Homeri Il. XI. v. 26. *σμερδαλέοι δὲ δράκοντες ἐλειχμῶντο προτὶ δειρήν.* Adde quae Bastius infra in Addend. ad p. 676. v. 1. de *ἐκκεκώφει* monuit. SCHAEF.

ad Homer. Il. XV. v. 309. mutandum in κύκλῳ δασεῖαν. Obiter Lexicis adde κυκλογράφος. Schol. ad Euripid. Orest. v. 998. Διονύσιος ὁ Κυκλογράφος. V. Fabric. Bibl. Gr. T. IV. p. 408. Harl. Item κυκλώδης. Paulus Silent. LXXIV. v. 129. sq. λίμνην μικραν λίαν, κυκλώδη. Statim sequitur πρὸς ἣν θέλων λουθῆναι. Sic Theocritus Id. I. v. 150. Ὡρᾶν πεπλύσθαι νιν ἐπὶ κράναισι δοκασεῖς. quod tentare non debebam. V. Hermanni Obseruationes ad Bucolica insertas nuperae editioni Sophoclis p. VIII. Argumentum Euripid. Med. φάρμακα πόλλ' ἕψουσ' ἐπὶ χρυσείοισι λέβησιν. Wolfius in Fragmentis Homericis v. 62. dedit ἐνὶ χρ. λ. Sophocles Aiac. v. 95. ἔβαψας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατῷ; Conf. not. ad Sophocl. Trachin. v. 371. T. II. p. 334. SCHAEF.

Pag. 289. *v.* 10. Scribe: πελειώματα (l. πελιώματα), ὥς δέ τινες, ὅτι ὀπῇ καὶ τρυπήμασιν ἐοίκασιν. Sic etiam Etymolog. Guelpherbyt., nisi quod πελιδνώματα pro πελιώματα dat. BAST.

Pag. 290. *not.* *). De loco citato Scholiorum ad Theocritum vide etiam Epistol. Critic. p. 244. BAST.

Pag. 292. *v.* 35. Ad corrigendum articulum Κυρβασία Etymolog. Guelpherb. et Paris. 2636. nihil conferunt. Posterius quidem caret toto articulo; prius dat θεοδώρι (τ), h. e. Θεοδώριτος pro Θεοδώριχος, finitque articulum verbo λέγει. BAST.

Ibid. not. **). Sic Brunckius Anal. Vol. III. p. 209.: „Γράφικος" (non Γραφικὸς) „est nomen pro„prium." BAST.

Pag. 299. *not.* 37. *extr.* Adde Epist. Crit. p. 162. sq. BAST.

Pag. 301. *not.* *) *v.* 9. *ab extr.* λιλαίεται. Leg. λιλαίετο. Grammaticus respexit Iliad. *T*, v. 76. BAST.

Pag. 303. *not.* 42. Quod commemorauit Schaeferus ταυτὰν (pro τὰν αὐταν), facit vt recorder ἐν ταὐτοῖς Libanii IV. p. 799, 94, quod item corruptum esse nemo negabit. Totus Sophistae locus hic est: Εἰ μὲν οὖν ἐφεῖτο γυναῖκα ἐπὶ βήματος λέ-

γειν, οἶκτος ἂν ἦν τὸ πᾶν τοῦ λόγου καὶ δάκρυα. νῦν δ᾽ ἐπειδὴ ἄλλος ἐν ταύτοις κατέχει τὸ βῆμα, ἐν οἷς μὲν τὰ τῆς μητρὸς παθαίνεται, τὸ πάθος ἐνδείξεται· ἐν οἷς δὲ ἄλλως ἀγωνίζεται, δριμύζεται τὰ οὐαγώνια. Cui non in mentem veniat, pro ἄλλος ἐν ταύτοις legendum esse ἄλλος ἀντ᾽ αὐτῆς? Vltima verba item manifesto corrupta sunt. Et οὐαγώνια quidem fortasse nihil est aliud quam error typothetae, qui dare debuit ἐναγώνια. Sed etiam δριμύζεται mihi videtur vitium contraxisse, cum ob praegressum ἐνδείξεται, non praesens, sed futurum exspectetur. Hac de causa, et quia litterae ξ et ζ toties confunduntur, corrigo δριμύξεται τὰ ἐναγ., arbitrorque, nisi certior accedat auctoritas, formam a Schneidero in ordinem ex hoc Libanii loco receptam δριμύζω (pro δριμύσσω) in Lexicis tolerari non posse. Bast.

Pag. 305. v. 14. ἌΤΕΡΟΣ. Leg. ἍΤΕΡΟΣ. Bast.

Pag. 312. not. 53. v. 4. ne pro βαρυτονούμεναι. Leg. ne pro βαρυτονούμενα. Bast.

Pag. 313. v. 12. in Capite περὶ τοῦ ἄλλος καὶ ἀλλοδαπός. Addo nunc, Codicem Apollonii in inscriptione non ἀλλοδαπὸς, sed ἀλλοδαπὴς habere. Eandem formam reperi in Apionis Glossis Homer. MSS. (v. Addenda ad p. 344.), vbi haec legas: Ξένον, τὸν ἀλλοδαπῆ καὶ ἔπηλυν, καὶ τὸν φίλον, καὶ τὸν ξενίζοντα καὶ τὸν ξενιζόμενον. Aristides Vol. I. p. 98. Iebb. τοσοῦτον δὲ πέφευγε τὴν ἀλλοδαπὴν καὶ βάρβαρον. Var. lect. Cod. Bar. 7. ἀλλοδαπῆ. Nomina in δαπὴς rara sunt, etsi bene graeca, inprimis παντοδαπὴς, quod Schneidero sine causa idonea videtur vox fidei dubiae. Sylburgius Ind. Etymolog. M. v. παντοδαπά: „περὶ „παντοδαποὺς ὕλης liber Fauorini 711, 48. vbi etiam „nota παντοδαποὺς pro παντοδαπῆς.“ Debebat citare etiam p. 204, 23. vbi haec leguntur: Βόλβιτον, τὴν παντοδαπῆ κόπρον. Seuerus Soph. in Leon. Allatii Excerpt. Var. p. 232. νῦν δὲ παντοδαπῆς φύσεως εὐπορῶν, ἀπορεῖν πρὸς τὸν ἀγῶνα παρέχει,

ἡμῖν. Codex Vatic. 356., quo Leo Allatius, vt puto, vsus est, dat παντοδαποῦς φύσεως. BAST.

Pag. 317. not. 59. v. 7. Canon. Leg. Conon. BAST.

Pag. 321. not. **) *v. 13.* Adde διχογραφέω, quo Lexica nostra carent. Vtitur hoc verbo Stephanus Byzant. v. Δώτιον. BAST.

Pag. 334. v. 9. ab extr. ἀγωγός. Corrig. ἀρωγός. BAST.

Pag. 342. Cum iis quae dixi super Etymolog. M. p. 774, 45. conf. Larcheri *Remarques crit. sur l' Etymol. M.* (*Mémoir. de l' Acad. des Inscript.* Tom. XLVII.) p. 111—113. BAST.

Pag. 343. v. 1. Koenii correctio ἀλιφθερώκει clare legitur in Codice Paris. 2654. BAST.

Ibid. v. 8. ab extr. Quem Moeridis articulum Schaeferus citauit, in eo Cod. SGerm. 345. recte dat Ὄστρια (non ὀστρία, vt habet Piersoni editio) διὰ τοῦ ῑ μακροῦ (ita Grammatici saepissime dicunt diphthongum ει) ἀττικοί· ὄστρεα (non ὀστρέα) Ἕλληνες. Conf. etiam Potter. ad Clement. Alexandr. Vol. I. p. 241. not. 9. BAST.

Pag. 344. not. *). Formam ὁμόδελφος firmat etiam sequens locus Lexici MS., quod possidet Museum Darmstadinum Serenissimi Principis, Magni Ducis Hassorum, quodque nunc ipsum versare mihi licet. Τὸ ᾱ πόσα σημαίνει ἐν τῇ συνθέσει; ιβ. δηλοῖ γὰρ στέρησιν, ὡς ἐν τῷ ἀληΐος, ἀκτήμων· λήϊον γὰρ τὸ χωράφιον, τὸ λαίον *) καὶ δρεπάνου δεόμεμενον, ἄκικυς, ἀθάνατος. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ὁμοῦ,

---

*) Librarius Codicis cum primum scripsisset λαλ, deinde correxit λαί. Λήϊον, pro quo Dores λαῖον, λᾷον dixerunt, (conf. p. 574. not. b.) vulgo explicant σιτοφόρον χωρίον. Apollonius Villois. p. 528. Ληϊβοτείρης, τῆς τὸ λήϊον, ὅ ἐστι σιτοφόρον χωρίον σπεδινὸν νεμομένη. Villoisonus: „Credo scriptum fuisse νεμομένης πεδινὸν, „et inuerso ordine τὸ τοῦ νεμομένης Sigma τῷ πεδινὸν „praefixum remansisse — vel pro σπεδινὸν legendum est „σπόριμον.“ Neutra ratione opus, sed legendum πεδι-

ὡς τὸ ἄκοιτις, ἄλοχος, ἀδελφός· ἴσον γὰρ τῷ ὁμόκοιτις, ὁμόλοχος, ὁμόδελφος, δελφὺς γὰρ ἡ μήτρα. δηλοῖ καὶ τὸ πολὺ, ὡς τὸ ἀχανὲς, ὅ ἐστι τὸ πολὺ κεχηνὸς, καὶ ἄξυλον τὸ πολύξυλον. δηλοῖ καὶ τὸ ἴσον, οἷον Διῒ μῆτιν ἀτάλαντον (Il. *B*, 169.) καὶ ἀτάλαντον Ἄρηϊ (Il. *E*, 576.). δηλοῖ δὲ καὶ τὸ συνεχὲς, ὡς παρ' Ὁμήρῳ· ἀζηχὲς μεμαυῖαι, ἀκούουσαι ὄπα ἀρνῶν (Il. *Δ*, 435.). δηλοῖ καὶ τὸ δυςειδὲς, ὡς ἐν τῷ ἄκνημος, ἀσκελὴς, καὶ τὸ κακὸν, ὡς ἄφωνος, ἄστομος, ἀπρόςωπος. δηλοῖ δὲ καὶ ἐπίῤῥημα σχετλιαστικὸν, καὶ ἐκπληκτικὸν, οἷον ἆ δειλὼ (Il. *P*, 443.) ἴσον τῷ, φεῦ ἄθλιοι, ὅπερ ἐκ παραλλήλου ὁ Ἀριστοφάνης γράφει· ἆ ἆ, τὴν

νὸν νεμομένης. *Πεδινὸν* quidem ipse Codex habet. Quod enim Villoisonus pro Sigma habuit *ταχυγραφικῶς* iuncto litterae insequenti Pi, nihil aliud est quam ductus initialis huius ipsius ϖ. Alia significatio vocis *λαῖον* apparet ex loco citato Lexici Darmstadini, vbi nemo dubitet esse synonymon vocis *δρέπανον*. Arguit id particula *καὶ*, quae in scriptis Grammaticorum saepissime est idem quod *ἤγουν*. Conf. e. c. Obseruat. Miscellan. Vol. IX. p. 108. Hanc significationem vocis *λαῖον* confirmat Phauorinus haec tradens: *Λήϊον, τὸ χωράφιον, τὸ λαίου δεόμενον. λαῖον δὲ τὸ δρέπανον.* Atque hac auctoritate, vt puto, nititur significatio nominis substantiui *λαῖον* in Lexico Hederici (Lips. 1788.) commemorata, *falx messoria*, quam cur Schneiderus omitteret, nihil causae fuit. Hoc quidem sensu *λαῖον* Atticistae posteriores videntur vsurpasse. Certe in Lexico Codicis Paris. 2720. sic inscripto: *Ὀνομάτων ἀττικῶν ἐκλογὴ κατὰ στοιχεῖον, οἷς οἱ δοκιμωτατοι τῶν Ἀττικιστῶν χρῶνται, καὶ πόσα σημαίνει ἔνια τῶν ὁμωνύμων ὀνοματων,* fol. 179. recto ad calcem litterae Lambda hos legi articulos: *Λαγνος ἐπ' ἀνδρῶν· μαχλὰς ἐπὶ γυναικῶν. Λαῖον, τὸ δρέπανον. Λογεὺς, ὁ λογογραφος.* Etiam vocem *λογεὺς* Schneiderus videtur parum cognitam habuisse. Reperi item in Cod. Vatic. Dionysii Thracis (Num. 14.) fol. 9. recto, vbi haec scripta sunt: *Γραμματικη ..... τέχνη ἐστὶ θεωρητικὴ τῶν παρὰ ποιηταῖς τε καὶ λογεῦσι.* Bast.

δᾷδα μὴ (l. μή μοι) πρόςφερε (Plut. v. 1052.), ψιλούμενον καὶ ὀξυνούμενον (l. ὀξυνόμενον s. ὀξυτονούμενον). θαυμαστικὸν δὲ δασύνεται, ὡς Ἀγαθίας ἐν ἐπιγράμμασιν· ἆ μέγα τολμήεις κηρὸς ἀνεπλάσατο. δασυνόμενον δὲ καὶ περισπώμενον δηλοῖ τὸ ὦ, ὡς τό· ἆ μὴ λέγε ὦ πόνηρος, (sic) ἔχ' ἥσυχος. δηλοῖ καὶ τὸ εἴθε. δηλοῖ καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ πολύ. εἰ δὲ ψιλωθείη περισπασθὲν, τὸ νῦν σημαίνει. *Prior* pars huius loci vsque ad verba ἆ δειλὼ, ἴσον τῷ φεῦ ἄθλιοι, videtur ex Apione sumta esse, cuius Γλῶσσαι Ὁμηρικαὶ (eaedem, opinor, quarum apographum e Codice Barocc. penes Ruhnkenium *) fuit) in eodem Codice Darmstadino reperiuntur. Certe his in Glossis eadem iterum leguntur, nisi quod Apion non habet verba ἀκτήμων — δεόμενον, et pro ὁμόλοχος, qua voce, pro ἄλοχος dicta, Lexica nostra carent, dat ὁμόλεχος, etiam Apollonio Villois. p. 108. vsurpatum ac sine iusta causa Schneidero visum dubiae fidei. Quod idem Apollonius p. 2. habet ἰσολεχὴς, Lexicographi prorsus neglexerunt. *Altera* pars vsque ad finem comparari potest cum Suida, qui tamen Iambum ἆ, μὴ λέγ', ὦ πόνηρε, ταῦτ'. ἔχ' ἥσυχος (Aristophan. Plut. v. 127.) omisit. — Codex ille Musei Darmstadini, complectens plura scripta argumenti grammatici, in quibus est etiam epitome Orionis Thebani Etymol., cum viris doctis hucusque ignotus fuerit, mox spero me accuratius et copiosius de eo acturum esse. Bast.

Pag. 346. Articulus ἀεὶ reperitur etiam in Codicibus Guelpherb. et Paris. 2636., sed scripturae varietate nulla, quae quidem grauioris momenti sit.**) Pro συντεθέντα v. 24. Guelpherb. dat συντεθειμένα, sed Paris σύνθετα. Bast.

Pag. 347. v. 1. Guelpherb. recte habet αἰ̈ παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι pro ἀεὶ π. τ. Α. Deinde v. 3. Paris. 2636. dat καὶ παρὰ τοῖς βοιωτοῖς διὰ τοῦ ῑ καὶ η̄

---

*) V. praefat. ad Hesych. Vol. II. p. V. Bast.

**) Add. Heyn. ad Homer. Il. T. VI. p. 638. Conf. Hermann. praefat. ad Euripid. Hercul. fur. p. III. Schaef.

ε
γράφονται, καὶ παρὰ τοῖς ταραντίνοις διὰ τῆς ται (leg. αι) καὶ τοῦ η. Guelpherbytanus, omittens verba καὶ παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς δὲ διὰ τοῦ ι καὶ η, dat haec: ἐξ οὗ καὶ ἀΐδιος διὰ τοῦ ἰῶτα, παρὰ τοῖς Ταραντίνοις διὰ τῆς αι διφθόγγου καὶ τοῦ η. In reliquis Guelpherbytanus nihil ostendit diuersitatis. In Paris. 2636. finitur articulus verbis παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν. BAST.

Pag. 348. not. k. Apollonius Dyscolus ἀΐδιος non habet pro voce composita ex ἀεὶ et διὼν (a δίειμι), sed, quod multo probabilius et verius, deriuat a solo aduerbio ἀεί. Sic enim in libro περὶ ἐπιῤῥημ. disputat: ὃν τρόπον τῷ ὄπισθεν τὸ ὀπισθίδιος παράκειται, ἔμπροσθεν ἐμπροσθίδιος, μαψίδιος, ἀΐδιος (h. e. quemadmodum a μαψ deriuatur μαψιδιος, ab ἀεὶ ἀΐδιος)· οὕτω παρὰ τὸ ῥέα κ. τ. λ. — De noto illo διέσῃ in Xenophont. Memor. II, 1, 24., vt ad locum hunc constituendum pro virili parte aliquid conferam, obiter moneo, scripturae varietates δεήσῃ, δεήσεις ad ipsam scriptoris manum fortasse perducere posse. Scilicet, si rationem habeas pronuntiationis recentiorum Graecorum, haec verba solo ε discrepant a διοίσῃ, διοίσεις, quorum hoc est synonymum antecedentis διαβιώσῃ, idemque significat, quod Valckenarianum διαιτήσῃ vel διάξεις, cui Schneiderus satis audacter in textu locum concessit. Schneiderus in Lexico Gr. Germ. v. διαφέρω: „Διοίσεται „*und* διοίσει, *verstanden* τον βιον, *wie* διαγω, *per-* „*agere vitam, sein Leben zubringen, Soph Aiac.* „512. *Eurip. Rhes.* 600 *u.* 982" De vsu medii διοισεται adhuc dubites. Lobeckius ad Soph. Aiac. p. 298.: „Σοῦ διοισεται μόνος. Τον αἰῶνα subin- „telligendum esse monet Musgrauius, nec aliter cen- „suisse videntur Suidas et Hesychius, cuius glossa „Διοίσεται, διάξει, βιώσεται ex hoc nostro loco de- „riuata est . . . Neque verō διοισεται ita dicitur, „sed διοίσει, διάξει." Sed actiuum Xenophonteo loco perquam accommodatum foret, satisque prope

accederet ad varietatem scripturae ante memoratam. Sin quis διέσῃ e Valckenariano διαιτήσῃ deducere velit, confugiat oportet ad pronuntiationem diphthongi $\overline{αι}$ tanquam litterae $\bar{ε}$ adque omissionem syllabae intermediae (conf. p. 560.): διαιτήσῃ, διετήσῃ, διέσῃ. Ita genuinam scripturam corrumpi potuisse, nemo negabit. Bast.

Pag. 349. In articulo ἐνεκότουν sumto ex Etymolog. Paris. 2630. verba δευτέρα συζυγία accommodate seriei orationis mutanda censui in πρώτη συζ. Sed ex Etymologicis Sorbon., Guelpherb. et Paris. 2636. apparet, textum Parisini 2630. mancum esse, et pro ἔστι δὲ πρώτη συζυγία τῶν περισπωμένων (scil. κοτέω) oportere legi ἔστι δὲ καὶ δευτέρας συζυγίας τῶν περισπωμένων, κοτῶ κοτᾷς. Bast.

Pag. 352. not. 4. ἀποσπσαμάτια. Leg. ἀποσπασμάτια. Bast.

Pag. 361. v. paenult. Coray ad Plutarch. Vol. II. p. 414. haec notauit: τῆς θύρας τὸν κρίκον ἡ συνήθεια κρικίλλιον καὶ κιρκέλλιον, καὶ κουρκέλλιον καὶ κρουκέλλιον οὐδετέρως καλεῖ. Itaque Graeca lingua habuerit oportet voces κρίκιλλος, κίρκελλος κ. τ. λ., quarum deminutiua sunt neutra citata. Bast.

Pag. 366. not. 24. v. 4. Abreschius fallitur ad Cattier. p. 102. notans haec: „Comparatiuum αὐ„τότερος nusquam exstare puto.“ Neque minus errat ibid. superlatiuum οἴκτιςος reiiciens probansque pro eo adiectiuum verbale οἰκτιςός. Nam proparoxytonum οἴκτιςος tuentur partim Codices (conf. e. c. supra p. 360.), partim manifestum testimonium Grammaticorum, e. c. Pseudoherodiani Epimer. MSS. sic tradentis: τὰ διὰ τοῦ $\overline{ιστος}$ προπαροξύτονα διὰ τοῦ $\bar{ι}$ γράφονται, οἷον ἄριστος, βέλτιστος, χείριστος, ἔχθιστος, οἴκτιστος καὶ τὰ λοιπά. Vt οἴκτιςος, ita Graeci dixerunt ὄλβιστος, quod propterea cito, quia in Lexicis nostris frustra quaeritur. Antipater Sidon. epigr. LXXXV, 9. ἔλθοι ἐς ὀλβίστην ἱερὴν τρίχα. Iulianus Caesar. p. 319. B. τέλος ὀλβίστης θέμενοι βιοτῆς. Bast.

Meleager II. v. 11. ὀλβίστη νήσων ἱερὰ Τύρος. Idem XI. v. 7. ὀλβίστη Μεροπων ἱερὰ πόλις. Alcaeus Messen. VII. v. 7. ὀλβίστη νήσων πόντῳ Ἴος. Paulus Silent. LXXVI. v. 3. s. τεὴ δ', ὄλβιστε, σιωπὴ Νῦν στυγερὴ τελέθει. Macedonius XXVIII b. v. 4. ὀλβίστην ἀντιδιδοῦσα χάριν. Idem XXXII. extr. ἄστεσιν ὀλβίστοις εὗρε μεγαιρομένην. Add. Ruhnken. Epist. Crit. p. 167. Obiter Lexicis accedant etiam haec· Ὀλβήεις. Manetho IV. v. 100. πλοῦτόν τ' ὀλβήεντα δόμους τ' εὐδαίμονας ἔρδει. Ὀλβομέλαθρος. Idem ibid. v. 504. βαθυχρήμονες, ὀλβομέλαθροι. Ὀλβονομεῖν, quo verbo vtitur idem ibid. v. 581. SCHAEF.

Pag. 367. not. 27. v. 6. Ἦμος ὅτι. Leg. Ἦμος ὅτε. BAST.

Pag. 369. v. 17. Eandem particulam Theocriti Idyll. V. v. 30. restituit Volgerus ad Sapphus Carm. p. 7. sic corrigens: τυΐδ' ὁ τράγος οὗτος ἔρισδε. SCHAEF.

Pag. 372. not. 34. v. 9. Aristoteles Hist. Anim. IX. c. 21. (al. 30.) in. Οἱ δ' ἄποδες, οὓς καλοῦσί τινες κυψέλλους. Mox: Οὗτοι νεοττεύουσιν ἐν κυψελλίσιν. Schneiderus ad h. l. p. 137.: „Med. κυ-„ψέλους. Deinde κυψελίσιν. — Hesychius: κύψελος, „ὄρνις ποιὸς, ὅμοιος χελιδόνι." Plinius 10. s. 55. paullo post citatus a Schneidero: *cypselli appellantur.* SCHAEF.

Pag. 376. v. 6. ab extr. Eodem modo inter πλοίοις et πλοίοισιν libri fluctuantur in Psephismate dorico Byzantiorum ap. Demosthen. de cor. c. 71. Xenophon Cyrop. I. 1. 2. πᾶσι τοῖς ἄλλοις. Schneiderus: „τοῖς ἄλλοισι Altorf." V. idem vir doctissimus ad Aristotel. Hist. Anim. T. I. p. 383. SCHAEF.

*Pag. 378. not. *) v. 5.* Pro ἀθρεῖον δὲ Codex Paris. 2636. per nouam corruptelam dat ἀθρεῖοι δέ. BAST.

Pag. 388. v. 14. κύνες κοῦνες. Secundum Hermannum de emend. gr. gr. p. 7. scribendum cum acuto in paenultima, κούνες. BAST.

Ibid. v. 19. Conf. Excerpta Apollonii Dysc. p. 560. Sturz. Βοιωτοὶ μετὰ φθογγοτόνου, οὗμες δὲ κομισθέντες. Κόριννα ἔπτ' ἐπὶ Θήβαις. Φθογ-

γοτόνου, de quo Sturzius nihil notauit, vox nihili est. Censor Ienensis editionis Sturzianae Maittairii (l. c.) legendum censet *μετὰ διφθόγγου τοῦ ου*. At sic non loquuntur Grammatici, sed *μετὰ τῆς ου διφθόγγου*. Codex habet *μετὰ φθόγγου* *) *τοῦ ο*, quomodo restituendum est. Bast.

Ibid. not. *). Suidas *Λάκτιν* interpretatur *τὴν λεγομένην κώταλιν, τορύνην, ὅ ἐστι ζωμήρυσιν*. Albertio ad Hesychium l. c. vox *κώταλιν* corrupta videtur e *σκυτάλην*. E contrario Larcherus (*Remarques Crit. sur l' Etymol. M.* p. 208.) in Etymolog. ex Eustathio *κώταλιν* pro *σκυτάλην* legendum censet. Eiusdem sententiae Ducangius est in Glossar. Gr., vbi *κώταλις*, serioris Graecitatis vox, vertitur *tudicula, cochlear maius*. Itaque non assentior Schneidero in Lex. Gr. German. haec scribenti: „*Κωταλὶς, ἡ, tudicula*, Eustath. *soll wohl* „*κωπαλὶς von κώπη heissen.*“ Bast.

Pag. 390. not. 58. Conf. etiam Apollonius Dysc. *περὶ ἀντωνυμίας*, v. *ὅς*, vbi haec traduntur: *ἡ κατ᾽ ἀρχὴν δασεῖα (τῆς οὗτος) τὴν διὰ τοῦ τ γραφὴν μαρτυρεῖ. ἡ γὰρ ἡ ου δίφθογγος* (aut dele alterum *ἡ*, aut scribe *ἡ γὰρ δίφθογγος ἡ ου*) *κατ᾽ ἀρχὰς τιθεμένη ψιλοῦται, οὐδαμὸς, οὐρανὸς, ὥστε καὶ τὸ ὅλον οὗλον ψιλῶς λέγεσθαι καὶ ἔτι τὸν ὅρον οὗρον* (conf. *περὶ συντάξεως* l. II. p. 117, 11.), *καὶ οὐκ ἀντέκειτο τὸ οὕνεκα, ἐπεὶ ὅσα τὸ τ προςλαμβάνει, ταῦτα ἀφαιρέσει τοῦ τ δασύνεται, τόσος ὅσος, τηλίκος ἡλίκος, καὶ ἐπεὶ τούνεκα οὕνεκα δασέως*. De vltimo hoc *ουνεκα*, eiusque differentia ab *ἕνεκα* s. *εἵνεκα*, quam etiam Ammonius commemorat, Apollonius, id quod obiter monere iuuat, multis agit in libro *περὶ συνδέσμων*. Inter alia habet haec: *ἐπίμεμπτοι* **) *οὖν οἱ τὰς τάξεις*

---

*) i. e. *μετὰ φωνήεντος*, de quo vsu vocis *φθόγγος* Lexica nostra tacent. Schaef.

**) *Ἐπίμεμπτος* Schneidero visum dubiae fidei. Fru-

παρασυγχέοντες *), *ὧν ἐστι Καλλίμαχος. οιδενεκευρυνομητιτηνιασ, εινεκεν ουχεναεισμα* (sic). *φέρεται γὰρ ὁ σύνδεσμος ἐπὶ τὸ ἤνυσα, καὶ δέον τῷ οὕνεκα καταχρήσασθαι.* Duo hic leguntur *ἀποσπασμάτια* Callimachi. Prius, quod in editione Ernestii frustra quaesiui, sic mihi videtur legendum: *οἱ δ', ἕνεκ' Εὐρυνόμη Τιτηνιὰς, illi vero, quoniam Eurynome Titania.* Posterius, *εἵνεκεν οὐχ ἓν ἄεισμα*, Ernestiana editio habet p. 539., vbi ex Ammonio sumtum est. Ex iis, quae Apollonius addit, intelligitur, in Callimachi contextu post sequutum esse verbum *ἤνυσα.* *Ἄλεισμα*, quod Codices Ammonii dant, Bentleio iure visum est vox nihili. Qui quod emendauit *ἄεισμα*, Codex Apollonii confirmat. BAST.

Pag. 392. v. paenult. συνοικῆσαι τινὶ. Scrib. *συνοικῆσαί τινι.* BAST.

Pag. 393. v. 9. ab extr. παραγωνῆς. Corr. *παραγωγῆς.* BAST.

Pag. 400. not. 76. v. 3. Sic Pythagoreum *Εὐρύφαμον* latine dicere malim *Euryphemum*, quam, quomodo vulgo dicunt, *Euryphamum.* Theocriti *Πολύφαμον* quis latine dicat *Polyphamum?* SCHAEF.

Pag. 406. not. *). Verissime Schaeferus scripsit *ἄγεν* pro *ἄγε.* Hoc *ἄγεν* habet etiam Antimachus (Excerpt. Apollon. Sturz. p. 559.): *Ἀσπασίως τέ σφω ἄγεν οἴκαδε*, pro quo in Antimach. Schellenb. p. 57. perperam editum est *ἀσπ. δέ σφω ἄ. ο.* BAST.

Pag. 413. not. v. 13. Articulus *Κένανδρον*, *κενὸν ἄνδρα*, occurrit etiam in Lex. SGerm. rhet. soph. BAST.

Pag. 414. not. 99. Quod conieci *ἀκάνθιον* pro *ἀκάντιον*, legitur in Grammat. Meermann. p. 649. BAST.

Pag. 417. v. 10. σιγκιρνῶνται. Lege *συγκιρνῶνται.* BAST.

---

stra. Vtitur hoc adiectiuo etiam Scholiastes ad Sophocl. Trachin. v. 446. *Ἐπιμεμφής*, de quo Schneiderus non mitius iudicat, habet Tullius Geminus Epigr. II. v. 3. SCHAEF.

*) *Παρασυγχεῖν* adde Lexicis. SCHAEF.

Pag. 444. not. 44. v. 5. Grammaticus Marchicus videtur secutus Etymolog. M., vbi p. 373, 33. legitur hic articulus: *Ἐρίηρ, εὐάρμοστος.* Bast.

Pag. 453. not. 65. v. 12. τοῦ Κύρου νέκυν. Leg. τὸν Κ. ν. Bast.

Pag. 454. v. 1. ὢν γὰρ ἦν] Nihil Koenius de his verbis. Suspicor οὐ γὰρ ἔην *), ex Homer. Il. *B*, 687.

οὐ γὰρ ἔην, ὅςτις σφὶν ἐπὶ στίχας ἡγήσαιτο.

Ceterum πρόςθεσις illa litterae ε̄ facit, vt meminerim huius loci in Excerpt. Apollon. Dysc. p. 566.: Τὸ σφέας εἰ εἶξεν χώρας. παρ' Ἀλκμᾶνι. τὸ ε̄ πλεονάζει. εἴρηται γὰρ ὡς τὸ, ἤτοι γὰρ πάτερ' ἀμόν. ἴσον ἐστὶν τῷ ἡμέτερον. Codex non habet εἰ εἶξεν, sed σφεασεειξεν. Totum locum sic lego: Τὸ σφεᾶς ἔειξε χώρας (i. e. ὑπεχώρησε χώρας σφετέρας) παρ' Ἀλκμᾶνι τὸ ε̄ πλεονάζει. σφεᾶς positum est pro σφᾶς (σφῆς). Agitur enim de pronominibus κτητικοῖς. εἴρηται (γὰρ in Codice deletum est, ideoque debet omitti) ὡς τὸ, ἤτοι γὰρ πατέρ' ἀμὸν (Il. *Z*, 414.), vbi ἀμὸς dictum est pro ἡμέτερος, quemadmodum in Alcmane σφὸς pro σφέτερος. Hic sensus loci est. In verba sequentia Alcmanis (p. 567.), quae Sturzius non tetigit, πάλιν δὲ (Cod. δὴ) ὁ Ἀλκμὰν τὸ σφέας (l. σφεᾶς) ἀντὶ ἑνικοῦ ἔταξεν, καὶ τὸ σφοις ἀδελφιδεοις κάραν ל φόνον, adeo hebraica littera irrepsit. Quis non miretur tam crassam eius qui Codicem primus legit inscitiam? Scilicet quod illi visum est hebraicum ל, nihil est aliud quam vulgaris nota tachygraphica particulae καί. Igitur haec quinque verba lego sic: σφοῖς ἀδελφιδέοις κᾶρα καὶ φόνον (*mortem et necem*). Κᾶρα accusatiuus est substantiui κὴρ, pro κῆρα. Hesychius: Κὰρ, θάνατος. Bast.

Pag. 455. v. 16. pro βράταχος. Nisi me omnia fallunt, Koenius scribere voluit *pro* βάτραχος. Bast.

---

*) Vulgatam in Gregorio scripturam non solicitem. Sensus: *sic enim dictum est pro* ὤν. Schaef.

Ibid. not.) v. 3.* Odyss. *N.* 352. Leg. Odyss. *Ξ*. 352. BAST.

Pag. 456. not.) v. 6. ab extr.* Ruhnkenius praefat. ad Hesych. Vol. II. p. VII. eundem Orionis locum citat, Codicis scripturam *ἐπισχίσματος* non mutans in *ἐπισχίσματα*, sed in *ἐπὶ σχίσματος*. BAST.

Pag. 466. v. vlt. *βαρύνονται.* Leg. *βαρύνεται.* BAST.

Pag. 470. v. 30. Sturzius etiam Censori suo (l. c.) verba sine dubio sanissima, *ἐπιθανεύσαντο εἰςηγούμενοι*, vitii suspecta fecit. Censori illi legendum videtur *ἐπιθύνουσι τῷ εἰς ἡγούμενοι.* BAST.

Pag. 476. not. 15. v. 5. In loco citato Lexicographi Hermanniani Codex Paris. 2720. dat, quod mihi tum placuit, *ὄρνεις*. Sed formâ alterâ, *ὄρνις*, etiam Grammatici saepius vtuntur. Scholiastes ineditus ad Synesium, citatus a Boissonado ad Eunap. p. 213. sq.: *Τηλία, κοσκυνιγυρῳ* (Boissonadus e Schol. Doruill. ad Aristophan. Plut. v. 1038. corrigit *κοσκινογύρῳ*). *τηλία, τράπεζα, ἐφ' ἧς ἐκύβευον, καὶ τὰς* (Boisson. *τους*) *ὄρνις πυκτεύειν οἱ κυβεύοντες παρεσκεύαζον.* BAST.

*Pag. 495. not.**) v. 11. ab extr.* Haec significatio nominis *ἦθος* locum habuit etiam in adiectivo *εὐήθης*. Hesychius: *Εὐήθης γυνή· καλὰς ὑπ' αὐτὸ* (sic) *ἔχουσα διατριβάς.* vbi ad verba *ὑπ' αὐτὸ* nemo non offendat. Toupius ad Longin. p. 303. corrigit *ὑπ' ἄστυ.* Hemsterhusio placet *ὑπαίθρους.* Mihi in mentem venit *ὑπ' ἄντρον*, vt de *καλαῖς διατριβαῖς ὑπάντροις* (non *sub* specu, sed *in* specu) sermo sit. Sed hanc coniecturam non magis ego, quam Hemsterhusius suam, praestiterim. BAST.

Pag. 496. not. 58. v. 9. *Ἐπικρότως.* Leg. *Ἐπικότως.* BAST.

Pag. 506. not. 80. Compendii $\overset{\lambda}{\text{φι}}$ significantis nomen proprium *Φιλόξενος* scriba Etymologici Paris. 2636. exemplum habet v. *κορυφή*, vbi haec leguntur: *ὁ δὲ* $\overset{\lambda}{\text{φι}}$ *ἐν τῷ περὶ διαλέκτων λέγει κ. τ. λ.* Secunda manus, corrigens illa, superscripsit *ὁ δὲ Φι-*

λόξενος ἐν τῷ περὶ Ἰάδος διαλέκτου λ. Conf. Etymolog. M. p. 531, 13. BAST.

Ibid. not. *). Praeter ἄφοδος, ἄφοδον, ἀφόδιον Graeci etiam ἀφοδία videntur dixisse, vt dixerunt τριοδος et τριοδία. Certe Orion Theb. MS. (quem exscripsit Etymolog. Sorbon.): Ἀφορδία, ὁ εἰς τὰ ἀποπατεῖν τόπος, πλεονασμῷ τοῦ ρ̄, ἀφοδία καὶ ἀφορδία. In Etymolog. M. v. ἀφόρδιον extremo articulo legitur ἢ ἀφοδιὰ καὶ ἀφορδιὰ, vbi Parisinus Codex dat ἀφόδια καὶ ἀφόρδια. Conf. Schol. ad Nicandri Ther. v. 962. ἀφόρδια, τὰ σκύβαλα. BAST.

Pag. 507. not. 84. Qui citatur articulus Etymologici Paris. 2630., integrum, vt ibi scriptus est, hic apponam: Ἄρδις, ἡ ἀκὶς τοῦ βέλους. οὕτω Καλλίμαχος· ἀλλ' ἀποτόξου ἀργύπο(λ) κῦνες αὐτὸς ὁ τοξευτὴς ἄρδιν ἔχων ἑτέρου. Ἀκὶς pro ἀκὴ, quod legitur in edito Etymologico (conf. Commentat. Palaeograph. litt. *Eta*), et ἑτέρου pro ἑτέραν habent etiam Etymologica Sorbon., Guelpherb. et Paris. 2636. Verba ἀργύπο(λ) κῦνες, pro quibus Corrector Codicis 2636., vt etiam Schaeferus corrigit, scripsit ἀργίποδες κύνες, bene desunt in Codicibus Sorbon. et Guelpherb., quippe loco inepto inserta. Debebant enim articulum facere peculiarem, sic fere scriptum: Ἀργίποδες κύνες, ταχεῖς ἢ λευκόποδες. — In loco Suidae, quem citauit Koenius, Codex SGerm. 177. dat Ἄρδιν, ἀκίδα, βέλος, pro Ἄ., ἀκίδα βέλους. BAST.

Pag. 508. not. 88. v. 7. Quod Schaefero in Glossis Herodot. legere placuit κωνώπια pro κωνωπεῖα, reperitur tam in Franzii editione p. 618., quam in Codice SGerm. 345. BAST.

Pag. 522. not. 25. In pluribus nominibus quae in βας desinunt, cuiusmodi sunt ὀκρίβας, κιλλίβας, νυμφόβας (ὁ ταῖς νύμφαις ἐπιβαίνων), alia, βας illud finale non simplex est κατάληξις, sed ipsius pars compositionis, quippe deriuandum a verbo βαίνω. Itaque βαρίβας tantum abest vt analogiae repugnet,

vt, si expendas Grammatici interpretationem, facillime defendi posse fatearis. Ceterum Sophoclis *βαρίβαν* fortasse dictum per metaplasmum pro *βαρίβαντα*. BAST.

Pag. 524. not. 29. v. 2. paleographiae. Leg. palaeographiae. BAST.

Pag. 533. v. 26. *εἰόκε*. Leg. *εἰςόκε*. BAST.

Pag. 541. v. 10. Post *malit* adde: vt in Scholiasta Platonis p. 250. scriptum reperitur. BAST.

Ibid. not. *) *v. 6.* Quam praetulerunt formam *κροκὺς* alteri *κροκὶς* in Aristophanis fragmento LXXXV. e Suida sumto, eam Codex SGerm. 345. confirmat. Hic enim liber non solum in Lex. rhet. soph., vbi idem locus qui in Suida legitur, dat *Ἀφαιρεῖν κροκύδας*, et post *καὶ τὰς κροκύδας ἀφαιρῶν*, sed etiam in Phrynichi *Προπαρ. Σοφ.*: *Ἀφαιρεῖν κροκύδας. λίαν ἠττίκισται καὶ τίθεται ἐπὶ τῶν πάντα ποιούντων διὰ κολακείαν, ὥςτε καὶ παρεπομένους ἀφαιρεῖν κροκύδας τῆς ἐσθῆτος ἢ κάρφος τὶ τῆς κεφαλῆς ἢ τοὺ γενείου. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης ἀφαίρει τρίχας φησὶ ἐπί τινος κολακεύειν ἐπιχειροῦντος.* BAST.

Pag. 542. not. 76. v. 9. le βουκυδίων. Leg. *le βοκυδίων.* BAST.

Pag. 569. v. 4. ab extr. Snidam. Leg. Suidam. BAST.

Pag. 570. not. 56. v. 9. Anti-Atticista SGerm. MS. *Ἁμαρτωλία· Ἀριστοφάνης εἰρήνη· Εὔπολις μαρικᾷ.* Grammatico obuersabatur v. 415. *Εἰρήνης* Aristophanis, vbi poëta voce *ἁρματωλια* vtitur respiciens *ἁμαρτωλία*. BAST.

Pag. 572. not. 63. v. 8. sq. Cl. Alberti ad vocem *Βρεδανίζει*. Adde: et in Addendis ad Tom. I. p. 760, 12. BAST.

Pag. 573. not. a) v. 3. παρ' ἐνεστῶτος. Leg. *παρ' ἐνεστῶτας*. BAST.

Ibid. adde hanc notam, referendam illam ad pronomen indefinitum *τι*, quod legitur medium in his Apollonii verbis, *ἦν τι ῥεΐδιος:*

aa) Hic vsus pronominis indefiniti *τι* Grammaticorum est proprius, dignusque, quem aduertamus,

quandoquidem editores hoc τι passim non intelligentes temere solicitarunt. Excerpta Apollonii p. 571. Sturz. ἔφαμεν δὲ ἐν ἑτέροις καὶ παρὰ τὸ νέος νέαν ⋮τϊ⋮ ην (sic legitur) ἀφ' οὗ τὸ νεανίσκος καὶ νεανίας. Καὶ παρὰ τὸ ἔτης οὖν γενήσεται τι ἐταν οὐ τὸ κλιτϊκον ὁμόφωνον. Sturzio legere placet παρὰ τὸ νέος, νεὰν, νεᾶνις, idque praeeunte Etymolog. p. 599, 14. At Etymologicum M. non dicit παρὰ τὸ νέος γίνεται νεὰν, νεᾶνις, sed hoc νεᾶνις legitur post νεανιας καὶ νεανίσκος. Textus Apollonii, etsi foedatus congerie illa punctorum, quorum in ipso Codice nullum vestigium apparet, sanissimus est. παρὰ τὸ νέος νεάν τι ἦν, h. e. *e* νέος *ortum est certum quoddam* νεάν. Ad eandem rationem paullo post: καὶ παρὰ τὸ ἔτης οὖν γενήσεταί τι ἐτὰν, οὗ τὸ κλητικὸν ὁμόφωνον, vbi Sturzius perperam corrigit τὸ ἐτάν. Idem τι alii Grammatici vsurpant. Scholiastes Ven. ad Hom. Il. *B*, 155. ἔστιν οὖν τι μόρος, ὃ συντεθὲν γίνεται ὑπέρμορος. Idem Scholiastes ad Il. *Δ*, 80. χέρηϊ, ὡς Ἄρηϊ. γέγονε δὲ οὕτως. ἐστι τι χερειονος γενικῆ· καὶ αἰτιατικη· χερειονα περ καταπέφνων. Sic Villoisonus. Corrig. e Cod. ἔστι τι χερείονος, γενικὴ, καὶ αἰτιατικὴ χερείονά περ καταπέφνων, i. e. *atque* αἰτιατικὴ χερειονα *in loco* χερ. π. καταπ. (Il. *P*, 539.). Sic Grammatici breuiter loqui solent. V. infra p. 583. Finis huius Scholii item corruptus est apud Villoisonum, qui sic dedit: τοῦτον τὸν τρόπον καὶ χερείονι χέρεϊ. Lege, vt Codex habet: τ. τ. τρ. καὶ τὴν χερείονι χέρειϊ (συγκόψας ἔφη). Iam patet sensus sequentium: καὶ ἐπεὶ κακόφωνόν ἐστι, τροπὴ ἐγένετο τῆς ει διφθόγγου εἰς τὸ η. Conf. Etymolog. M. v. χέρηϊ, qui vsus est Scholiasta Veneto. — Pro neutro τι passim legitur masculinum τις. Sic Apollonius Excerpt. l. c. Ἔστιν οὖν τρισμέγιστος, καὶ παρὰ τοῦτο μεγιστὰν, ξυνός τε καὶ ξυνάν. Non male Sturzius: „Malim sim„plex μέγιστος." At τρις non totum abiiciendum est, sed solum ρ: ἔστιν οὖν τις μέγιστος. Sic Codex MS., quem sequi decet. Bast.

Addito *ὄνομα* Apollonius loco ad Gregor. p. 573. citato: *καὶ ὃν τρόπον ἦν τι πάλιν ὄνομα τὸ λήϊος.* SCHAEF.

Pag. 575. not. f) v. 15. *ἅμα καρσ᾽ ἐκεῖνος.* Censor editionis Sturzianae Maittairii (l. c.): „*Im Beyspiele des Alkman muss mit zurückgezogenem Accent κάρσ᾽* (sic) *geschrieben werden.*" Vellem hoc *κάρσ᾽* interpretatus esset. BAST.

Ibid. not. g) v. 2. Dele verba: voluit, opinor, *πηδάλια.* BAST.

Ibid. v. extr. Post *καρφὶ* p. 598. accedant haec: Codex quidam Parisinus Lexici *περὶ πνευμ.* deinde dat *ἠλωμένος*, nullâ adiunctâ interpretatione. Ruhnkenius ad Xenophont. Memor. II, 6, 22.: „*ἠλωμένοι*, quod participium (scil. ab *ἁλίσκω* deriuatum) Graecis inauditum puto*)." Sed ab *ἠλόω* deriuatum *ἠλωμένος* bene graecum est. Schol. Ven. ad Homer. Il. *N*, 588. *πτύον δέ ἐστιν, ἐν ᾧ τὰ ἠλωμενα γεννηματα ανα βάλλουσι.* Sic Villoisonus. Quid *ἠλωμένα* h. l. significet, nemo facile dicat. Corrig. *τὰ ἠλοημένα γεννήματα* (*fruges tribulis extritas*) *ἀναβάλλουσι*, hoc quidem praeeunte Codice. BAST.

Pag. 582. not. 74. v. 18. Censor Sturzianae editionis Maittairii l. c.: „*Es scheinen zwey Beyspiele der Sappho angeführt zu seyn: Ἐμέθεν δ᾽ ἔχεισθα λάθαν. ἔτι δ᾽* (sic, vt videtur, legere vult pro *ἤ τινα*)· *Ἄλλον ἀνθρώπων ἐμέθεν φίλησθα. Beyde Bruchstücke sind in verschiedenem Rhythmus geschrieben; jenes im Versmaase von δύναμαι κρέκειν τὸν ἱστὸν, dieses im gewöhnlichen sapphischen Rhythmus.*" BAST.

Pag. 584. v. 6. ab extr. Dele *δὲ* inter *δύναται* et *καί*. BAST.

Pag. 585. v. 13. ab extr. Inter *ἀγορητὴς* et *θηλυκὸν* insere *καί*. BAST.

*Pag. 586. not. **) v. 11.* *τροπὴ δὲ.* Leg. *τροπῇ δὲ.* BAST.

---

*) *Ἀλωθῆναι* legi in Eclogis ex Diodoro Sic. T. II. p. 490, 23. SCHAEF.

Ibid. v. 13. κατὰ γλῶσσαν, i. e. κατὰ διάλεκτον. Eodem modo citatus in Addend. ad p. 94. Basilius MS. Schol. in Gregor. Nazianz. (ἐπιταφ. εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον p. 101. ed. Basil.) vocem κατεγλωττισμένον sic interpretans: κατηττικισμένον, κατὰ τὰς διαλέκτους τῶν Ἑλλήνων ἐκφερόμενον. γλώττας γὰρ τὰς διαλέκτους ὀνομάζουσιν. Verbo καταττικίζειν Lexica carent. BAST.

Pag. 593. v. 30. Ipse Lennepius hanc coniecturam cum viris doctis nuper communicauit in Specimine primo Exercitationum Amstelaedamensium p. 17. sq. BAST.

Pag. 600. not. *). Aeolicum ὀνίαις pro ἀνίας in memoriam mihi reuocat aliud Alcaei fragmentum in Apollonii Excerptis p. 554. Sturz., vbi haec legas: καὶ ἔτι ὁμοίως παρὰ τῷ αὐτῷ Ἀλκαίῳ ἐν Ἐκδόμῳ (scrib. ἐν ἑβδόμῳ. Conf. Epist. Crit. p. 93.)· Σὺ δ' εαυτῳ τομαις ἔσῃ. Corrigo σὺ δὲ σαυτῷ τομίαις (pro ταμίας) ἔσῃ. Emendationem δὲ σαυτῷ pro δ' ἑαυτῷ, quam tota series orationis necessario poscit, Codex confirmat. In τομίαις incidit etiam Censor saepius citatus Maittairii Sturziani. BAST.

Pag. 604. not. 14. v. 6. τὸ τύψεια τύψεια. Corrig. τὸ τύψαιμι τύψεια. BAST.

Pag. 605. not. 18. v. 12. sq. Etymolog. Paris. 2636. pro verbis citatis habet haec: καθόλου δὲ τὰ ἔχοντα τὸ ε̄ ἐγκείμενον ἐν τοῖς ῥήμασιν, ἔχουσι τὸ ο̄ ἀντιπαρακείμενον ἐν τοῖς ὀνόμασιν. BAST.

Pag. 606. not. 18. v. 10. et 11. Verba Φιλόξενος vsque ad μάγοιρος hîc loco non suo posita videntur. Carent iis Codices 2630. et 2636., in quibus Codicibus alium locum occupant, scilicet v. Μάϊος, quem articulum, mihi perquam obscurum, hîc adiungam, si forte ab alio Interprete lucem nanciscatur: Μάϊος. Φιλόξενος δὲ λέγει, ὅτι παρὰ Αἰολεῦσιν ἡ γραφὴ διὰ τοῦ ι. ἔστι δὲ μάγειρος (Guelpherb. μάϊος) ἐπεξουσιαστὴς *), ὡς ἐκ τοῦ μαγέστατος. ἀπὸ μαιας

---

*) Hoc nomen in Lexicis frustra quaeras. SCHAEF.

τῆς ἄτλαντος τῆς ἑρμοῦ ὀνομασθῆναι. μάϊον κατὰ διάλυσιν τοῦ ῑ. Bast.

Pag. 610. not. 29. v. 17. ἐπὶ βραχέων. Corrig. ἐπὶ βραχειῶν, vt in ipso Codice clare legitur. In Gregorio et Etymolog. M., vbi συλλαβῶν deest, ἐπὶ βραχέων bonum est. Subaudias φωνηέντων, siue, vt Gregorius p. 447. dicit, φωνηέντων στοιχείων. Bast.

Pag. 612. not. 36. v. 23. Cod. Paris. 2654. habet παρ' αἰολικοῖς pro παρὰ τοῖς αἰολοῖς. Hoc quoque rectum est. Conf. Comment. Palaeogr. v. *Αἰολεύς*. Bast.

Pag. 616. not. 44. v. 5. Primum Alcaei fragmentum a Censore Maittairii Sturziani (l. c.), vt versus exsistat choriambicus, sic refingitur: *Τὸ δ' ἔργον ἀγήσαιτο τεὰ κῶρα.* Correctio haudquaquam improbabilis. Bast.

Pag. 639. not. 33. Vitium in *Πέραμον* natum est e veterum scribarum consuetudine ponendi simplex ῥ loco duplicis. Conf. Commentat. Palaeograph. p. 788. Etymolog. M. p. 529, 22. sq. *Κόπερα*, τὰ κόπρια, *Αἰολικῇ διαλέκτῳ*, ὡς ὁ *Πρίαμος Πέραμος*, ἀλλότριος ἀλλότερος. Etymologica Parisina bene dant κόπεῤῥα, *Πέῤῥαμος* et ἀλλότεῤῥος, quomodo vel sine Codicibus corrigendum est. Bast.

Pag. 640. not. 38. Adde Anti-Atticistam SGerm. MS. *Δυνάμεις·* τὰ τῶν ἰατρῶν φάρμακα. *Τιμόστρατος.* Bast.

Pag 641. §. III. Locus hic, nisi fallor, Ioannis est Chrysostomi. Cetera vlcera non tango: sed pro ἐκ πλήστοις scribendum videtur ἀπλήστοις. Bast.

Pag. 642. v. 12. τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόπους] Phalaris epist. 77. p. 224. εἰς τοὺς καθ' ἡμᾶς ἀφῖχθαι τόπους, quod Hermannus ad Viger. p. 815. recte interpretatur *regiones, in quibus nos vivimus.* Aelianus Var. Hist. XII, 51. ἐπὶ τοῖς κατὰ Ἀντίκυραν τόποις, quam scripturam etiam Coray tenuit. Sed Segaarius Animaduers. in Daniel. p. 26. male suspicatur, pro τόποις legendum esse πότοις. Bast.

Pag. 649. not. 16. Conf. Commentat. Palaeograph. syll. ει. Bast.

Pag. 651. v. 33. Vide etiam Schol. ad Lucian. Vol. III. p. 436. Bast.

Pag. 652. not. 22. Conf. Commentat. Palaeograph. litt. *Alpha* p. 706. et Reisk. ad Liban. IV. p. 795. Bast.

*Pag. 653. not. *).* Vide etiam Longinum Weiskii p. 639. Bast.

Pag. 675. Eadem Excerpta, quae Schaeferus h. l. e Codice Parisino 2662. publici iuris fecit, nunc ipsum mihi oblata sunt in Cod. MS. Musei Darmstadini supra (Addend. ad p. 344.) commemorato. Hoc in Codice hunc habent titulum: *Περὶ τῶν παθημάτων τῶν λέξεων Κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Μοσχοπούλου.* Idem libellus, nomine scriptoris addito, reperitur in pluribus Codicibus et Parisinis et Florentinis, vbi plerumque libello Tryphonis super eodem argumento tanquam appendix subiungitur, hoc titulo inscriptus: *τοῦ Κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Μοσχοπούλου περὶ τῶν αὐτῶν (παθῶν τῆς λέξεως) ἀκριβέστερον.* Cum vir amicissimus non indignum habuerit, quem in lucem emitteret, hoc loco diuersitates scripturae maxime memorabiles correctionesque e Codice Darmstadino excerptas ponam.

Ibid. v. 1. Cod. Darmstad. *ἐν τοῖς παθήμασι* pro *πάθεσι*, statimque post, vt ego correxi, *πρόςθεσις* pro *πρόθεσις*.

Ibid. v. 2. Cod. Darmstad. a secunda manu *ἔστι δὲ αὕτη* pro *καὶ ἔστιν αὕτη*.

Ibid. v. 14. Cod. Darmstad. a secunda manu *εἰς ἃ αὐτῇ* (sic) pro *εἰς ἃ αὐτήν.* Scribendum *εἰς ἃ αὐτή.*

Pag. 676. v. 1. ἐκκεκώφει. Idem legitur in Cod. Darmstad., videturque sic a Moschopulo scriptum esse. Plusquamperfectum medii est verbi *ἐκκωφέω*. Grammaticus fortasse respexit Synesii locum (Epist. 4.), vbi nunc legitur *ἐξεκεκώφει τὸ κάθαρμα* (H. Stephanus Ind. Thes. p. 829. D. dat *ἐξεκώφει*), sed alii *ἐκκεκώφει* scribebant. Certe sic Grammaticus anonymus eiusdem Codicis Darmstadini hoc in loco: *Ὡς ἀπὸ τοῦ χωλὸς γίνεται χωλεύω, οὕτως ἀπὸ τοῦ κωφὸς κωφεύω, ἀφ᾽ οὗ ἐκώφευον παρατατικὸς, καὶ κωφεύσω μέλλων, μέσος*

δὲ ὑπερσυντέλικος ἐκκεκώφειν, ἑτεροκλίτως καὶ προσθέσει τῆς ἐκ, ἀπὸ τοῦ κωφέω κωφῶ ἀχρήστου, κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λέλακα. Συνέσιος· ἀλλ' ἐκκεκώφει τὸ κάθαρμα. παρακείμενος ἐκκεκώφημαι. Εὐριπίδης (Orest. v. 1276. vbi v. Porson.)· *ἆρ' εἰς τὸ κάλλος ἐκκεκώφηται ξίφη; Λέγεται δὲ καὶ ἐκκεκώφωμαι, καὶ ἐκκεκώφωκεν ἐνεργητικῶς ἀντὶ τοῦ κωφεύειν ἐποίησεν. ἡμῶν οὖν, ὦ Σώκρατες, ἐκκεκώφωκε τὰ ὦτα καὶ ἐμπέπληκε Λύσιδος* (Plato Lys. p. 5. Heind.). *καὶ ἔτι κεκώφωνται χωρὶς τῆς ἐκ, ἀφ' οὗ καὶ ἀόριστος ἐκωφώθην, ἀπὸ ἑτέρου πάλιν αὐτὰ θέματος ἀχρήστου, τοῦ κωφόω κωφῶ. τὸ δὲ πρᾶγμα κωφότης λέγεται, ὡς χωλότης καὶ τυφλότης. λέγεται καὶ κώφωσις.*

Ibid. v. 10. Cod. Darmstad. *στράπτειν* pro *στράπτει.*

Ibid. v. 13. Cod. Darmstad. *τὸ ἀντιστοιχοῦν* pro *τὸ ἀντίστοιχον.*

Ibid. v. 18. Cod. Darmstad. *προςτεθῇ* pro *προςτιθῆται.*

Ibid. v. 23. sqq. Cod. Darmstad. *καὶ ἰωνικὴ μὲν, ὡς ἐν τῷ κεκάμω· κοινὴ δὲ, ὡς ἐν τῷ τέθνηκα· ποιητικὴ δὲ, ὡς ἐν τῷ ἐλέλιξε, καὶ τὸ προκυλινδούμενος,* corrupte pro *καὶ τῷ προπροκυλινδούμενος* *), vt corrigendum est.

Ibid. v. 28. Cod. Darmstad. *ὅταν ταχυτάτην θέλωσι* pro *ὅτε ταχ. θέλουσι.*

Pag. 677. v. 2. Cod. Darmstad. *εἰσὶ γὰρ* pro *εἰσὶ γνῶμαι.* Vtrumque debetur errori perperam legentium genuinam scripturam *εἰσὶν γύαι*, quae e Sophocle restituenda est.

Ibid. v. 13. Cod. Darmstad. bene *κατὰ μέσον τῆς λέξεως* pro *κατὰ μέσου τ. λ.*

Ibid. v. 28. Cod. Darmstad. omittit voces *καὶ γράμμα σύμφωνον* ante *καὶ τὸ τοιοῦτο.*

Ibid. v. 29. ἐϋῤῥεῖος. Ex Iliad. *Z*, 508.

---

*) Praestat quod e Codice Parisino edidi *προπροκυλινδόμενος*, formâ Homericâ. SCHAEF.

Pag. 678. v. 3. sqq. Tantum primae quinque voces §. IX., *Διαίρεσις δὲ, ὅταν τὰ ὀφείλοντα,* in Cod. Darmstad. a prima manu scriptae sunt. Secunda manus lacunam sic expleuit: *συναιρεῖσθαι, διαλύωνται, οἷον Δημοσθένους Δημοσθένεος, βέλη βέλεα, οἶομαι ὀΐομαι, παῖς πάϊς.*

Ibid. v. 11. Pro *ἄλλως* Cod. Darmstad. dat *ἵνα ὡς,* quas voces secunda manus deleuit.

Ibid. v. 20. Voces *τίς ἔσθ' ὁ κόψας τὴν θύραν* sumtae sunt ex Aristophan. Nub. v. 133. aut e Plut. v. 1097. Easdem Moschopulus citat *περὶ σχεδῶν* p. 62.

Ibid. v. 23. Cod. Darmstad. *συναπτόμενα ἢ εἰς ἓν* pro *συναπτ. εἰς ἕν.*

Ibid. v. 25. Cod. Darmstad. omittit voces *ἐπὶ τῆς εὐθείας καὶ αἰτιατικῆς τῶν πληθυντικῶν.*

Pag. 679. v. 3. sq. ὁ γὰρ Ἡρόδοτος συσμίγει αὐτὴν (τὴν Ἰάδα) τῇ ποιητικῇ. Cod. Darmstad., vt mihi videbatur corrigendum, dat *συμμίσγει.* Ceterum eandem rem tradit Grammaticus anonymus Codicis Darmstadini, quem paullo ante ad p. 676. v. 1. citaui: *Καθὰ λέγεται ποιητικῶς ὁ Πάτροκλος Πατροκλῆς, καὶ Αἰθίοψ Αἰθιοπεὺς, καὶ ὁ Ἀλκαῖος Ἀλκεὺς κατὰ σχηματισμὸν, οὕτω καὶ τὸ ἔω λέγεται ἔσκω, οὐ κατὰ διάλεκτόν τινα, ἀλλὰ κατὰ σχηματισμὸν ποιητικὸν, ἀφ' ἑτέρου ἐφ' ἕτερον τύπον ῥήματος. ὅτι Ἡρόδοτος χρῆται τοιούτοις μετασχηματισμοῖς· κλέπτεσκε γάρ φησι καὶ ἄγεσκον. μήποτε γοῦν ἰωνικά εἰσι ταῦτα μᾶλλον. ἀλλ' ἀναμφίβολον πάλιν τουτο ποιεῖ, τὸ μὴ τὸν Ἡρόδοτον ἀκράτῳ τῇ Ἰάδι χρῆσθαι, ἀλλὰ μεμιγμένῃ τῇ ποιητικῇ.*

Ibid. v. 10. Cod. Darmstad. *συναλείφηται* pro *συνάπτηται.*

Ibid. v. 16. Cod. Darmstad. *οἷον ἐγῷμαι* pro *ὃ γίνεται ἐν τῷ ἐγῷμαι.*

Ibid. v. 19. Cod. Darmstad. *παρὰ τῷ Ῥοδίῳ* pro *παρ' Ἀπολλωνίῳ τῷ Ῥ.* In nostris editionibus Apollonii (l. III. v. 847.) scribitur *παροξυτόνως, Δαίραν,* non *προπερισπωμένως, Δαῖραν.*

Ibid. v. 28. Cod. Darmstad. *συναιροῦνται* pro

συναιρεῖται. Conf. Comment. Palaeograph. syll. $\overline{ουν}$.

Pag. 680. v. 4. Cod. Darmstad. rectius *εἶτα κιρνᾶται τὸ ᾱ καὶ ε̄ εἰς ᾱ μακρὸν* pro *ε. κ. τὸ ε̄ καὶ ᾱ εἰς ᾱ.*

Ibid. v. 16. Cod. Darmstad. recte *καὶ τῷ ἐλεί-θυια ἀντὶ τοῦ εἰλείθυια* pro *κ. τ. ἐλήθυια ἀντὶ τοῦ εἰλήθυια* *).

Ibid. v. 18. et 19. Cod. Darmstad. *προτακτικοῦ* pro *προςτακτικοῦ.*

Ibid. v. 22. Cod. Darmstad. *Καὶ διπλασιασμὸς λέγεται, ὅταν προςτεθῇ κ. τ. λ.*

---

*) Alteram hanc formam, Bastio aliisque reprobatam, saepius legas: interdum etiam tertiam, *εἰλίθυια* (conf. Doruill. ad Chariton. p. 232. Amst.), vnde in Plutarchi Moral. T. II. p. 556. Wytt. natum est vitiosum *Ἰδιθύας.* Theocritus Idyll. XXVII. v 28. *χαλεπὸν βέλος Εἰλειθυίας.* Brunckius dedit *Εἰληθυίας*, non imitante Valckenario. Callimachus h. in Del. v. 132. *κάλει μόνον Εἰλήθυιαν.* Sed v. 257. *εἶπαν Ἐλειθυίης ἱερὸν μέλος.* Ernestius: „Sic MSS. Ambr. Vitiose editt. „vett. *Ἐληθυίης.*" Sed ad priorem locum tacuerat. Leonidas Tarent. III. v. 1. *Ἐκ τόκου, Εἰλήθυια, πικρὰν ὠδῖνα φυγοῦσα κ. τ. λ.* Cod. Vat. *Εἰλ*^{ει}*ηθυια.* Nicias III. v. 2. *Εἰλήθυια, τεᾶς κεῖται ὑπὲρ κεφαλᾶς.* Cod. Vat. a manu secunda *Εἰλείθυια.* Callimachus Epigr. XXI. (Anal. Brunck.) v. 1. *Κὰὶ πάλιν, Εἰλήθυια, Λυκαινίδος ἐλθὲ καλεύσης κ. τ. λ.* Cod. Vat., qui hoc carmen bis dat, altero loco habet *Εἰλείθυια.* Perses II. v. 3. *ὄλβια Εἰλήθυια.* Cod. Vat. *Εἰλ*^{ει}*ηθυια.* Antipater Sidon. XXX. v. 6. *ὃν μετ' Ἐληθυίης τοῖον ἀπεπλάσατο.* Iacobsius: „*Εἰλειθυίης* omnes libri. Metri „causa *Ἐλειθυίης* correxit Huetius p. 31. — Brun„ckiana [forma] *Ἐληθυίης* quam auctoritatem habeat, „ignoro." Brunckius sic dedit, vt sibi constaret: nam $\overline{η}$ praetulit diphthongo $\overline{ει}$. Crinagoras XIII. v. 1. *Ἥρη Ἐληθυιῶν μῆτερ.* Iacobsius: „*Εἰλειθυιῶν* Vat. Cod. et

Ibid. v. 25. Cod. Darmstad. *τοῦ λ καὶ τοῦ σ.*
Ibid. v. 34. Cod. Darmstad. *χερόνησος*, a manu secunda *χερόννησος*.
Pag. 631. v. 7. Cod. Darmstad. omittit *καὶ* ante *ἀπ' ἀμφοτέρων*. Etiam praepositio *ἀπὸ* commodissime abfuerit.
Ibid. v. 9. Cod. Darmstad. *καὶ τῷ* pro *καὶ τὸ*, vt legendum esse monui.
Ibid. v. 10. Cod. Darmstad., vt Schaeferus emendauit, *ἐστείλαντο* pro *ἐτείλαντο*. BAST.
Pag. 683. Excerpta e Codice *Vaticano* Num. 292. — Rectius: Excerpta e Codice *Palatino* Num. 292. Nam Vaticanus hoc numero notatus non venit Lutetiam. BAST.

„Reisk. *Ἐλειθυιῶν* Doru." Quem ibidem citat Eustathium ad Hom. Il. p. 781. Bas., is scribit *Εἰλείθυια*, non *Εἰλήθυια*. Nicomedes X. v. 1. *Οἷον ἐμαιώσαντο νέον τόκον Εἰλήθυιαι.* Sic Brunckius, constantiae causa, vt opinor. Nam lapis habet *Εἰλίθυιαι*, quod Iacobsius monere poterat. V. Gronou. c. 2349. Macedonius XLI. v. 1. *Γαῖα καὶ Εἰλήθυια.* Iacobsius: „*Εἰλεί*„*θυια* vulgo." Heroic. adesp. XXXII. v. 9. *μετ' Εἰλήθυιαν.* Hoc quoque, vt videtur, profectum a Brunckio: nam vulg. *Εἰλείθυιαν*, quod item monere poterat nuperrimus Editor. Herodotus IV. c. 35. *τῇ Εἰλειθυίῃ.* Wesselingius in var. lect.: „*Εἰλειθ.* Arch. V., *Εἰλιθ.* „Pass., *Εἰληθ.* alii." Adde eiusdem notam. Plato Sympos. p. 172. Fisch. *Μοῖρα οὖν καὶ Εἰληθυια.* Bastius ad h. l. p. 147.: „*Kod.* 54. *richtiger Εἰλείθυια.*" Diodorus Sic. V. c. 72. *Εἰλείθυιαν.* Wesselingius in var. lect.: „*Εἰληθυιαν* Coisl. *Εἰλίθυιαν* Vat. et mox iterum. „Conf. Cotel. in Homil. Clement. V. p. 664." Strabo p. 1171. D. *Εἰληθυίας πόλις.* quomodo Eusebius Praepar. Euang. p. 116. extr. *ἡ δὲ τῆς Εἰληθυίας πόλις.* Pausanias II. c. 5. §. 3. *Εἰληθυίας ἱερόν.* Sylburgius: „scrib. *Εἰλειθυίας*, vti non modo passim apud Nostrum „legitur, sed etiam apud Etymologum ostendit forma„tio." Ibid. c. 35. §. 8. *Εἰληθυίας ἐστὶν ἐντὸς τοῦ τείχους ἱερόν.* L. III. c. 14. §. 6. *τὸ δὲ Εἰληθυίας ἐστίν.* Cod. Vind. *Εἰλειθυίας.* SCHAEF.

Pag. 685. v. 8. καὶ τὸ ἐνδ (sic) τοιοῦτόν ἐστι. Quaeras, quomodo ἐνδ expleri oporteat. In Gregorio Corinthio, quem Grammaticus exscripsit, legitur ἐν ἀκαρεῖ. Fortasse librarius, cum hanc vocem legere non posset, Alpha initiale pro Delta habuit. Sin Delta recte scriptum est, vt vox ab hac littera incipiens supplenda sit, facile incidas in ἐν δέοντι, vbi item καιρῷ subauditur. Conf. L. Bos Ellips. p. 209. Bast.

Ibid. v. 27. τὸ τοῖς μέλλουσιν ἀντὶ π (sic) χρᾶσθαι. Compendium π, in quo pro λ poni debuit α, legendum est παρεληλυθότων. Gregorius de Dial. Att. §. XVII. clarius sic: τὸ λέγειν εὐκτικὰ ἀντὶ ὁριστικῶν ἀττικόν ἐστι. Bast.

Pag. 686. v. 19. ῥήμασι ἀντὶ τῶν ἐνεργητικῶν. Corrig. e Cod. Palat. ῥήμασιν ἀντὶ ἐνεργητ. Bast.

Pag. 687. v. 8. χρῶνται. Corrig. e Grammat. Meermann. χρῆται. Bast.

Ibid. Not. 17. Conf. Comment. Palaeograph. litt. *Lambda*, vbi monui, in Philostrato ἑώλου pro ἑωίου (ἑῴου) lectum esse. Bast.

Pag. 689. v. 8. τὰ ῥόδια. Sic perperam legerunt pro τὰ ῥόδα. Conf. Comment. Palaeograph. litt. *Delta* p. 711. Bast.

Pag. 694. v. 8. Pro διαίρειν (sic) corrig. διαιρεῖν. Bast.

Ibid. v. 17. Compendium huius versus legi debet παρακειμένου. Bast.

Ibid. v. 18. In τιθέμ (αι) et στῆμαι, pro quibus, vt nemo non videt, τιθέμεναι et στήμεναι legenda sunt, librarius vncinum sub μ, significantem εν, neglexit. Conf. Comment. Palaeograph. syllab. αι litt. d. Bast.

Pag. 698. v. 14. τῶν ὀνοματικῶν πτώσεων. Codex Palat. recte dat ὀνομαστικῶν. Apollonius Dyscol. περὶ συντάξ. l. IV. p. 309, 5. τὰς ὀνοματικὰς πτώσεις. Sylburgius ad h. l.: „Portus videtur legisse ὀνομαστικὰς πτώσεις, dum vertit „*nominatiuos*: nam ὀνοματικὰς sonat potius *nomi-*

„*nales.*" Locum Apollonii Lex. Homer., vbi ὀνοματικὰ pro ὀνόματα legi debet, in Comment. Palaeograph. v. Συγκριτικὸς indicaui. Aduerbium ὀνοματικῶς, quod haudquaquam, vt nonnullis placet recentiorum Lexicographorum, idem est quod ὀνομαστικῶς, legitur in hoc articulo Lexici SGerm. rhet. soph.: Ἀκαρής· βραχὺς, ὀξὺς, ὃν οὐχ οἷόν ται (οἷόν τε) κεῖραι. διττῶς δὲ λέγεται παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, καὶ ὀνοματικῶς, οἷον ἀκαρὴς χρόνος καὶ τῷ ἀκαρῆ (ἀκαρεῖ) καὶ τὸν ἀκαρῆ, καὶ ἐπιῤῥηματικως ἀκαρῆ ἀντὶ τοῦ βραχέως καὶ συντόμως. Cum argumento huius articuli confer Ammonium p. 10. et Valckenarii Animaduersiones p. 18. sq. BAST.

Pag. 704. v. 2. In Aeschyli Supplic. v. 450. Sch. Seidlerus meus ex Aldinae scriptura δρεικτίνειν feliciter eruit Ἄρει ᾿κτίνειν. SCHAEF.

Ibid. v. 11. ud. Leg. *ad.* BAST.

Pag. 706. v. 8. Etymolog. M. p. 185, 14. Βάκχος .... λέγεται δὲ... καὶ κλαύδιος ὁ ἐν ταῖς τελεταῖς, ἢ στέφανος. Sylburgius egregie corrigit κλάδος pro κλαυδιος. Haec enim vox debetur errori librarii perperam legentis genuinam. Scilicet is α̅ habuit pro αυ̅, et δ pro δι̅. Conf. p. 711. Genuina scriptura κλάδος reperitur in aliquot Etymologicorum Parisinorum, itemque in Lexico SGerm. rhet. MS., vbi articulus sic scriptus est: Βάκχος, ὁ ἱερὸς Διονύσου ἀνὴρ, καὶ κλάδος ὁ ἐν ταῖς τελεταῖς. ὡς δὲ ἔνιοι στεφάνους ὑπὸ Δωριέων κ. τ. λ. BAST.

Confer Lobeckium ad Sophoclis Aiac. p. 360. Plato Phaedon. ad fin. οὐδένα ὅντινα οὐ κατέκλαυσε. Egregie H. Stephanus κατέκλασε. Hanc quoque Viri Summi emendationem, nuper confirmatam (etsi talis confirmationis non indigam) Codicis Parisini auctoritate, Fischerus, qua erat in vulgato textu tuendo peruicacia, (constantiam ipse dicebat) vellicauit. Quanto consideratius simillimam mendam Plutarcho V. Alcib. c. 1. extr. Criticus γνήσιος nuperrime eluit, hac nota adscripta (T. II. p. 359.): „Κλασαυχενεύεται.] Τουτέστι, Κλᾷ τὸν αὐχένα. Ἐξ Ε. „Δ. ἀντὶ τοῦ, Κλαυσαυχενεύεται· ἀνθ' οὗ οἱ πρὸ ἐμοῦ „διώρθουν γράφοντες, Κλασταυχενεύεται." Xenophon Cyrop. I, 2, 15. ἔξεστι τούτοις εἰς τοὺς τελείους ἀν-

δρας συναλίζεσθαι. Aliorum scripturae librorum, *συναυλίζεσθαι*, nollem Wyttenbachius id honoris habuisset, vt scriberet Annot. p. 373.: „*συναυλίζε-* „*σθαι* tenendum, nec in *συναλίζεσθαι* mutandum, „censeam.“ *Συναλίζεσθαι* enim persaepe sic corruptum in *συναυλίζεσθαι*, nemo vt de vera scriptura dubitare posse videatur. Conf. Kuster. ad Iamblich. p. 44. et Interpretes ad Lucian. T. III. p. 40. [In Theodoriti Histor. Eccles. II. c. 4. sine cunctatione scribendum *ἣν ἐκεῖνος συνήλισε*, cuius interpretamentum *συνέλεξε* vulgo ediderunt.]— Rarior est contrarius error, cuius exemplum obiter commemoraui ad L. Bosii Ellips. p. 86. Nunc alia addam. Sophocles Antig. v. 619. *πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα τις ψαύσῃ.* Sic Brunckius e coniectura. Quod librorum nonnulli habent *προςάρῃ*, recte, opinor, Seidlerus vidit mutandum in *προςαύρῃ*, cuius interpretamentum est aliorum scriptura librorum, *προςψαύσῃ.* Incidit in hanc correctionem vir doctissimus, cum in Hesychio legisset glossas *Προςαυρίζουσα χερσαίᾳ τροχῇ* et *Προςαυρῶν* T. II. c. 1042. it. *Προςηύρετο* c. 1046. Itaque non dubitem Lexicis addere compositum *προςαυρεῖν.* Xenophon Hier. II, 17. *οἶδεν, ὅτι οὐκ αυξει ὅλην τὴν πόλιν.* Sic recte correxerunt vulgatum olim *ἄξει.* [Vicissim Coray in Theophrasti Charact. XXVII. *συναύξοντας* Codicis mutauit in *συνάξοντας* p. 321. Add. Interpretes ad Homer. Hymn. in Cerer. v. 267. et Koen. ad Gregor. p. 233.] Conf. ibid. XI, 13. *Αὔξει δὲ τὴν πόλιν.* vbi Zeunius: „*Αὔ-* „*ξει* est imperatiuus ab inusitatiori forma *αὐξέω.* „sed fortassis auctor scripsit *αὔξε* [corr. *αὖξε*].“ Vere, opinor: ac vellem Schneiderus hanc Zeunii correctionem memorasset. Mihi quidem nusquam in scriptoribus classicis occurrit *αὐξεῖν*, negatque Herodianus Herm. p. 304. IX. hanc formam genuinam esse. Sed in Grammaticorum scriptis legere memini. Timaeus Lex. Plat. p. 115. *Ἐπετίμα. ηὔξει τὴν τιμήν.* Suidas Ruhnkenio citatus T. I. p. 796. *Ἐπετίμα. ἐπηύξει τὴν τιμήν.* Sic etiam Zonaras T. I. c. 831. *) SCHAEF.

---

*) Obiter Lexicis adde *αὐξιφαής*, quo vtitur Manetho

Ibid. not. *). Adde: Anti-Atticista SGerm. MS. *Ἀναλοῦν, ἀναλίσκειν. Ἀραρὼς Καμπυλίωνι.* BAST.

Xenophonteum *τὰ εἰς τὴν πόλιν ἀναλούμενα* non legitur Oecon. 3, 5., vt scriptum est Lex. Xenoph. T. I. p. 203. b., sed Hier. 11, 1. SCHAEF.

Pag. 708. 4. Schol. Ven. A. ad Homer. Il. *O.* v. 56. *ἀθετοῦνται ςίχοι κώ.* Corrig. *ἀ. ς. κβ΄.* Recte Schol. B. *ἀθετοῦνται ὡς περιττοὶ εἴκοσι καὶ δύο ςίχοι.* SCHAEF.

Pag. 710. v. 29. Scholiastes ad Clement. Alexandr. Paedag. l. III. p. 269. Pott. perperam dat *πάλλους* pro *γάλλους.* In iis quae antecedunt, *μητραγύρται, οἱ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, τῇ Ῥέᾳ, ἀνακείμενοι, γοητειῶν .... γυται* (sic), *καὶ φίλτρων δῆθεν συσκευαςαὶ,* lacunam exple legendo, non *ἐγγυηταὶ,* sed *εἰςηγηταί.* Certe hanc vocem habet Codex Mutinensis Lutetiam translatus, e quo aliquot *ἀνέκδοτα* in Epist. Crit. protuli. BAST.

Pag. 711. v. 9. Nunnesius ad Phrynichi Eclog. p. 104.: „Apud Phauorinum, v. *διδόασι,* male *cul-„pa librarii* editum *δηλοῦσι* pro *διδοῦσιν.*" Scilicet in editione Basileensi: nam prima Phauorini editio, quae emendatior est, recte habet *διδοῦσιν.* BAST.

Pag. 712. v. 7. De similitudine litterae Delta cum nota quadam syllabae *ει* vide Addenda ad p. 760. v. 19. BAST.

Ibid. not. **). Aelianus de Nat. Anim. XV. c. 28. *διὰ τοῦ σίγμα.* SCHAEF.

Pag. 713. not. *Σιγματοειδὴς* legas etiam in Villoisoniano textu Scholiorum ad Iliad. *I,* v. 5. Sed Codex ibi habet aduerbium *σιγματοειδῶς.* BAST.

Pag. 716. v. 1. Conf. infra p. 811. v. 15. vbi Coray vitiosum *ἐμπλάτῳ* mutat in *ἐνηλάτῳ.* BAST.

Ibid. v. 8. Falsum illud *ζωγράφισμα* nuper reperi etiam in Basilii MS. Schol. in Gregor. Nazianz. fol. 230. recto, vbi haec legas: *ἡ κριτικὴ δύναμις τῆς κοινῆς αἰσθήσεως οἷον ζωγράφισμά* (l. *ζωγράφημά*) *τι καὶ σφραγίς ἐστιν.* E contrario in Cle-

---

V. v. 225., et *αὐξίφωτος,* quod habet Etymolog. M. c. 59, 40. SCHAEF.

ment. Alexandr. Strom. l. II. p. 442, 24. male legitur κατὰ νόμους τοὺς σφαιρητικοὺς pro σφαιριστικοὺς, vt iam in Indice, huiusque auctoritate in vulgaribus Lexicis notatum est. In eiusdem Clement. Paedag. l. III. p. 261. not. 8. aliquot Codices perperam dant ξανθήματα pro ξανθίσματα. Ruhnkenius ad Tim. p. 23.: „*Aristides* Orat. „Smyrn. p. 234. διεξελαύνοντι δὲ . . . τὸ ἀλίπεδον, „vbi cod. Bar. ἀλήπεδον, quam scripturam etiam „agnoscunt grammatici . . . . *Hesychius* aliique. „Apud *Pollucem* 1, 186. est ἀλίσπεδα, sed quod „Iungermannus bene iudicat natum esse e vicino „ἀλίπεδα." Iungermannus fortasse recte iudicavit: sed nemo dubitet, scribam ἀλίσπεδα perperam legisse pro ἀλήπεδα. BAST.

Ibid. v. 13. In Hesychio T. I. c. 365. Ἀνεπικόῤῥητος mutandum in Ἀνεπικόῤῥιστος, vt iam aliis placuit. Carent Lexica hoc adiectiuo. SCHAEF.

Pag. 717. v. 34. Alciphron l. III. ep. 52. Κοπαδίων*) Εὐηνίσσῳ. Ita omnes editiones, nec quisquam, quod profecto mireris, hic offendit. Pro Εὐηνίσσῳ necessario legendum Εὐκνίσσῳ, quod etiam nonnulli Codicum Parisinorum habent. E contrario Valckenarius Animaduers. ad Ammon. p. 52. in Moschopulo περὶ Σχεδῶν p. 44. verissime legit Νέηλυς, ὁ νεωστὶ ἐλθὼν, pro Νέκλυς, quam esse vocem nihili, ipsa compositio arguit. Quod autem vir eximius addit: „Apud Hesychium σύγ-„κλυδα et συγκλύδων vtique mutandum in συνήλυ-„δα et συνηλύδων: Ad hanc legem *Luciani* loca „To. I. p. 465. p. 785. et omnia reformari debent, „quae H. Stephanus in Thesauri T. II. p. 30. in-„tulit ad vocem nihili Σύγκλυς confirmandam:"

---

*) An Λοπαδίων? Certe λοπὰς et κνίσσα satis sibi affinia sunt. Nisi tamen, id quod non praefracte negem, Sophista cogitauit Latinorum *copadia*. Forcellinus: „Co-„padia, orum, n. apud *Apic.* culinarium scriptorem „*lib.* 5. *c.* 1. *lib.* 7. *c.* 6. et *lib.* 8. *c.* 6. sunt cupediae, „h. e. cibi lautiores, carnes animalium delicatiores." SCHAEF.

probare nullo modo possum, quantumuis, si rem obiter consideres, rationes palaeographicae illi patrocinari videantur. Facile quidem largior, librarium *semel* pro *σύνηλυς* per errorem *σύγκλυς* legere potuisse, quod fortasse in loco a Coraio ad Heliodor. p. 329. citato factum est. Sed *omnia* loca, vbi *σύγκλυς* legitur, pro vitiosis habenda esse nego et pernego. *Σύγκλυς* (a *σὺν* et *κλύζω*, aut, vt aliis placet, a *σὺν* et *καλέω*) non est vox nihili, sed bene graeca, quam innumerabilis vis testium satis tuetur. Vide, praeter H. Stephanum, quae congesserunt Doruillius ad Chariton. p. 574. sq. et Abreschius Dilucid. Thucyd. p. 666. Addo Phrynichi *Προπαρ. Σοφιστ.* MS. *Σύγκλυδες, σύλλεκτοι καὶ παντοδαποί.* Similiter Hesychius: *Συγκλύδων, συλλέκτων ἤ τινῶν μεμιγμένων.* vt non opus sit cum Albertio *συλλέκτων* mutare in *συμμίκτων* *). In Scholiis ad Lucian. Vol. II. p. 322. perperam legitur *σύγγκλυδας καὶ συρφετώδεις:* neque vero corrigendum *συνήλυδας*, sed *σύγκλυδας*. Conf. ibid. p. 326., vbi eadem verba recurrunt, solusque accentus in *συγκλύδας* mutandus est. Clemens Alexandr. Strom. VI. p. 756. *φωνῆς ἐξακούειν συγκλύδου* (sic). Schneidero Lex. Gr. T. II. p. 414. nominatiui forma *σύγκλυδος* dubia videtur. Iure, vt puto: neque enim alibi occurrit **), in locoque illo Clementis Alex. facillime potuit *συγκλύδ* (with *υ* above) (*συγκλύδου*) perperam legi pro *σύγκλυδ* (with *ο* above) (*σύγκλυδος*). Conf. quae Comment. Palaeograph. syll. *ος* dixi. Bast.

Sylburgius ad Dionys. Halic. Ant. Rom. I. c. 89.: „nota *σύγκλυδας παρὰ τὸ συγκλύζεσθαι* dictos „metaphorice, vt *colluuies* apud Latinos: at *συνήλυ*-„*δες* sunt *conuenae*, vt *ἐπήλυδες aduenae*.“ Schaef.

---

*) *Σύλλεκτος* Schneidero videtur vox dubiae fidei. Frustra. Schaef.

**) Occurrit etiam in Lexico Michaëlis Apostolii. V. Doruill. ad Chariton. p. 612. Amst. Bona haec forma visa est Hoeschelio Notat. in Philonis Opusc. p. 230. Schaef.

Pag. 722. v. 16. Adde: Idem Villoisonus in Schol. ad Iliad. *Z*, 157. pro *ἰακῶς* dedit *κακῶς*. BAST.

Pag. 723. v. 30. Berglerus ad Alciphron. III, 49.: „*μεσαιπόλιος*. Scriptum *μεσαιπονος*.“ Ceterum syllaba $\overline{\lambda\iota}$ cum littera Ny etiam in vnciali scriptura confundi potest, quando Iota litteram *Λ* contingere videtur, calamique ductus non rectâ sursum exsistunt, sed inclinant, vt Iota fiat *παράλληλον* priori lineae litterae *Λ*. — Porro cum plurimum similitudinis intercedat inter *Λ* et *Δ*, saepius neglecto imo ductu litterae *Δ*, simul apparet ratio commutationis syllabae *ΔΙ* et litterae Ny, cuius meminit Schaeferus tam in *Append.* p. 28. quam in notis ad Dionys. Halic. de Compos. Verb. p. 318. BAST.

Pag. 725. litt. My. Oblitus sum dicere, My cum duplici Lambda etiam in vnciali scriptura, e. c. Codicis Platon. 1807., facillime confundi posse. Ibi saepius sola verborum series docet, *M* an duo Lambda deinceps scripta (*ΛΛ*) legi oporteat. Praeterea si haec *Λ* superne non acuto apice desinunt, sed sic picta sunt, vt e. c. in voce *Ἀπόλλωνος* tab. II. num. 6., aliarum materia commutationum nascitur. Scilicet nunc alterum vtrum talium Lambda, nunc ambo facile haberi possunt pro littera *Π* (conf. p. 730.), ac versa vice. Haec origo est e. c. vitiosae scripturae *τῶν μουσίων* pro rectiore ac multo notiore *τῶν πλουσιων*, quam confusionem memorauit Berglerus ad Alciphron. III, 70. BAST.

Ibid. v. paenult. Schol. Ven. ad Iliad. *H*, 114. *ἔῤῥιγ᾽ ἀντιβολῆσαι*] *γράφεται καὶ διὰ τοῦ* $\bar{\nu}$ *ἀντιβόλησεν.* Iure Heynius quaerit: „quomodo hoc fieri „potuit? post *ἔῤῥιγ᾽* —.“ Vitio laborat textus Villoisoni. Habuit enim vir doctissimus pro Ny, quod manifesto est My, pergensque errare, nescio cur, scripsit *ἀντιβόλησεν*, cum ipse Codex plene scriptum habeat, quomodo corrigendum est, *ἀντιμολῆσαι* (*διὰ τοῦ* $\bar{\mu}$, *ἀντιμολῆσαι*). BAST.

Ibid. v. vlt. *μημέμον*. Corr. *μημένον*. SCHAEF.

Pag. 728. v. 16. In Timaei Lex. Plat. v. *ἀλίπεδον* Codex SGerm. 345. dat *ἄσπρον*, quod Ruhnkenius bene mutauit in *ἄσπορον*. Idem Codex in

Phrynicho v. γυμνοπαιδιὰ habet ἄγραν pro ἀγοράν. Conf. Ruhnken. ad Tim. p. 74. Bast.

Ibid. v. vlt. Cum loco citato conferatur Scholion ad Iliad. *Z*, 244. quod Codex Ven. sic scriptum habet: πᾶς παρῳχημένος δισύλλαβος παθὼν κατὰ τὴν ἀρχὴν, καὶ βραχεῖαν ἀναδεξάμενος, ἀναδίδωσι τὸν τόνον (hanc vocem Villoisonus omisit)· κατεῖχε, κάτεχε. οὕτως οὖν ἀνέγνωμεν. ἥμενον εἰςεῖδε (Il. *Ξ*, 158.) προπερισπωμένως· τὸ δὲ ἕτερον, τὰ φρονέων, μνηςῆρσι μεθήμενος, εἴςιδ' Ἀθήνην (Odyss. *Α*, 118.) προπαροξυτόνως. Bast.

Pag. 730. v. 14. De confusione aduerbiorum ἄλλως et ἁπλῶς v. Iacobsii Additam. animaduers. in Athenaeum p. 45. sq. Bast.

Ibid. v. 35. Ante v. *aliique* insere: Bentleius ad Callim. p. 420. et 421. ed. Ern. Bast.

Pag. 731. v. 8. Etiam *TH* et *ΠE* facile commutari possunt, quando *H̄* sic scribitur, vt simile fiat syllabae *IC̄*, mediusque eius ductus solito magis porrigitur, vt *C̄* transire videatur in *Ē*. Schaeferus in Hesychio et Suida egregie legit Τηρήτρια pro Περήτρια. v. *Gregor.* p. 260. Bast.

Pag. 732. v. 1. infra litteram. Leg. infra lineam. Bast.

Ibid. v. 20. Adde et Coray ad Heliodor. Vol. II. p. 124. Bast.

Ibid. v. 24. Schol. Ven. ad Il. *E*, 253. σημειοῦνται δὲ καὶ τὸ, ὀκνείω δ' ἵππων, ἀντὶ τοῦ ὀκνειως (sic Villoisonus) ἔχω. In Codice legas ὀκνειρῶς (sic) ἔχω, aduerbio sic scripto, vt ρ̄ simile sit litterae Gamma, quapropter a Villoisono videtur omissum esse. Sed a substantiuo ὄκνος, quod sciam, non deriuatur adiectiuum in ειος desinens, quocunque tandem modo accentum imponas. Certâ emendatione scribo ὀκνηρῶς ἔχω. Bast.

Pag. 733. v. 16. In Schol. Ven. A. ad Iliad. *Z*, 506. legitur vox ἀκοςικαὶ, quam cum Villoisonus non intelligeret, plane omisit. Sic enim edidit: ἔστι δὲ (τὸ ἀκοστήσας) ἤτοι ἐν ἄχει γενόμενος διὰ τὴν στάσιν, ἢ βοηθήματος καὶ στάσεως ζητῶν. Po-

steriora e Codice sic corrigenda: — διὰ τὴν στάσιν, ἢ ἀκοςικαὶ (id est, ἄκος τι καὶ) βοήθημα τῆς στάσεως ζητῶν. Bast.

Ibid. v. 20. E contrario habuerunt pro σ̄, quod non erat nisi punctum vel minutus circulus additus primae lineae litterae ϖ̄. E. c. Villoisonus in Apollon. p. 528. dedit σπεδινὸν pro πεδινόν. V. quae in Addendis ad p. 344. not. *) dixi. Bast.

Pag. 735. v. 4. E. c. in ὀνοματικὸς et ὀνομαστικός. Conf. Addenda ad p. 698. et Villoison. ad Apollon. p. 98. Bast.

Ibid. v. 11. Heynius ad Iliad. *Δ*, 412.: „In Ven. „expressum τετγα (pro τέττα), vitiose." Cod. Ven. recte dat τέττα: sed Villoisonus, parum intelligens ductum posterioris Tau, habuit pro Gamma, e quo errore ortum est vitiosum illud τέτγα. Bast.

Pag. 736. v. 3. Adde: inter λογίζομαι, λόγισμα, et λυγίζομαι, λύγισμα, v. *Epist.* p. 46. not. 17. Bast.

Pag. 738. v. vlt. Verbum περιπολεῖν Villoisonum non minus lusit in Scholiis Homericis. Haec ad Iliad. *Θ*, 480. (conf. Etymolog. M. p. 779, 3. qui Scholiastam exscripsit) sic habent: Ὑπερίων, ὁ ὑπεράνω ἡμῶν ἰὼν καὶ περιπολῶν τὸν κόσμον. Villoisonus, intempestiue memor consuetudinis scribae praepositiones iungendi vocibus sequentibus (conf. p. 795.), participio dilacerato, edidit περὶ πολύν. Bast.

Pag. 741. v. 19. Suidas vocem διβητήσια (διβιτίσια) interpretatur διαβίκια. Ducangius Glossar. p. 303. fatetur, ignorare se, quid Lexicographus διαβίκια dixerit. Fortasse quod in Cod. SGerm. 177. reperi διβύκια linguae graecobarbarae peritos in rectam viam perducat. Ceterum vere notatum est, syllabam δι̃ initio vocum, vtpote minus frequentem quam δια̅, a librariis in δια̅ saepe mutatam esse. In Clement. Alex. Paedag. l. II. p. 189. Pott. Codex διακενῆς pro δικέλλης dat. Scilicet librarius duplex λλ̄ habuit pro ν̄ (cuius confusionis nulla est p. 724. facta mentio), et δια scripsit pro δι̃.

Schol. Ven. A. ad Iliad. *H*, 295. *ἀθετεῖται* . . . . *ἔχει δὲ καὶ διαλογίαν ἔτας καὶ ἑταίρους*. *Διαλογία* non puto Graecum esse. Corr. *διλογιαν*, quod etiam Heynio placuit. Bast.

Verissime viri eximii *διλογίαν*. Versum illum qui pro genuino habebant, discrimen faciebant inter *ἔτας* et *ἑταίρους*. Vid. Eustath. *Διλογία*, *quum idem bis dicitur*. V. Wesseling. ad Diodor. Sic. XX. c. 37. et Tyrwhitt. ad Aristotel. A. P. p. 133. Schaef.

Pag. 745. *v*. 32. Hesychius: *Εὐκτεῶς*, *ὑγιῶς*. Kusterus et Toupius Emend. Vol. III. p. 239. optime corrigunt *Εὐεκτῶς*, *ὑγιῶς*. Bast.

Hoc aduerbium non habent Lexica. Reperi etiam in Schol. breu. ad Homer. Il. *K*. v. 577. vbi ediderunt *εὐέκτως*. Videtur igitur Schneiderus de adiectiuo *εὐεκτὸς* non debuisse dubitare. Schaef.

Pag. 746. *v*. 12. *μεμψαμένον*. Corrig. *μεμψαμένου*. Bast.

Pag. 747. *v*. 32. Adde Koenium p. 494. de loco Apollodori, vbi *ἀπεῖπεν* mutat in *ἀνεῖπεν*, quaeque ego in nota 21. ad Boettigeri *Dissertation sur les sacs appelés ridicules et sur les poches* dixi super *ἀπερρίπτουν* et *ἀνερρίπτουν* in Luciano de saltat. cap. 83. Bast.

Ipsam hanc notam ex libello nostris in oris rarissimo, quem mihi cum pluribus aliis eiusdemmodi liberalitas amici indulgentissimi donauit, excerptam h. l. ponere iuuat. „— Lucien (dans sa „dissertation *de la danse*, t. V. p. 172, édit. de „Deux-Ponts) *ἐβόων καὶ τὰς ἐσθῆτας ἀπεῤῥίπτουν*, „*jetoient leurs habits bas*. Le texte est corrompu. „Il faut lire *ἀνεῤῥίπτουν*, *secouoient en l'air*, com„me l'avance F. J. Bast, dans son *Specimen edi*„*tionis novae epistolarum Aristaeneti. Vindobo*„*nae*, 1796, p. 32. Cette conjecture est confirmée „par un précieux manuscrit de Lucien, transporté „du Vatican à la Bibliothéque nationale.“ E contrario Goerenzius ad Ciceron. Academ. I. p. 80. in Diogene Laërt. VII. 105. *ἀναξίαν* mutat in *ἀπαξίαν*. Schaef.

Pag. 748. *v*. 28. Aristoteles Histor. Anim. IX.

c. 2. §. 6. *Καὶ αἰσάλων δὲ αἰγυπιῷ πολέμιος.* Schneiderus ad h. l. p. 12.: „Med. cum versione Thomae *αἰγυπτίῳ* habet." — Plato Sympos. T. X. p. 238. *πολλὴ ἡ ποίησις γέγονε περὶ τὸ καλόν.* Egregie Abreschius correxit *πτοίησις*, quod Codicum auctoritas firmauit. V. Schleiermacher. ad h. l. II, 2. p. 517. Obiter Lexicis adde *πτοιητός.* Nicander Alexiph. v. 243. *πτοιητὸν ἔχων ἑτεροπλανὲς*) ὄθμα.* vbi quem Maximi *περὶ καταρχῶν* locum Schneiderus correxit, dudum sanauerat Doruillius ad Chariton. p. 754. Item *πτοιώδης.* V. Erotianus *Λέξ. Ἱπποκρ.* p. 41. H. Steph. coll. Heringa Obseruat. p. 57. Itaque facile tuearis alteram formam *πτοώδης*, quae Schneidero videtur dubiae fidei esse. SCHAEF.

Pag. 749. v. 13. Indidem orta frequens fluctuatio librorum inter *βεβηκὼς* et *βεβιωκώς.* Vide e. c. Piersonum ad Moer. p. 475. Neglecto enim signo illo litterae $\bar{\omega}$, in locum genuini $\bar{\iota}$ facile succedebat, fallente pronuntiatione, vitiosum $\bar{\eta}$. Philostratus Her. p. 106. de Nestore: *δημαγωγίᾳ ἐκ μειρα-*

*) Etiam adiectiuo *ἑτεροπλανὴς* Lexica carent. Item his: *Ἑτερημερία.* Philo T. II. p. 189, 40. Mang. *τὸ περὶ τῆς ἑτερημέρου ζωῆς αὐτῶν προςτερατευσάμενοι διήγημα.* Pro *ἑτερημέρου ζωῆς* Codex habet *ἑτερημερίας*, referente Hoeschelio ad Phrynich. p. 101. a. Pauw., probante Hemsterhusio ad Lucian. T. I. p. 282. b. — *Ἑτεροβαρής.* In Schneideri Lexico obiter et sic commemoratur, vt dubites, an in scriptore Graeco vere occurrat. Occurrit autem in Schol. minor. ad Homer. Il. *M.* v. 446. item in Schol. Vossiano ad Il. *Ψ.* v. 574. ap. Valckenarium Animaduers. ad Ammon. p. 108. [Verbum a simili composito ductum *ὑπερβαρεῖν* Lexicis adde. Legas id in Suida T. III. p. 426.] — *Ἑτεροζυγία.* Vtitur hoc nomine Scholiastes ad Lucian. T. II. p. 325. — *Ἑτερόμετρος* et *ἑτερομετρία.* V. Hephaestion. p. 74. et Schol. metric. ad Aristophan. Plut. v. 253. — *Ἑτεροφορεῖν.* Timaeus Lex. Plat. p. 247. *Ταλαντοῦσθαι. ἑτεροφορεῖσθαι.* SCHAEF.

κίον ξυμβεβηκότα, μὰ Δί' οὐ τῇ κολακευούσῃ τοὺς δήμους, ἀλλὰ τῇ σωφρονιζούσῃ. Participium *ξυμβεβηκότα* non reddidit versio latina editionis nuperrimae. Scholiastes interpretatur *ξυναρμοσθέντα:* Olearius *populari eloquentiae assuetum* (?). Verene coniecerim *ξυμβεβιωκότα,* iudicet amicissimus Boissonadus. Bast.

Probabilis coniectura et mutatio facillima. Sed fortasse erit qui vulgatam in Philostrato scripturam tueatur his similibusque locis. Aristophanes Ran. v. 807. *οὔτε γὰρ Ἀθηναίοις ξυνέβαινεν Αἰσχύλος.* Brunckius: „Glossa ad *ξυνέβαινεν, ἔχαιρεν,* „*ἀπεδέχετο αὐτούς.*" Dionysius Halic. de Compos. Verb. c. XVII. p. 226. ed. nup. *Σοὶ, Φοῖβε Μοῦσαί τε, συμβῶμεν.* Ceterum similiter confunduntur nomina *σύμβασις* et *συμβίωσις.* Excerpta ex Diodoro Sic. de Virtut. et Vit. T. II. p. 571, 27. *εἰς συμβίωσιν ἐλθοῦσα.* Wesselingius: „Ms. *σύμβασιν.*" Schaef.

Pag. 750. v. 27. ἐχθρὰ. Corrig. *ἐχθραὶ.* Bast.

Pag. 751. v. 20. Idem valet in Guil. Canteri *Syntagma de ratione emendandi auctores graecos,* quod etiam secundo Tomo Aristidis Iebbiani additum est. Canterus enim magnum numerum corruptionum singularum litterarum et syllabarum etc. congessit, sed tacet de earum causis et rationibus. Sciendum tamen, maiorem partem harum corruptionum palaeographice explicari posse: vt Canteri libellus, quippe abundans exemplis, sane quam dignus sit cura eorum qui palaeographiae studio incumbunt. Bast.

Pag. 753. v. 23. Clemens Alexandr. Cohort. p. 43. v. 26. *ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων.* Potterus: „*ὁρωμέ-*„*νων* MS. Nou. mendose" [i. e. perperam lectum] „vt videtur, pro *ὁ Ῥωμαίων.*" Restituendum *ὁ βασιλεὺς ὁ Ῥωμαίων.* Bast.

Pag. 755. v. 10. Eandem syllabae $\overline{αι}$ notam Montefalconius Palaeograph. p. 353. et 355. obiter inter notas rhetoricas repraesentauit. Idem p. 354. explicans illic citatum fol. 97. (Codicis Paris. 3514., nunc notati numero 3032.) perperam habuit pro

nota syllabae $\overline{αν}$, quippe legit *πόσαν καὶ ποίαν*, cum deberet *πόσαι καὶ ποῖαι*. Has voces cum paene solas commemorauerit, vt lectores lacunam ab illo notatam explere possint, totam periodum, vt mihi videtur legenda et instauranda, (nam bibliopegi culter truncauit,) h. l. apponam: *πόσαι καὶ ποῖαι μέθοδοι τοῦ κωμικῶς λέγειν καὶ σκόπτειν* (l. *σκώπτειν*), *καὶ ποῦ καὶ πῶς αυταῖς ἐχρήσατο Δημοσθένης*. BAST.

Pag. 756. v. 35. Phalaris ep. 13. p. 70. *ἄλλοι δ' ὄψεις ἐξηράνθησαν, τινὲς δ' ἄκρα περιεκόπησαν.* Lennepius *ἐξηράνθησαν* illud de oculis *exustis* intelligere velit. Sed quis, quaeso, ita locutus est? Notat idem: „verba aliquid singulare habent, sal- „tem qui sic locutus sit, scriptorem desidero.“ *) Valckenarius p. XIV. omnem, vt mihi videtur, difficultatem tollit mutando $\overline{αν}$ in $\overline{ε}$ scribendoque *ἐξηρέθησαν*. BAST.

Pag. 760. v. 19. Recentiores Graeci syllabam $\overline{ει}$ saepissime sic scribunt, vt longus calami ductus, non infra lineam porrigatur, sed sursum assurgat: vnde nascitur similitudo eius, nunc cum nota syllabae $\overline{ας}$ in ipsam lineam immissa, nunc cum littera Delta. Ad *Gregor.* p. 349. v. 5. monui, Cod.

---

*) Non male, opinor, Lennepius extremà notà: „Ego „non temere vulgatum sollicitandum puto.“ Etsi enim Valckenarii mutationem lenissimam esse concedo, videor tamen mihi habere, quae vulgatam in Sophista scripturam tueantur. Scilicet in talibus verba *ξηραίνειν* et *τυφλοῦν* affinis sunt vsus. Sophista quidem scribere potuisset *ἄλλοι δ' ὄψεις ἐτυφλώθησαν.* Vicissim Aelianus de Nat. Anim. III. c. 39. *τυφλοῖ γὰρ τὸν μασθὸν, ὅταν σπάσῃ, καὶ ἀποσβέννυσι τὴν ἐκεῖθεν ἐπιῤῥοήν.* i. e. *ξηραίνει.* (Eadem iungens verba Plutarchus Mor. T. III. p. 792. Wytt. *καὶ θυμοὶ κυνῶν ἐν ταῖς πρὸς τὰ θηρία γινομέναις ἁμίλλαις ἀποσβεννύουσι τὰς ὁράσεις πολλάκις καὶ τυφλοῦσι.*) Composito *ἀποτυφλοῦν* de eadem re vtitur Antigonus Caryst. Hist. Mirab. c. 51. p. 89. Beckm. *τὸν δὲ μαστὸν, ὅθεν ἂν ἑλκύσῃ, ἀποτυφλοῦσθαι.* Ista

Paris. 2667. dare ἀεῖεν, sed Cod. 2668. ἄδεν. Vix dubito, in archetypo posterioris Codicis pro δ scriptum fuisse ει tali modo supra lineam porrectum, quod nemo mirabitur scribam habuisse pro littera Delta, cum ab vtroque latere vocalis apposita sit. Bast.

Pag. 763. v. 17. ὅπέρ οὐκ. Corrig. ὅπερ οὐκ. Bast.

Pag. 764. v. 15. Manetho VI. v. 538. *Δινδυμίῃ γὰρ ἀγείρονται κατὰ δήμους Καὶ πόλιας πλάζονται κ. τ. λ.* Pro *ἀγείρονται* Ruhnkenius ad Tim. p. 11. optime legit *ἀγείροντες*, quod fugit Doruillium ad Chariton. p. 681. Lips. Bast.

Pag. 766. v. 10. e Cod. *Ven.* B. Corrig. e Cod. *Vind.* B. Bast.

Pag. 767. v. 29. Schol. Ven. ad Iliad. *I*, v. 73. *ἀγνοίᾳ μέντοι τῆς ἀκριβοῦς, διὰ τῆς ει διφθόγγου τὴν γραφὴν ποιοῦνται.* Sic edidit Villoisonus, pro nota tachygraphica syllabae ης habens, quod nihil aliud est quam signum apostrophi. Scrib. *τἀκριβοῦς*, i. e. *τῆς ἀκριβείας.* Sic e. c. eadem Scholia ad Il. *B*, 111., e Codicis quidem scriptura, *τὸ δὲ οὐκ ἔχει τἀκριβὲς οὕτως*, et paullo post, *ἕνεκα γοῦν τἀκριβοῦς.* Villoisonus priore loco dedit *τὸ ἀκριβὲς*, posteriore *τοῦ ἀκριβοῦς.* Bast.

---

scripseram, cum a Bastio in cumulum haec accepi: „Cum Lennepius nullum exemplum phrasis *ἐξαιρεῖσθαι* „*ὄψεις* commemorauerit, hunc defectum ego supplebo. „Heliodorus II. p. 71. *ἀνὴρ . . . τὸ βλέμμα ὑποκαθήμενος* (Cod. Ven. 409. *ὑποκαθειμένος*) . . . *ἐμβαλὼν τὸ* „*ξίφος, τὸν ὀφθαλμὸν* (Cod. Ven. *τῶν ὀφθαλμῶν*) „*αὐτῇ τὸν δεξιὸν ἐξηρεῖτο.* ad q. l. Coray plura „congessit. Schol. Ven. ad Iliad. *Z*, 130. *ὁ Λυκοῦργος* „*ἔδωκε τὴν ἐξ ἀνθρώπων* (de hac locutione v. Coray ad „Heliodor. p. 53. sq. et Addenda ad Thom. Mag. p. 359.) „*δίκην· ἀφῃρέθη γὰρ πρὸς τοῦ Διὸς τὸν ὀφθαλ-* „*μόν.*" Itaque vt antea perparum repugnassem, si quis Valckenarii coniecturam amplexus esset, sic nunc minus etiam renitor. Schaef.

Pag. 769. v. vlt. Addo nunc, quod probe notandum est, vitiosum ἀμφότεροι pro ἀμφότερα etiam hinc nasci potuisse, quod v. ἀμφότερος minus recte expleretur. Scilicet haec vox saepissime indicabatur solis litteris initialibus ἀμφ, superscripto ο. Timaeus Lex. Platon. p. 181. Μορμορύττει καὶ μορμολύττει, ἀντὶ τοῦ ἐκφοβεῖν ἀμφ (lineâ transuerse ductâ per caudam litterae φ). Ita Codex. Ruhnkenius, aut qui in eius vsum euoluit Codicem, ἀμφότερον dedit. Facile apparet, hoc compendium, si contextus verborum de vera scriptura non admoneret, causam esse potuisse variorum errorum. Bast.

Pag. 773. v. 8. In Timaeo, quem modo citaui, p. 273. Codex habet Χαμεζηλον (sic) διφρίον *) μικρὸν, pro χαμαίζηλος, quod Ruhnkenius recte edidit. Vitium in syllaba λου ortum est e superscripto ο, quod scriba SGerm. pro υ, aut potius pro nota syllabae ου habuit: nam haec nota, vt figurae aeri incisae docent, semper nonnihil differt ab υ. Bast.

Pag. 774. v. 5. Simili compendio pingitur diphthongus ευ. Mallem sic scriptum: Simili compendio pingitur littera υ in diphthongo ευ. Bast.

) Deminutiuum διφρίον, quo Timaeus etiam p. 233. vtitur, Lexicis accedat. Item hae voces: Διφρελάτης. Graecos hoc nomine vsos esse, docet nota Thomae Mag. improbantis p. 244. Διφρηλάτης, οὐ διφρελάτης. Δίφρευσις. Thomas l. c. Διφρεία, Ἀττικοί· δίφρευσις, κοινοί. Διφρηλατεῖν. Euripides Rhes. v. 783. Musgr. ἵππους γὰρ, ἃς ἔθρεψα κἀδιφρηλάτουν. Theodectes in Grotii Excerpt. p. 447. Ἧς ἀγχιτέρμων ἥλιος διφρηλατῶν. Διφρήλατος. Euripides Rhesi Prologo ap. Valckenar. Diatr. p. 89. et in edit. Musgrau. p. 240. Νῦν εὐσέληνον φέγγος ἢ διφρήλατος —. Δίφριος. Epigramma adesp. CCCLXXXIX. v. 6. εἵλκυσε Πριαμίδην δίφρια συρόμενον. Hinc ἐπιδίφριος, quod Lexica habent. Schaef.

Pag. 778. v. 20. Post verba: vide quae supra in syllaba $\overline{ου}$ dixi, adde: et p. 738. v. 26. Bast.

Pag. 782. v. 24. impositus esset syllaba $\overline{ει}$. Corrig. impositus esset syllabae $\overline{ει}$. Bast.

Pag. 783. v. vlt. Schol. Ven. A. ad Iliad. Θ, 221. ὁ μὲν Ἀπολλόδωρος, ὅτι ἠπειλήσας εἶχεν ἐν τῇ χειρὶ (τὸ φάρος) κ. τ. λ. Codex dat $\overset{ε}{π}$ειλήσας, i. e. περιειλήσας, vt corrigendum est. Villoisonus $\overset{ε}{π}$ perperam habuit pro $\overline{επ}$, insuperque $\bar{ε}$ corrupit in $\bar{η}$. Bast.

Pag. 784.)* Huc refer etiam compendium $\overset{τ}{ου}$ (i. e. οὕτως), pro quo interdum τοῦ legerunt. Sylburgius ad Etymolog. M. p. 736, 9.: „οὕτω pro „vulgato τοῦ reposui ex Harpocratione et Suida.“ Hanc confusionem in Etymologicis MSS. saepissime deprehendi. Bast.

Pag. 789. v. 5. Sic in Clement. Alexandr. Paedag. l. II. p. 188. nonnulli Codices pro πεποιημένων dant περιποιημένων, quod debetur errori male legentis scripturam genuinam. Maussacus ad Harpocrat. p. 290.: „Περιφοριῶσθαι nos restituimus „pro πεφοριῶσθαι, quamuis non possim videre, „cur potius dicere debeamus περιφοριῶσθαι quam „πεφοριῶσθαι, cum recte dicatur πεφοριvῶσθαι, et „hanc lectionem confirment omnes manu exarati, „et ipse Suidas.“ Περιφοριῶσθαι falsum est, ac debetur errori perperam legentis compendium tachygraphicum, vt qui $\overset{ε}{π}$ (i. e. $\overline{πε}$) haberet pro $\overline{περι}$. In Cod. Vatic. 375. recte legitur πεφοριῶσθαι, idemque habent Etymolog. M. et Lex. rhet. SG. MS., hoc solo discrimine, quod μεγαλογραφοῦσι πεφωριῶσθαι. Bast.

Pag. 793. v. 2. His monstris adnumerem etiam ἀντισχετλιαςικὸς s. ἀντισχέτλιος, quod in

*) Verus huius paginae numerus (784) corruptus a typotheta in 782. Bast.

aliquot Etymologicorum Parisinorum v. *βάλε* legi. Locus in edito Etymologico sic scriptus est: *Ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ἄγε προστακτικοῦ ῥήματος μετατίθεται καὶ γίνεται ἐπίῤῥημα παρακελεύσεως* (Cod. 2654. *παρακελευστικὸν*) *ἄγε, οἷον, Ἄγε δή μοι ὦ μοῦσα, καὶ ἀπὸ τοῦ φέρε προστακτικοῦ ῥήματος* (Cod. 2654. addit *γίνεται ἐπίῤῥημα*) *φέρε· οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ ἔβαλον, ἔβαλες, ἔβαλε* (*οὗ τὸ προστακτικὸν βάλε*) *μετατιθέμενον γίνεται σχετλιαστικὸν ἐπίῤῥημα ἀντὶ τοῦ, φεῦ, οἷον Βάλε βάλε κῆρυξ φωνήν* (f. *κηρύλος εἴην*. Conf. Antigon. Caryst. cap. 27. ibique Interpr.). *τοῦτο πλεονασμῷ τοῦ α, ἀντὶ σχετλιαστικοῦ ὄντος ἐπιῤῥήματος, ὡς παρὰ τῷ Ποιητῇ, ἆ δειλὲ, γίνεται ἄβαλε. κ. τ. λ.* Neque *ἀντὶ σχετλιαστικοῦ*, neque *ἀντισχετλιαστικοῦ* quid significet, quisquam dicat. Cod. 2654. habet *καὶ ἀντισχετλι* (sic). Hoc *καὶ* ascisco, et *ἀντὶ* (*ἀν* with τ above) muto in *αυ* (with τ above), i. e. *αὐτοῦ*. Itaque lego *καὶ αὐτοῦ σχετλιαστικοῦ*. Haec quidem emendatio obscuri illius *ἀντὶ* mihi satis probabilis videtur. Ammonius p. 62. Valck. *εὐθὺ δὲ τοῦ γυμνασίου αὐτῶν, κατ' εὐθεῖαν τοῦ γυμνασίου*. Valckenarius *αὐτῶν* verissime mutat in *ἀντὶ τοῦ*. Scilicet librarius pro *αν* (with τ above), quod tam *ἀντὶ τοῦ* quam *ἀντὶ* significare potest, legerat *αυ* (with τ above), idque expleuerat sic: *αὐτῶν*. Bast.

Ibid. v. 4. ab extr. supprimit. Corrig. per compendium scribit. Bast.

Pag. 795. v. 22. Ante *etc.* insere: *ἐνεκείνῳ* pro *ἐν ἐκείνῳ*. Ita Cod. Ven. A. ad Iliad. *Θ*, 135. Hoc Villoisonus, aliud agens, corrupit in *ἐνεκειμένῳ*. Bast.

Pag. 799. v. 16. Post *ibid. p. 20.* accedant haec: Exemplis ibi allatis adde Lex. SGerm. rhetor. soph. *Οὔρους* (scrib. *οὐροὺς*) *ὀξυτόνως, τὰ νεώρια καὶ τὰ περιορίσμ* (with α above) *τῶν νεῶν*. vbi secunda manus iuxta superscriptum *α* posuit *τ*, i. e. *τα*. Substantiuum *περιόρισμα*, quod, vt totum hunc articulum, etiam Suidas habet, in Lexicis nostris frustra quaeras. Bast.

Pag. 804. v. 14. Tale δη$\overset{\text{ο}}{\text{λ}}$ reperias e. c. in Scholiis Homericis ad Il. *Θ*, 94. vbi Villoisonus sic legit: ἤτοι γὰρ ὡς δηλον, ἐν πλήθει φεύγεις, οἶον μετὰ ταραχῆς κ. τ. λ. Sed quid, quaeso, δῆλον h. l. significat? Hoc quoque exemplum documento est, Villoisonum in transscribendis Codicibus saepissime solorum operâ digitorum vsum esse, neque, quid transscriberet, cogitasse. Cum Scholiastes voces Homericas κακὸς ὧς interpretetur, nemo non intelligit, scripsisse eum ὡς δειλὸς, quod restituendum esse, etiam Cod. B. satis indicat. BAST.

Pag. 805. v. 7. Schol. Thucydid. (Vol. VI. p. 248. Bip.) Ἀποροῦσί τινες ψυχρὰν ἀπορίαν, διά του (sic) Θουκυδίδης ἔχων τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς ϑ̄, ὀκτὼ συνεγράψατο ἱστορίας, ὁ δὲ Ἡρόδοτος ἔχων ἀπὸ τοῦ η̄ κ. τ. λ. Διά του debetur errori perperam explentis compendium δι$\overset{\text{τ}}{\text{α}}$, quod h. l. valet διατί. Eadem, vt puto, origo est illius ἀπὸ τῆς ϑ̄, pro quo legendum ἀπὸ τοῦ ϑ̄, quod ipsum dat Codex Paris. 1743. Ad τοῦ, vt satis constat, subaudiendum est γράμματος s. στοιχείου: ad τῆς, nisi fallor, subaudi oporteret συλλαβῆς. Sed femininum, cuius ibi vsus est, vbi de diphthongis agitur, de simplicibus elementis nullus, quod sciam, Grammaticorum posuit. BAST.

Pag. 806. v. 16. Fieri tamen potuit, vt in voce εἰκόνες sola syllaba ες̄ compendiose scripta esset, signoque eius in ipsam lineam immisso pro ea legeretur αι̅. Conf. p. 764. v. 10. sq. BAST.

Pag. 807. Ἐνεργητικός. Etymolog. M. p. 54, 7. sqq. Ἀκρωτηριάζω . . . . . Δημοσθένης, ἠκρωτηριασμένοι, τὸ λελυμασμένοι, ἀντὶ τοῦ ἐνωτικῶς ἠκρωτηριασμένοι. Ἐνωτικῶς, etsi bene graecum, hoc in loco caret sensu. Sylburgius: „Haud scio an „voluerit auctor ἐνωτικῶς, pro *in auribus*, vt „v. 7.“ (vbi legas τὰ ἄκρα τῶν ὤτων ἀπέτεμνον.) A vero vir optimus, opinor, maxime aberrat, cum ἐνωτικῶς ne graecum quidem videatur. In Codice

κότες
2654. reperi ἑνωτικῶς ἠκρωτηριασμένοι. Iam cum participium ἠκρωτηριασμένοι in Demosthenis loco, quem Etymologus hic spectat, Vol. I. p. 324, 22. (ἠκρωτηριασμένοι τὰς ἑαυτῶν ἕκαστοι πατρίδας) habeat vim actiuam: in illo ἑνωτικῶς agnoscere mihi videor errorem scribae perperam explentis compendiose scriptum adiectiuum ἐνεργητικός. Scilicet corrigendum esse puto ἀντὶ τοῦ ἐνεργητικοῦ ἠκρωτηριακότες. Ac vere me correxisse, docet Harpocration, ab Etymologo M. alibi etiam exscriptus, qui v. ἠκρωτηριασμένοι ad finem haec habet: τὸ μέντοι ἠκρωτηριασμένοι ἀντὶ τοῦ ἐνεργητικοῦ κεῖται τοῦ ἠκρωτηριακότες. BAST.
Conf. Suidam T. II. p. 51. SCHAEF.

Pag. 808. v. vlt. Schol. Ven. ad Iliad. *Z*, 398. ἡ γὰρ γυνὴ ἔχετο (sic Villoisonus), ὁ δὲ ἀνὴρ ἔχει.
τ
Cod. MS. ἔχε, id est ἔχεται. BAST.

*Pag. 809. not. *).* Voces ἐπὶ et ἐστὶ facillime commutantur e. c. in scriptura Codicis Paris. 573. (quo continentur Scholia Basilii in Gregorium Nazianzenum), vbi σ̄τ̄ sic pictum est, vt inferiori parti litterae Tau adhaereat vncinulus sursum porrectus, cui vncinulo si addideris lineolam copulatiuam, habebis tale ϖ̄, cuius pars posterior nonnihil infra lineam demittatur. BAST.

Pag. 813. v. 2. Schol. Ven. A. ad Iliad. *E*, 325. δεδήλωται ἡμῖν ἐν τῇ ἄλφα *) ἐντελῶς, ὁπότε διελαμβάνομεν περὶ τοῦ, ἀλλ' ὅδ' ἀνὴρ ἔθεται (sic Villoisonus) περὶ πάντων. scil. v. 287. Pro voce nihili ἔθεται Cod. MS. dat ἔθε, Lambda superscripto, et quidem ita picto, vt in v. ἐτέλει tab. VII. num. 11. Legendum igitur ἐθέλει. BAST.

Ibid. v. 12. Idem valet de aliis nominibus propriis, e. c. Ἀριστοφ^α (lineâ transuerse ductâ per caudam litterae φ), i. e. Ἀριστοφάνης. Solus enim ver-

*) Subaudi ῥαψῳδίᾳ, et adde hanc ellipsin Catalogo Bosiano. SCHAEF.

borum contextus docet, qui casus intelligendus sit. Schol. Ven. ad Iliad. *E*, 289. *οὐ γὰρ, φησὶν (Ἀρίσταρχος), σύνθετον δεῖ νοεῖν τὸν σχηματισμὸν, ἀλλὰ κατὰ ἁπλῆν ἔννοιαν . . . . ὁμοίως δὲ καὶ Ἀριστοφάνει ὁ Τρόφων. εἰ δὲ ἀρέσκει ὁ σχηματισμὸς σύνθετος εἶναι κ. τ. λ.* Sic Villoisonus pessime edidit. Codex habet: *ἀριστοφ^{α}* (cum lineâ illâ transversâ) *τρόφωνει δὲ ἀρ.* Itaque sic lege et interpunge: *ὁμοίως δὲ καὶ Ἀριστοφάνης. Τρύφωνι δὲ ἀρέσκει κ. τ. λ.* BAST.

Ibid. v. paenult. Schol. Platon. p. 71. Ruhnk. *Σημαίνηται* (corr. *σημείωσαι*. Conf. *Gregor.* p. 216.), *ὅτι χρηστέον τοῖς ποιητικοῖς οὐ κατὰ τὴν τῆς λέξεως ἀκριβολογίαν* (Cod. Paris. 1807. *ἀκρίβειαν*), *ἀλλα μετὰ τοῦ παρῳδεῖν αὐτὰ ἐπὶ τὸ πεζοφανέστερον.* BAST.

Pag. 815. extr. In Xenophontis Oeconom. III. 13., deletâ particulâ *ἢ* post *μάλιστα*, quam sequens copula videtur peperisse, scribam: *Ἔγημας δὲ αὐτὴν παῖδα νέαν μάλιστα καὶ ὡς ἠδύνατο ἐλάχιστα ἑωρακυῖαν καὶ ἀκηκουῖαν;* Nullus hîc locus disiunctiuo *ἤ*. SCHAEF.

Pag. 820. v. 29. ηατήγορος. Corr. *κατήγορος.* BAST.

Pag. 821. v. paenult. Sic in Strabonis Codicibus confunduntur *κλίμακος* et *κλίματος*. V. Tzschuckium T. VI. p. 496. SCHAEF.

Pag. 823. v. 8. Xenophontis Memorabilia dicuntur *Ὑπομνήματα* etiam in Codice Parisino, quem Gailus excussit. V. *Oeuvres complètes de Xénophon* Tom. VII. p. 501. SCHAEF.

Ibid. v. 20. Praeterea vocis *ὑπόμνημα* peculiare est compendium, quod Montefalconii Palaeographia p. 345. col. 1. v. 24. repraesentat. Hoc signum tachygraphicum a lectoribus imperitis aut parum attentis facile haberi potest pro compendio vocis *ποίημα*. Atque haec mihi videtur ratio commutationis ambarum vocum in Grammaticorum libris manu scriptis. Schol. Ven. A. ad Iliad. *I* (IX), 453. *ταῦτα ἱστορεῖ Ἁρποκρατίων ὁ Δίου διδάσκαλος, ἐν ποιήματι τῆς.* Ita Villoisoni textus. Codex dat

ἐν ποιήματι τῆς ῑ, quod mutauerim in *ἐν ὑπομνή-ματι τῆς ῑ* (scil. *ῥαψῳδίας*). Laetus video, in idem incidisse praestantissimum Heynium ad Iliad. l. c. Sic enim Vir Summus: „Apparet esse hunc Vale-„rium Harpocrationem grammaticum, Diui Veri „Imp. praeceptorem. At quale hoc eius scriptum „fuerit, cum eius nulla alia mentio sit, non expu-„to: forte leg. *ἐν ὑπομνήματι τῆς Ἰλιάδος*.“ Bast.

Pag. 825. v. 3. Duplicem grauem in Codicibus item aliae voces sibi impositum habent, e. c. *ναὶ, ἂν, ἐπεὶ* etc. Bast.

Ibid. v. 19. Schol. Ven. ad Iliad. *Z*, 146. *ἡ δι-πλῆ, ὅτι δύο μεν λογοι* (sic) *τὸ τοιη δὲ, τοίη καὶ δέ· διὸ οὐ περισπαστέον τὸ τοίη δέ.* Voces *μεν λο-γοι*, quas editio habet, errori debentur Villoisoni compendia perperam legentis. Codex enim habet *μ^ε λ^ο/*, i. e. *μέρη λόγου*, quomodo corrigendum. Eadem Scholia ad Iliad. *Θ*, 276. *τὸ Ἀμοπάονα ἐν ἑνι μεν λογῳ ἀναγνωστέον.* Codex habet *ἐνενὶ μ^ε/ λόγ^υ*, i. e. *ἐν ἑνὶ μέρει λόγου.* Bast.

Pag. 827. v. 23. De compendio pluralis *ὀνόματα* citare poteram etiam Montefalconii Palaeograph. p. 353. col. 1. v. 1. vbi voces „fol. 7. verso, *τὰ ὀνόματα τῶν ῑ ῥητόρων*“ aeri incisae sunt. Sed chalcographus rem ibi pessime gessit. Nam pro *T* in articulo *τὰ* positum est *Γ*, et pro *A*, *Λ*; litterae superscriptae $\overline{NN}$ in *ὀνόματα* a duplici $\overline{OO}$ nimio distant interuallo; pro *ΤΩΝ* legitur *ΥΩ*; denique in voce *ῥη-τόρων* quae Eta superscripta sunt, similiora sunt latinis *h*, quam graecis Eta. Non minus laborat vitiis paene tota *Tabula Notarum Rhetoricarum*, quam Montefalconius l. c. e Codice Regio 3514. (nunc 3032.) publici iuris fecit: vt plurimum fallatur, qui rhetoricorum scientiam signorum inde hauriri posse putet. Adde quod explicatio, quam vir doctus addidit, non pauca continet falsissima. Fortasse alia occasione Tabulam illam eamque quae proxime sequitur, denuo aeri incidendas curabo.

corrigamque quicquid Montefalconius perperam legit. BAST.

Pag. 830. v. 18. ὀνθρώπων. Corr. ἀνθρώπων. BAST.

Pag. 834. v. 26. Eodem compendio scribitur adiectiuum πολεμικός. Ideo passim confusa sunt πολεμικὸς et πολιτικός. Dionysius Halicarn. Antiquit. Rom. IV. c. 45. ἐδόκει δὲ τὰ πολιτικὰ συνετὸς ἐν ὀλίγοις εἶναι. Al. perperam τὰ πολεμικὰ, nam sequitur καὶ πολέμους *) στρατηγεῖν ἱκανός. Athenaeus T. V. p. 273. ἐκαυχήσατο τὸ **) δύνασθαι μετέχειν των πολιτικῶν ἀγώνων. Imo lege πολεμικῶν. Sic Diodorus Sic. IV. c. 16. διὰ τὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσιν ἀνδραγαθίαν. vbi v. Wesseling. Similiter Pausanias X. c. 21. 3. καὶ τότε ἐς ἀγῶνα ἐλθὼν πολέμου πρῶτον. Xenophon Cyrop. I. 5. 12. κάλλιστον δὲ πάντων καὶ πολιτικώτατον κτῆμα εἰς τὰς ψυχὰς συγκεκόμισθε. Al. πολεμικώτατον, quod mihi quidem non praeferendum videtur. Conf. Athen. l. c. οἱ παλαιοὶ τὴν ἀνδρείαν ὑπελάμβανον εἶναι μεγίστην τῶν πολιτικῶν ἀρετῶν. Add. Doruill. ad Charit. p. 703. SCHAEF.

Pag. 837. v. paenult. Conf. etiam Berglerus ad Alciphron. l. III. ep. 71. vbi haec notat: „Vulgata „πρὸς τὰς, potius παρὰ τάς· saepe enim in MSS. „antiquioribus non animaduertitur differentia inter „πρὸς et παρὰ ab imperitioribus." BAST.

Pag. 839. v. 24. Iu. Corr. In. BAST.

---

*) Reiskius p. 1272. b.: „πολέμους (in accusat. plur.) „dedi de meo, pro vulgari πολέμου (in genit. sing.) il- „lud graecum est, hoc minus." Sed eodem modo Dionysius III. c. 37. καὶ νομίσαντες δι' ἀνανδρίαν οὐχ ἱκανὸν εἶναι πολέμου στρατηγεῖν. vbi vir egregius non offendit. Cum articulo ibid. c. 22. ὡς κακῶς ἐστρατηγηκὼς τοῦ πολέμου. vbi tamen Codex Vaticanus dat accusativum, τὸν πόλεμον. Hoc quidem apparet, illis in locis ς facillime elidi potuisse. SCHAEF.

**) Nota hanc verbi καυχᾶσθαι constructionem, cuius exempla hucusque tantummodo in Hellenistica Graecitate reperi. Nisi forte in Athenaeo corrigendum τῷ. SCHAEF.

Pag. 850. *v.* 13. Litteris, etsi non indicantibus numeros, librarii tamen superimponere solent lineolam, e. c. scribentes τὸ $\bar{α}$, τὸ $\bar{β}$, pro τὸ ἄλφα, τὸ βῆτα. Schol. Ven. ad Iliad. *E*, 203. ἄδδην] Νικίας διὰ δύο $\overline{δαδ}$ γράφει. Sic scriba Venet. perperam pro διὰ δύο $\overline{δδ}$, videlicet lineolam duplici Delta superimpositam habens pro nota tachygraphica litterae Alpha. Ibidem Villoisonus dedit: τὸ γὰρ πρὸς τοῦ (Cod. προτοῦ, i. e. πρὸ τοῦ, quod restituendum) $\bar{δ}$ δεκτικὸν μὲν ψιλοῦται, ὡς τὸ ἀδολέσχης, ἀδρανής, μὴ οὕτως δὲ ἔχον δασύνεται· ἅδε δ' Ἕκτορι (Iliad. *M*, 80.)· ἅδός τέ μιν ἵκετο θυμόν (Iliad. *A*, 88.). Cod. A. addit quae Villoisonus omittere non debebat: Ἄδωνις, καὶ τοῦτο γὰρ παρὰ τὸ ἥδω. μάχεται τὸ ἀδράφαξυς, δεκτικὸν ἔχον τὸ ἄλφα καὶ δασυνόμενον. Obiter nota phrasin Grammaticorum, ἄλφα δεκτικόν. Bast.

Pag. 851. *v.* 1. Quemadmodum $\bar{β}$, $\bar{γ}$, $\bar{δ}$ etc. significare possunt tam δύο, τρεῖς, τέσσαρες etc., quam δεύτερος, τρίτος, τέταρτος etc., sic $\bar{α}$ valere potest tam εἷς, quam πρῶτος. Schol. Thucydid. (Vol. VI. p. 248. Bip.) ἡ ἀληθεστέρα λύσις τοιαύτη, ὅτι ὁ Θουκυδίδης οὐ διεῖλεν εἰς ἱστορίας, ἀλλὰ $\bar{α}$ συνεγράψατο. καὶ δῆλον ἐκ τῆς διαφωνίας τῶν κριτικῶν. οἱ μὲν γὰρ διεῖλον εἰς ὀκτὼ, οἱ δὲ εἰς $\overline{ιγ}$ κ. τ. λ. Dukerus ad h. l.: „Quid in his verbis, ἀλλὰ $\bar{α}$ συνεγράψατο, sit $\bar{α}$, non scio; sed sensus est idem, ac si „dixisset ἀδιαιρέτως." Fugiebat virum doctissimum, $\bar{α}$ dici etiam de *uno* (εἷς, μία, ἕν). Atque series orationis docet, $\bar{α}$ h. l. legendum esse μίαν, quam vocem plene scriptam legas in Codice Paris. Thucydidis Num. 1743. fol. 133. verso. Bast.

Pag. 855. *v.* 5. *ab extr.* Locus Antonini Liberalis, de quo p. 166. Epistolae Criticae agitur, in plerisque editionibus sic scriptus est: Ἡρακλῆς.... συνεπήγετο μεθ' αὐτοῦ καὶ Ὕλαν, παῖδα μὲν Κήϋκος, ἐκτόπως νέον δὲ καὶ καλόν. Codex MS. pro ἐκτόπως dat ἰτυποσ (sic). Hoc ἰτυποσ Xylander in

textum asciuit, positâ in margine coniecturâ ἀτόπως. Munckerus edidit ἐκτόπως, adscriptâ hac notâ: „Ita rescripsi pro ἰτυποσ᾽, *voce nihili.* Nisi „operae dormitarunt, mirari conuenit doct. Xy„landrum, cur ἀτόπως potius quam ἐκτόπως, cum „istud *toties* in hoc libello legisset, margini appin„gendum curauerit." In *Gallica* editione Epistolae probaueram Munckeri rationem barbarum illud ἰτυποσ᾽ in ἐκτόπως mutantis, quanquam praemiseram haec: „*Je ne sais si les traits que l'on voit sur l'* „*ῑ et après le σ̄, ne sont pas plutôt de ces petits* „*crochets par lesquels le copiste indique, qu'il* „*faut retrancher ce qu'ils renferment.*" Postmodo cum Codicem rursus inspexissem, auctâ interim rerum palaeographicarum scientiâ, plane intellexi vim et significationem illorum vncinorum. Itaque in altera Epistolae editione, repudiatâ Munckeri opinione, vocem ιτυποσ, vt perperam scriptam et ab ipso librario per vncinos illos damnatam, e textu expellendam censui. „Lineolae (sic Wiedebur„gius), quas supra litteram ῑ et post σ̄ scriptas vi„demus, *signa sunt, quibus librarius indicat,* „*reiicienda esse, quae intercludunt.*" Idem forte placuerat Censori Gallicae editionis, *Az* (*Jen. Allgem. Liter. Zeitung* 1807. Num. 287.), repudianti ἐκτόπως ad suumque arbitrium delenti ἰτυποσ᾽. Quod si idem ille *Az* (certe homo eâdem indutus personâ) in alterius Censura editionis (*Jen. Allgem. Liter. Zeitung* 1810. Num. 125.) sic loquitur: „*Dass* ἰτυ„ποσ᾽ *richtig gedeutet sey*, (scilicet mutatum in „ἐκτόπως) *kann Rec. dem Verfasser noch immer* „*nicht glauben*"; additque haec: „*es werde alles,* „*was er* (*Az*) *in der ersten Ausgabe gemissbilligt,* „*die angeführte Stelle ausgenommen, in* „*der zweyten gar nicht, oder berichtigt gefun-* „*den*": facile apparet, alterum hunc *Az* me aut non intellexisse, aut noluisse intelligere, quodque obiter addideram, vt quadamtenus tuerer Munckeri coniecturam (non longe quaesitam illam, neque tamen veram) perperam sic interpretatum esse, ac si ego etiam ἐκτόπως scribendum censerem. Imo

de barbaro *ἰτυποσ᾽* eadem mihi, quae priori *Ax,* sententia sedet. Iterum dico, delendam esse hanc vocem, non tamen auctore illo, aut quod illi sic placuit, (nihil enim rationis praeter nudum hoc, *Αὐτὸς ἔφη*, in Censura reperias,) sed quia ipse Codex indicium habet, *ιτυποσ* male scriptum adeoque plane delendum esse. Hoc indicium primus Antonini editor non intellexit. Qui si vim duorum vncinorum cognitam habuisset, perperam scriptum *ιτυποσ*, cui in futuris Antonini editionibus locus non dabitur, sine vlla cunctatione deleturus erat. Tales autem vncinos *signa* esse *reprobationis*, alii etiam libri manu scripti docent, neque mea solius coniectura est. Consulat lector, quod nunc ipsum ad me adfertur, egregium Programma acutissimi doctissimique Hugii *de antiquitate Codicis Vaticani* (Num. 1209. V. et N. T.), Friburgi Brisgouiae, 1810. vbi p. 10. sq. haec legas: „Alia loca habent „signum reprobationis a prima manu adiectum; „hoc quoad litteras, aut vocem non nisi vnicam, „consistit *in punctis vertici litterarum impositis*, „quae in Herculanensibus chartis eadem significa„tione adhibentur.“ (In nota adiuncta Hugius monet, Winkelmannum significationem horum punctorum in Philodemo Herculanensi ignorasse. Itaque Winkelmannum puncta perinde fefellerunt, vt Xylandrum vncini in loco Antonini citato.) „En e „nostro codice exempla, Io. XVII, 15. *ΠΟΝΗ*„*ΡΟΥṄḢṖȮẎ* etc. Totas autem sententias *vncis* „*inclusit*,“ (Scriba Codicis Palat. 398. ita solet in singulis vocibus, sed in duabus pluribusue vtitur duobus punctis, v. *Epist.* p. 28.) „quemadmodum „Matth. XXVI, 56. 57. *ΕΦΥΓΟΝΟΙΔΕΚΡΑΤΗ*„*CΑΝΤΕCΕΦΥΓΟΝΟΙΔΕΚΡΑΤΗCΑΝΤΕCΤΟΝ* „*ΙΗCΟΥΝ* . .; aut Matth. XXI, 4. *ʽΠΛΕΡΩΘΗ* „*ΤΟΡΗΘΕΝΔΙΑΤΟΥʼΠΛΕΡΩΘΗΤΟΡΗΘΕΝΔΙ*„*ΑΤΟΥ;* et Rom. IV, 4. vbi secunda vice scripta „sunt, *ʽΜΙCΘΟCΟΥΛΟΓΙΖΕΤΑΙΚΑΤΑΧΑΡΙΝ* „*ΑΛΛΑΚΑΤΑΟΦΙΛΗΜΑʼ*.“ Bast.

Pag. 859. v. 12. In Xenophont. Cyrop. init. Aldinae scriptura *πάντι* eodem errore, vt arbitror, nata est e *πάνυ τι,* quod vnice probandum. V. Hem-

sterhus. ad Lucian. T. I. p. 477. In Platonis Lyside p. 6. Heind. legam *οὐ πάνυ τι δεινά ἐστιν.* Idem Phaedon. init. *οὐδεὶς πάνυ τι.* SCHAEF.

Ibid. v. 21. Scriptura illa *ἀ-φ' ἑσπέρας* et *με-θ' ἡμέραν* in memoriam mihi reuocat Homer. Il. *Θ,* 206. vbi vulgares poëtae editiones, etiam Heyniana, extremo versu habent *Ζῆν',* sequentem versum incipientes voce *Αὐτοῦ.* Sed, auctoribus Grammaticis veteribus, v. 206. necessario scribendum *Ζῆ-* (in Codice quidem Ven. A., vbi extremi versus carent signis diacriticis, quibus nunc vtimur, nominaque propria scribuntur litteris minusculis, legas *ζῆ*) et v. 207. *Ν' αὐτοῦ.* Sic etiam Wolfius scripsit. Schol. Cod. Ven. B. ad hunc locum: *Τὸ πρὸ τῆς ἀποστρόφου σύμφωνον τῷ ἐπιφερομένῳ συνάπτεται φωνήεντι.* In Scholiis Codicis A. Villoisonus *Ν* perperam habuit pro *Η.* Conf. p. 715. Scribendum enim est: *μετενήνεκται τὸ Ν* (non *τὸ Η*) *εἰς τὸν ἑξῆς στίχον.* Porro: *μεταξὺ μιᾶς συλλαβῆς τῆς ναυ* (scilic. *ν' αὖ*), non *να.* BAST.

INDEX

SCRIPTORVM CITATORVM

A GREGORIO CORINTHIO

CETERISQVE GRAMMATICIS, QVORVM LIBELLI HOC SYNTAGMATE CONTINENTVR.

INDEX

SCRIPTORVM IN NOTIS

ET IN COMMENTATIONE PALAEOGRAPHICA VEL ILLVSTRATORVM VEL EMENDATORVM.

A.

I.

L.

Q.

R.

S.

T.

V.

X.

Z.

INDEX
GRAECITATIS.

Voces asterisco notatae in Lexicis non leguntur.

A.

B.

*) Clarissimus et de litteris nostris egregie meritus ac merens De Furia, fortasse monitus ab amico Parisino, errorem correxit in Corrigendis, quae accesserunt Lipsiensi editioni Fabularum Aesopicarum, p. 163. SCHAEF.

---

*) Recte, opinor, p. 4. scripsi: „Et sic, vt satis constat, Latini scriptores „verbo *habere* vtuntur." Cicero de Legib. II. c. 26, 65. *habet enim luctum concursus hominum*. Nuperus editor ad h. l.: „*Habet* i. e. efficit, excitat, parit, „ratione ex Graecis imitata, *ἔχει ταῦτα λύπην, ὀργὴν, φόβον* etc." In talibus quemadmodum simplex *habere* refertur ad compositum *praebere* (h. e. *praehibere*), pariter simplex *ἔχειν* refertur ad compositum *παρέχειν*. Neque enim praepositio adiuncta significationem simplicis plane immutat, sed tantummodo, vt vulgo dicimus, modificatur, siue quae fuit *γενικὴ* facit *εἰδικήν*. Millies autem dici *γενικῶς*, quae, ratione *λογικωτέρα, εἰδικῶς* dicenda erant, quis ignorat? De simplicium quidem verborum vsu pro compositis etiam veteres magistri sic praeceperunt: tantum abest, vt commentum sit interpretum recentiorum. Apollonius Dyscolus de Synt. I. p. 11. med. *ἀλλὰ καὶ λέξεως· ἡνίκα ἀπαιτεῖ τὸ* [perperam solicitatum a Fr. Porto], *ἀλλ' ὑμεῖς ἔρχεσθε, τὴν ἀπὸ πρόθεσιν· καὶ τὸ, πικρὰς ὠδῖνας ἔχουσαι· ἡ γὰρ αὐτοτέλεια τοῦ λόγου ὡς στοιχεῖον ἐζήτησε τὴν παρὰ πρόθεσιν*. Vides, iam Apollonium *ἔχειν* pro *παρέχειν* dictum habuisse. Xenophon Oecon. VI. 9. *εἰδικῶς*: *Αὕτη γὰρ ἡ ἐργασία — ἐδόκει — ταῖς ψυχαῖς ἥκιστα ἀσχολίαν παρέχειν φίλων τε καὶ πόλεων συνεπιμελεῖσθαι*. Eodem sensu, sed *γενικῶς*, IV. 3.: *Καὶ ἀσχολίας δὲ μάλιστα ἔχουσι καὶ φίλων καὶ πόλεως συνεπιμελεῖσθαι αἱ βαναυσικαὶ καλούμεναι*. Ibidem §. 5. *τέταχε τῷ ἄρχοντι*, pro quo in sequente sectione, quam editores debebant ordiri a verbis *Καὶ τὴν μὲν τροφὴν κ. τ. λ.*, *ὁ ἄρχων ᾧ τοῦτο προστέτακται*. [In iis quae statim sequuntur, nec *συνάγων* positum est, quod Zeunio placet, pro *συνάγει*, nec copulam post *καλεῖται* cum Schneidero deleri oportet. *καὶ πάντας ἅμα συνάγων* iunge superioribus, *ἐξέτασιν ποιεῖται*, et verte: *idque omnes simul congregans*. *καὶ* enim hic valet *καὶ ταῦτα, et quidem, idque*. Homerus Il. XI. v. 257. *κα-*

σίγνητον καὶ ὄπατρον. XII. v. 371. *κασίγνητος καὶ ὄπατρος.* Ipse Xenophon Hier. XI, 12. *προμάχους καὶ προθύμους.* Demosthenes T. I. p. 245. *φορὰν προδοτῶν — συνέβη γενέσθαι, καὶ τοσαύτην.* Add. Not. in Longi Pastor. p. 351. Reuertor ad illa Xenophontis. Ibi phrasin, *ἔνθα δὴ ὁ σύλλογος καλεῖται,* perperam intellexerunt Interpretes, *καλεῖν τὸν σύλλογον* vertentes *indicere conuentum.* Nec rectius Schneiderus: „*ὁ σύλλογος καλεῖται.* Inusitatum videtur verbum in hac re." Imo satis vsitatum est, sed petitum ex interiore Graecitate. Verte: *vbi est qui σύλλογος (κατ' ἐξοχὴν* apud Graecos) *dicitur.* Plane sic Xenophon Histor. Gr. V, 1, 10. *ἔνθα ἡ Τριπυργία καλεῖται, vbi est quae Τριπυργία dicitur.* Plato Phaedon. c. 57. in. Fischer. *οὐχ ὑπὲρ τοῦ χρόνου τούτου μόνον, ἐν ᾧ καλοῦμεν τὸ ζῆν, in quo est quod vitam dicimus.* V. Wyttenbachius ad h. l. p. 285. qui huius locutionis tot sibi exempla ad manum esse dicit, vt fere iusto libello sufficiant. Denique moneo, §. 7. scribendum videri: *οὓς δ' ἂν εὕρῃ τῶν ἀρχόντων ἢ καταμελοῦντας τῶν φρουρῶν, ἢ κατακερδαίνοντας.* Vulgo *τῶν φρουράρχων,* quod quî defendi possit, non intelligo, siquidem Xenophon *τῶν ἀρχόντων* numero etiam *τοὺς φρουράρχους* complectitur. Ceterum H. Stephanus, quem vulgata scriptura non videtur offendisse, genitiuum illum refert etiam ad *κατακερδαίνοντας*: recte, opinor. v. Ind. Thes. c. 1152. E. Certe falluntur, qui *κατακερδαίνω* simpliciter vertunt *quaestum facio.*] Sappho Epigr. III. v. 4. *ἅλικες ἱμερτὰν κρατὸς ἔθεντο κόμαν. Εἰδικῶς, ἀπέθεντο.* Sophocles Oed. Col. v. 738. sq. *οὕνεχ' ἧκέ μοι γένει τὰ τοῦδε πενθεῖν πήματα πλεῖστον πόλεως.* Scholiastes *ἧκε* recte interpretatur *προσήκει.* Idem Philoct. v. 67. *λύπην πᾶσιν Ἀργείοις βαλεῖς.* l. e. *προσβαλεῖς, προσάψεις.* Idem Trachin. v. 195. *κρίνει παραστάς.* Bene Brunckius: „Id est, *ἀνακρίνει.* Simplex pro „composito." SCHAEF.

H.

Θ.

K.

M.

*) Plato Apolog. Socrat. p. 48. v. 8. Bip. καὶ ὅπερ λέγω μ ὴ θ ο ρ υ β ῆ τ ε, ὦ ἄνδρες. Ita etiam Fischerus edidit. Sed corrig. μ ὴ θ ο ρ υ β ε ῖ τ ε, vt p. 70. v. 14. μὴ θορυβεῖτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. BAST.
Non scripsisse Graecos μὴ θορυβῆτε vetandi significatione, facile credo ve-

teribus magistris; cur non scripserint, neque illi docuerunt, nec quisquam, quod meminerim, recentiorum. Sumamus enim, quod placet Hermanno, μὴ ποιῇς et μὴ ποιήσῃς esse locutiones ellipticas dicique proprie de metuentibus (*metuo ne facias, metuo ne facturus sis*). Si licuit posteriorem ponere pro formula vetandi μὴ ποίησον (*noli facere*), cur non licuit priorem pro formula vetandi μὴ ποίει (*desine facere*)? In huius λύσει ἀπορίας cardo rei vertitur. Schaef.

N.

*) Adde quod *ἰόκολπον* poëtam specialia consectantem multo magis decet, quam vagum illud *εὔκολπον.* Plane sic *'Ηὼς* dicitur *ῥοδοδάκτυλος*, non item *εὐδάκτυλος.* SCHAEF.

---

*) Non minus certum et constans discrimen obtinet in harum vsu particularum optatiuo iunctarum, prout hic modus aut vere optat, aut, comitem asciscens particulam ἄν, (quae vere εὐκτικὸν nunquam comitatur,) significat, aliquid futurum esse sub conditione, seu expressâ, seu tacitâ. In priori enim casu poni oportet μή; in posteriori οὐ. Conf. Meletem. Crit. I. p. 91. Alia, vt nunc ipsum video, placent eximio Philologo, cuius hanc legas notam in nuperrima Phaedonis Platonici editione p. 185.: „Pag. 28. [p. 307. Fisch. p. 76. Heind.] οὐδὲν μὲν „ἂν ἧττον ἀκούοιμι —. Pro μὲν ἂν legendum μέντ' ἂν ex Vindob. A, B, F: „i. e. μέντοι ἄν, *tamen*. Tum ἀκούοιμι germana vi Optatiui, i. e. optandi, ac„cipiendum: *nihilo tamen minus audire velim*. Iulianus Epist. VI, p. 376, B: „οὐδὲν οὕτως ἴδοιμι· *nil libentius videre velim*.“ Huic interpretationi quo minus assentiar, impedit et particula ἄν, iungenda illa verbo ἀκούοιμι, non coniunctioni μέντοι, quae sola per se significat *tamen*, et vero οὐδὲν, quod optatiuus φερώνυμος prorsus auersatur. In Iulianeo loco scribam οὐδὲν δ' ἂν —. δ' ἂν quam facile elidi potuerit per syllabam antecedentem, nemo non intelligat. Ceterum hic ipse locus arguit, integrum esse Platonicum, neque post ἧττον excidisse ἡδέως, quod ne acciderit, vereri se ait Heindorfius. SCHAEF.

Π.

P.

Σ.

T.

Υ.

Φ.

INDEX LATINVS.

A.

*) In priori Longi loco (p. 60, 8. Villois.) nunc vereor ne Brunckius egoque errauerimus. Articulus enim recte positus videtur, siquidem pastoribus mos ac fortasse necessitas fuit tantae fistulas magnitudinis aere vinciendi. Discas hoc e supplemento nuper reperto lacunae libri primi, vbi haec leguntur: *σύριγγα βουκολικὴν, καλάμους ἔχουσαν ἐννέα χαλκῷ δεδεμένους ἀντὶ κηροῦ.* Id, opinor, respiciens Sophista, quod lectores morem illum cognitum haberent, p. 60. argutâ breuitate scripsit: *καὶ ἵνα κεκήρωτο τῷ χαλκῷ, πεποίκιλτο.* Sic enim videtur interpungendum esse. *Κηροῦσθαι τῷ χαλκῷ* neminem facile offendat, qui exemplis didicerit, quid in talibus ferat Graecitas. Conf. Valcken. ad Euripid. Phoeniss. v. 28. et quae obiter adspersi ad L. Bos. Ellips. p. 115. quibus hîc accedat insignis locus Senecae huiusmodi catachreses excusantis de Benefic. V, 13.: *Quaedam, etiamsi vera non sint, propter similitudinem eodem vocabulo comprehensa sunt. Sic pyxidem et argenteam et auream dicimus.* Ceterum non dubito, Villoisonum l. c. *καὶ αὐλῶν μεγάλων* iure censuisse mutandum in *καλάμων μεγάλων.* Conf. Bastii Comment. Palaeogr. p. 705. 722. 723. Sed quod idem notauit ad v. *καὶ ἵνα κεκήρωτο:* „Ad oram C. R. III, vt et in Codice Florentino, *ὅτι*, pro *ἵνα*; „vbi forte legendum *ὅ, τι*": non assentior. *ὅτι* illud mutandum in *ὅθι* (conf. Luzac. Exercit. Academ. p. 74.), interpretamentum, vt videtur, genuinae scripturae, *ἵνα.* Atque alibi etiam libri fluctuantur inter *ἵνα* et *ὅθι.* V. Heyn. ad Homer. Il. T. V. p. 430. SCHAEF.

D.

H.

I.

K.

L.

Q.

R.

INDEX

GRAECO - BARBARVS.

INDICI SCRIPTORVM ALTERI INSERANTVR HAEC:

INDICI GRAECITATIS INSERANTVR HAEC:

$\overline{\alpha\vartheta}$ et $\overline{\sigma\vartheta}$ confusa. [Müllerus ad Lycophron. v. 929. p. 164. b.: „θύσθλοις. Sic Vit. 3. at Ciz. „et Vit. 1. θυάθλοις, quia in „MSS. saepe αϑ scribitur pro „ϑ. *Thryll.*" Add. Sebastian. ad h. l. SCHAEF.]

ἀκόλαστος. V. Koen. in praefat. p. XVIII.

ἀκούειν. De fut. v. infra v. καθῆσθαι.

*ἀνακαμπτικός. V. Ind. Graecit. s. $\overline{\iota\kappa o\varsigma}$.

$\overline{\alpha o}$ in $\overline{\alpha\upsilon}$. [Sic Λαυμέδων pro Λαομέδων. V. Sebastian. et Müller. ad Lycophron. v. 952. SCHAEF.]

$\overline{\alpha\upsilon}$ et $\overline{\alpha}$ confusa. [Vt in Euripidis l. c. πέπαται et πέπαυται, plane sic confunduntur πεπαμένος et πεπαυμένος in Lycophronis Cass. v. 457. V. Sebastian. ad h. l. p. 364. Porro, vt in Platonis Phaedone κατέκλασε et κατέκλαυσε (v. p. 914.), pariter confunduntur κλασθὲν et κλαυσθὲν ibid. v. 884. V. Sebastian. ad h. l. p. 367. Denique confunduntur ἄτην et αὐτὴν ibid. v. 318. V. Sebastian. ad h. l. p. 363. Add. etiam Ind. Latin. v. Brunckii notae. SCHAEF.]

αὐτός. — αὐτοῖς et αὖ τοῖς confusa. [E Platone T. V. p. 44. καὶ αὐτῶν ἐκείνων ὁ βασιλεύς citans Heindorfius ad Hipp. Mai. p. 129. nescio cur scripserit αὖ τῶν. SCHAEF.]

γενήτης. V. Koen. in praefat. p. XVI.

διασφάξ. [De accentu h. v. adde Müller. in not. ad Sebastiani Variet. Lection. in Lycophron. p. 58. a. SCHAEF.]

Εἰλείθυια, Εἰλήθυια, Εἰλίθυια. [Tzschuckius ad Strabon. T. VI. p. 602.: „Εἰλειθυίας restitui. Codd. ita hic variant: „Paris. in medio per simplex „iota effert, reliqui vulgarem „lectionem, per η, exhibent." SCHAEF.]

εἶναι et εἰδέναι confusa. [Strabo T. VI. p. 619. οὐκ εἰδέναι δὲ φασκόντων. Editor: „Moscou. εἰδέναι deprauat in εἶ„ναι." Plato Charm. p. 107. Heind. εἶναι εἰδέναι. Recte negat doctissimus Editor, *ferri posse istud εἰδέναι, quod originem traxisse pateat ex proximo εἶναι.* Scilicet, quod toties accidit, διττογραφία locum corrupit, ambabus lectionibus, et genuina et spuria, in textum illatis. SCHAEF.]

ἑστία. V. Koen. in praefat. p. XVII.

εὐκνημίς. V. Koen. in praefat. p. XIX.

ϑῦμα. V. Koen. in praefat. p. XIX.

$\overline{\iota}$ et $\overline{\lambda}$ confusa. — V. etiam Ind. Latin. v. Brunckii notae.

Ἰὰς et Ἰλιὰς confusa. V. Koen. in praefat. p. XVII.

ἵνα et ὄϑι confusa. V. Ind. Latin. v. Brunckii notae.

ἰνῶ. V. Koen. in praefat. p. XVII.

ἰόκολπος. — V. etiam Ind. Graecit. s. $\overline{o}$ et $\overline{\vartheta}$ confusa.

ἱστία. V. Koen. in praefat. p. XVII.

ἱστός. V. Koen. in praefat. p. XVII.

καϑῆσϑαι. [Quem huius verbi sensum Koenius locis in Indice citatis tetigit, eius exemplum reperias in Xenophontis

Oecon. VI, 7. Cito hunc locum, vt aduertam lectores ad ea quae sequuntur §. 10. *Συμπαροξύνειν δέ τι ἐδόκει ἡμῖν καὶ εἰς τὸ ἀλκίμους εἶναι ἡ γεωργία ἔξω τῶν ἐρυμάτων τὰ ἐπιτήδεια φύουσά τε καὶ τρέφουσα τοὺς ἐργαζομένους.* Weiskius: „Ordo e legibus „grammaticis debet esse *τά τ' „ἐπιτήδεια φύουσα καὶ* etc. „Sed particula *τε* etiam tolli „potest." Schneiderus: „Ma„lim *τε* cum Weiskio tollere, „vt inutile." Fefellit doctissimos duumuiros ratio constructionis, quae quominus pateret, obstitit, opinor, comma vulgo ante *ἔξω* positum. Etenim accusatiuus *τοὺς ἐργαζομένους* regitur, non a participio proximo *τρέφουσα*, sed ab infinitiuo satis remoto *συμπαροξύνειν*. Conf. V, 7. Verba autem interposita, *ἔξω τῶν ἐρυμάτων τὰ ἐπιτήδεια φύουσά τε καὶ τρέφουσα*, causam continent, cur *ἡ γεωργία συμπαροξύνει τοὺς ἐργαζομένους εἰς τὸ ἀλκίμους εἶναι.* Ceterum *τὰ ἐπιτήδεια*, quae *ἡ γεωργία φύει*, sunt *fruges*, quae *τρέφει*, *pecudes.* Supra V, 3. *ἔπειτα δὲ ὄψα πολλὰ τὰ μὲν φύει, τὰ δὲ τρέφει· καὶ γὰρ ἡ προβατευτικὴ τέχνη συνῆπται τῇ γεωργίᾳ.* Sequitur §. 11. in Schneideri quidem editione: *καὶ ταῦτά μοι δοκῶ ἡδέως ἑκάτερα ἀκούσειν σου.* Schneiderus: „— vulgatum *ἀκούειν* „corrigere non dubitaui." Sed vbinam, quaeso, vir egregius futurum *ἀκούσω* legit? Ego quidem non memini legere nisi formam mediam *ἀκούσομαι.* Valckenarius in Phalarideis p. XXII.: „*'Ακούσο„μαι· ἀκούσεσθαι* quorum„vis erant Graecorum in vsu: „futurum actiuum *ἀκούσω· „ἀκούσειν·* veteribus erat inu„sitatum." Iam intelligent tirones causam eorum, quae satis *λακωνικῶς*, quod meum tunc erat cacoëthes, ne nunc quidem expugnabile illud, notaui Melet. Crit. I. p. 128. Quod si cui vulgata in Xenophonte scriptura displiceat, (iurene id fiat, dubites) inserat post *ταῦτα* particulam *ἄν.* SCHAEF.]

καὶ, *etiam.* De positu huius particulae v. infra s. *ὁ* habitum etc.

κατὰ et *μετὰ* confusa. [Exemplum huius confusionis in Babrio reperisse sibi visus est praestantissimus Tyrwhittus Dissertat. de Babrio p. CXC. ed. Lips. Frustra, vt satis docui in nota adiuncta, quam etiam in Aesopo Heusingeri nuper Lipsiae repetito p. 145. sq. legas. Comparare poteram Homericum Il. XVIII. v. 96. *αὐτίκα γάρ τοι ἔπειτα μεθ' Ἕκτορα πότμος ἑτοῖμος.* SCHAEF.]

κηροῦσθαι τῷ χαλκῷ. V. Ind. Latin. v. Brunckii notae.

κρούειν. V. Koen. in praefat. p. XVIII.

κυρίττειν. V. Koen. in praefat. p. XVIII.

λ̄ et *ῑ* confusa. — V. etiam Ind. Latin. v. Brunckii notae.

λ̄ et *μ̄* confusa. — V. etiam Ind. Latin. v. Brunckii notae.

Λακεδαίμων pro *Λακεδαιμόνιος.* [Plato T. V. p. 44. *ἐν Λακεδαίμοσιν.* Cornarius ad h. l. p. 55. Fisch.: „falso *ἐν „Λακεδαίμοσιν* pro *ἐν Λακε„δαίμονι.*" Hoc in duobus Codicibus repertum et a Nürnbergero ascitum nollem Astius spreuisset. Quod autem Ficinus vertit *apud Lacedaemonas*, non certior est hic vsus Latinae vocis *Lacedaemon.* In

Vegetio quidem de re milit. III. Prol. in. dudum consensu ediderunt *Lacedaemonios.* Mamertinus Panegyr. c. IX. *gemini illi reges* L a c e d a e m o n e s *Heraclidae.* Iaegerus: „*Lacedaemones* — inu„sitate pro *Lacedaemoniis* di„citur. Liuineius ideo coniicit „legendum esse *Lacedaemo„nis.*" SCHAEF.]

μ̄ et λ̄ confusa. — V. etiam Ind. Latin. v. Brunckii notae.

ō habitum quod non erat nisi ductus calami aduenticius. [E tali ductu ortus est, vt opinor, articulus ὁ initio Fabulae Aesopicae 220. Neuel. (295. Fur.) vbi non dubito scribendum esse: *Δειλὸς καὶ φιλάργυρος.* Car. Ern. Christoph. Schneiderus ad h. l.: „*Δειλὸς* „*ὁ καὶ φιλάργυρος.* — mini„me abundat ὁ: *timidus idem„que auarus.*" Sed in talibus longe diuersa vis est locutionis ὁ *καὶ* —, ἡ *καὶ* —, τὸ *καὶ*—, de qua v. not. ad Gregor. p. 459. Pollux p. 1305. sq. *καὶ κελέοντας, τοὺς καὶ ἱστόποδας, καὶ λείας, τὰς καὶ ἀγνύθας.* Iungermannus: „*τοὺς καὶ ἱστόποδας*, scilicet „*καλοῦσιν.*" Imo *καλουμένους.* Anonymus de metris MS. ap. Tyrwhitt. Dissertat. de Babrio p. CLXX. ed. Lips. *τὸ Ἱππωνάκτειον, τὸ καὶ χωλόν· τὸ τοῦ Ἀνανίου, τὸ καὶ ἰσχιοῤῥωγικόν.* Quod si vulgatam in Aesopo scripturam defendas, fatearis oportet, voces *δειλὸς* et *φιλάργυρος* vulgo dici de iisdem hominibus, mirerisque, mythographum repente fieri synonymographum. Ceterum particula *καὶ* (*etiam*) omnino inter articulum participiumque sic interponi solet. Schol. Victor. ad Homer. Il. II. v. 518. (Heyn. T. IV. p. 687.) *τὸν καὶ φήναντα θεόν.* Scriba Codicis Paris. Platon. (Bast. Comment. Palaeogr. p. 728.) *τοῦ καὶ ὠνησαμένου.* Idem *καὶ* pariter interponi inter praepositionem casumque quem illa regit, nuper exemplis docui in Lipsiensi editione Aesopi Heusingeriani p. 147. et 265. Pindarus Olymp. II. v. 51. *ἐν καὶ θαλάσσᾳ*, quod nolim solicitare. Ibid. VII. v. 47. *καὶ ἐν τελευτᾷ.* Al. *ἐν καὶ τελευτᾷ*, quod Boeckhius praetulit. SCHAEF.]

ὁ, ἡ, τό. — *τὸ ἀδελφὸς, τὸ δῆμος* etc. [Ad talia vulgo subauditur *ὄνομα.* V. L. Bos. Ellips. p. 425. sq. Ita Xenophon Oecon. VI, 14. *τοὺς ἔχοντας τὸ σεμνὸν ὄνομα τοῦτο τὸ καλός τε κἀγαθός.* Mox §. 15. sequitur: *ὅτι προςέκειτο τὸ καλὸς τῷ ἀγαθῷ.* In hac scriptura agnoscere mihi videor soloecismum, (debebat enim esse *τῷ ἀγαθός*,) quem facile tollas, seu legas cum aliquot Codicibus *τὸ κάλλος*, siue, quod malim, cum Stobaeo ὁ *καλός.* Statim: *ὅντινα ἴδοιμι καλόν.* Schneiderus: „*ἄν τινα καλὸν ἴδοιμι* „Stobaeanum praefero, vt ma„gis Atticum." Sic vereor vt Graeci scripserint: requiro enim *εἴ τινα.* SCHAEF.]

ὅθι et *ἵνα* confusa. V. Ind. Latin. v. Brunckii notae. *ὅθι* et *ὅτι* confusa. V. ibid.

ō̄ν et ō̄ς confusa. [Pindarus Olymp. III. v. 75. sq. *κτεάνων δὲ χρυσὸς αἰδοιέστατ ο ν.* Quod aliquot habent libri, *αἰδοιέστατ ο ς*, non de nihilo videtur. Compara quae congessimus Porsonus et ego ad Euripid. Phoeniss. v. 1730. Homerus Il. VIII. v. 247. *αἰετὸν — τελειότατον πετεηνῶν.* vbi noli dubitare quin

τελειότατον sit generis masculini. Conf. Il. XXI. v. 253. XXII. v. 139. Similia tetigi ad L. Bos. Ellips. p. 188. et 921. Cicero de Nat. Deor. II. c. 52. *Indus vero, qui est omnium fluminum maximus.* Florus III, 2, 4. *impiger fluminum Rhodanus.* In transcursu moneo, illis quae collegi ad L. Bos. p. 189. addi posse *ἀριδείκετος ἀνδρῶν* Homer. Il. XI. v. 248. vbi ad genitiuum *ἀνδρῶν* non subaudiam praepositionem *κατά.* Schaef.]

ὅτι et *ὅϑι* confusa. V. Ind. Latin. v. Brunckii notae.

π et *στ* confusa. [Xenophon Oecon. VI, 11. *ὅπως, ἃ μὲν ἀγαϑά ἐστι, ποιῶμεν.* Schneiderus: „*ἀγαϑά ἐστι ποιῶμεν.* „Paris. C. D. *ἀγαϑὰ ἐποιῶ-* „*μεν* dat." Ratio mirae huius diuersitatis clarissime patet ex iis, quae Bastius l. in Indice c. monuit. Cum iis, quae paullo post §. 12. sequuntur, *βουλοίμην ἂν οὕτως ἀκούειν, ὡς κ. τ. λ.*, conferas Iulianea et Platonica, de quibus p. 1015. in nota dixi. Schaef.]

παροιμία subaudiendum. [Add. Schol. Platon. p. 133. Schaef.]

Sumtibus I. A. G. Weigelii prodierunt:

Graecae linguae Dialecti recognitae opera Mich. Maittaire. Post l. F. Reitzium, qui praef. et excerpta ex Apoll. Dysc. Gramm. addid. totum opus rec. emend. aux. F. G. Sturzius. 1807. 8 maj. 3 rthl. 8 gr.
Charta melior — — — — 4 — 8 —
— — scriptoria — — — 5 —
Sturzii F. G. Liber de Dialecto Maced. et Alex. 1808. 8 maj. (Pars 2da Operis Maittair.) 1 rthl. 4 gr.
Charta script. — — — — 1 — 18 —
Dionysius Longinus de Sublimitate. Gr. et lat. Denuo rec. et animadu. viror. doct. aliisq. subsid. instr. B. Weiske. 1809. 8 maj. — — — — 4 rthl.
Charta script. — — — — 5 —
— — pergam. (velin) — — — 7 —
Fabulae Aesopicae, quales ante Planudem fereb. ex vet. cod. Abb. Flor. nunc prim. erutae vna cum aliis partim hinc inde coll. partim ex codd. depromptis, lat. vers. et not. exorn. Stud. Fr. de Furia. C. ind. (Acced. Prolegomena editoris, Fabricii not. lit. Tyrwhitt de Babrio, Huschkii Diss. de Archilocho, Bentleii Diss. de Aesopo.) 1810. 8 maj. — — 4 rthl.
Charta script. — — — — 5 —
— — pergam. (velin) — — — 7 —
Idem Liber. Graece. C. not. Fr. de Furia et al. Sine Diss. Fabricii, Tyrwhitti etc. C. ind. 1810. 8 maj. 1 rthl. 16 gr.
Charta script. — — — — 2 — 4 —
Eaedem Fabulae, graece, c. not. et ind. Schneideri. In vsum schol. 810. 8 maj. — — 20 gr.
Charta script. — — — — 1 rthl. 4 gr.

Empedoclis et Parmenidis Fragmenta ex cod. Taur. Bibl. restit. et ill. ab A. Peyron. Simul agitur de genuino gr. textu comment. Simplicii in Arist. de Coelo et mundo. 810. 8 maj. — — — 16 gr.
Charta script. — — — — 1 rthl.
— — membr. (velin) — — 1 rthl. 16 gr.
Pindari Opera quae supersunt. Textum in genuina metra restit. et ex fide libror. MSS. doctorumque conject. rec. annot. crit. scholia integra, interpr. lat. comment. perp. et indd. adj. A. Boeckhius. Tom. I. 1811. 4 maj.
Idem liber, graecum text. cont. 4 maj.
Boeckhii Aug. Commentationes acad. II. cont. specimen emend. in Pindari Carmina. 1811. 4 min. 12 gr.
Apparatus liter. III tomi, c. indd. (Catalogus libror. apud me venal. C. pretiis). 8 maj. — 1 rthl. 16 gr.
Charta melior — — — — 3 rthl.

In commissis:
Murray Descriptio arteriar. corp. hum. Vpsal. 798. 4. 16 gr.
Paykull, G. de, Fauna Suecica. II tomi. ibid. 8 maj. 2 rthl. 12 gr.
Eiusd. Monographia carabor. Sueciae. ib. 790. 8. 20 gr.
Floderi I. Opuscula orat. et poet. ib. 791. 8 maj. 1 rthl. 8 gr.
Platonis Phaedon explan. et emend. proleg. et annot. Dan. Wyttenbachii. Lugd. B. 1810. 8 maj. 3 rthl. 8 gr.

Mionnet Description de Medailles antiques. IV tomes. av. fig. à Par. 806. 8. 33 rthl. 2 gr.
Iuvenalis Satyrae, ad Codd. Paris. rec. stud. Achaintre. 2 tomi. Paris. 810. 8. 16 rthl.
Gosselin Recherches sur la Geographie syst. et pos. des Anciens. 2 tomes. Du même Geographie des Grecs analysée. Av. Cartes. à Paris an VI. et 790. 4. 26 rthl. 6 gr.
L'Iliade d'Homère, trad. en fr. (av. des notes) par M. de Rochefort. 2 tomes. à Par. 781. 4. 10 rthl.
Silv. de Sacy Grammaire Arabe. 3 tomes. à Paris 806. 8. 16 rthl.
Leibnitii opera omnia. VI tomi. Genevae 768. 4. 26 rthl.

Tacitus, in vsum Delph. ed. Pichon. 4 tomi. Paris. 682. 4. 30 rthl.
Tacitus ed. Brotier. 4 tomi. Paris. 771. 4. 48 rthl.
Les Georgiques de Virgile, trad. en vers fr. par l'Abbé De Lille. Paris Didot 783. 4. 10 rthl.
Plinii historia nat. in us. Delph. ed. Harduinus. V tomi. Paris. 685. 4. 30 rthl.
Lucretius, ed. Nardius. C. fig. Flor. 647. 4. 4 rthl.
Sallustius in us. Delph. ed. Crispinus. Paris. 674. 4. 5 rthl.
Vellejus Paterc. in us. Delph. ed. Riguez. Paris. 675. 4. 5 rthl.
Statius ed. Tiliobroga. Paris. 600. 4. 2 rthl. 8 gr.
Raphelengii Lexicon arab. Leidae 613. 4. 5 rthl.
Quatuor Evangelia, Graece, ed. Birch. Hafn. 788. 4. 9 rthl.
Biblia in lingua Livonica, ed. Fischer. Rigae 685. 4. 4 rthl.
Perries Segmenta nobil. signor. et statuar. 100 tabb. Rom. 638. fol. 15 rthl.
Description des princip. pierres grav. du Cab. du Duc d'Orleans. 2 Voll. av. fig. à Par. 780. fol. 40 rthl.
Turnebi Adversaria stud. Fardini. Par. 580. fol. 4 rthl.
Fabretti de Columna Trajani syntagma. C. fig. Rom. 683. fol. 5 rthl. 12 gr.
A. a S. Iosepho Gazophylacium ling. pers. Amst. 684. fol. 9 rthl.
Bougeti Lexicon hebr. 3 tomi. Rom. 737. fol. 10 rthl.
Septalii in Aristot. Problemata Commentaria. 3 tomi. Lugd. 632. fol. 5 rthl.
Avicennae Canon med. etc. 2 tomi. Venet. ap. Iunt. 595. fol. 4 rthl.
Terentius ed. Cocquelines. 2 tomi. C. fig. Romae 767. fol. 24 rthl.
Virgilius ed. Ambrogi. 3 tomi. Rom. 763. fol. 30 rthl.
Terentius. Lat. et Ital. C. fig. Vrbin. 736. fol. 15 rthl.
R. M. van Goens diatr. de cepotaphiis. Traj. ad Rh. 763. 8. 1 rthl. 4 gr.
Reitzius de ambiguis, mediis et contrariis. ib. 752. 8. 1 rthl. 16 gr.
Hemsterhusii et Valckenarii Orationes. L. Bat. 784. 8. 2 rthl. 4 gr.

Launoii veneranda rom. eccles. circa simoniam traditio. Paris. 675. 8. 1 rthl. 4 gr.
P. de Marca Opuscula ed. Baluzius. ib. 681. 8. 1 rthl. 8 gr.
Ej. Dissertationes III. ed. Baluzius. ib. 669. 8. 1 rthl. 8 gr.
Bellorii Annotatt. in XII prior. Caes. numism. C. fig. Romae 730. fol. 5 rthl.
Stosch Gemmae ant. cael. Ex praec. Europ. Mus. sel. Gall. et lat. C. fig. B. Picart. Amst. 724. fol. 15 rthl.
Nouv. Recueil de Vues des princip. eglises, places, rues et palais de Rome mod. et des plus beaux monumens de Rome anc. à Rome 763. fol. max. 26 rthl.
Psalterium hebr. gr. arab. et chald. c. III. lat. interpr. et gloss. Genevae 516. fol. 18 rthl.
Sacrosancta IV Euangelia, arab. scr. lat. redd. figg. orn. Romae ex typ. Med. 619. fol. 15 rthl.
Irenaei contra omnes haeres. libb. V. Gr. lat. ed. Grabe. Oxon. 702. fol. 8 rthl.
Ocellus Lucanus. Gr. lat. ed. Vizzanius. Amst. 661. 4. 1 rthl. 16 gr.
Euripidis Phoenissae gr. lat. ed. Valckenaer. Franeq. 755. 4. 5 rthl. 12 gr.
Ovidius, in us. Delph. ed. Crispinus. 4 tomi. Paris. 689. 4. 24 rthl.
Horatius. Lat. et Gall. par Dacier. 5me Ed. augm. des notes de Bentley, Cuningham et Sanadon. 4 tomi. à Hamb. 733. 4. 10 rthl.
Catullus, Tibullus, Propertius, in us. Delph. ed. Silvius. Paris. 685. 4. 8 rthl. 12 gr.
Plautus Parei. Francof. 623. 4. 1 rthl. 18 gr.
Eutropius, in us. Delph. ed. a T. Fabri filia. Paris. 683. 4. 3 rthl. 16 gr.
Celsus ex rec. Targae. L. Bat. 785. 4. 9 rthl.
Panegyrici vet. ed. Arntzenius. 2 tomi. Traj. ad Rh. 790. 4. 7 rthl. 12 gr.
Scheidii Glossarium arab. lat. L. Bat. 769. 4. 1 rthl. 16 gr.
Idem Liber. ibid. 787. 4. 4 rthl.
Scaliger de causis ling. lat. libb. 13. Ed. Commel. 623. 8. 20 gr.
Idem Liber. Lugd. 540. 4. 1 rthl. 14 gr.
Tabula Peutingeriana itin. ed. Scheyb. Vindob. 753. fol. 24 rthl.

Opere di Tacito con la trad. del Davanzati. Pad. 755. 4. 3 rthl.
Idem Liber. Bassan. 790. 4. 8 rthl.
Talmudi Babyl. Codex succa. Traj. ad Rh. 726. 4. 1 rthl. 16 gr.
Aen. Sylvii Piccol. Sen. Opera. Bas. 551. fol. 5 rthl.
Ej. Epistola c. lit. init. pict. Norimb. 496. 4. 6 rthl.
F. Strada de bello belg. etc. C. fig. L. Bat. 645. 12. 1 rthl. 16 gr.
Xenophontis Opera Gr. lat. ed. Leunclavius. Paris. 625. fol. 15 rthl.
— — — Opera omnia. Gr. lat. Basil. 572. fol. 5 rthl. 12 gr.
Wilmet Lexicon arab. Roterod. 784. 4. 8 rthl.
P. de Vineis Epistolar. libb. VI. Bas. 566. 8. 1 rthl. 12 gr.

PLATONIS OPERA
GRAECE
CVM VERSIONE LATINA, ANNOTATIONE CRITICA, SCHOLIIS GRAECIS ET INDICE PLENISSIMO. 8. mai.

Quod inde a Stephaniana Platonici textus recensione desideratum fuit ab eruditis, vt philosophorum omniumque prope scriptorum veterum principis libri omnes iusta quadam et legitima textus castigatione ad antiquam integritatem reuocarentur propius, id negotium ob critici apparatus inopiam nemo adhuc aggredi potuit; nostra demum aetas intra sexennium fere effectum videbit. Quippe affluente nobis ex bibliothecis tanta criticorum subsidiorum copia, quanta paucis adhuc contigit veterum scriptorum editoribus, facile persuasimus viris iis, qui operi prae ceteris in patria viderentur idonei, *L. F. Heindorfio* et *A. Boeckhio*, vt curam hanc susciperent criticae omnium Platonis librorum editionis. Editionis autem haec erit ratio, vt textus ad optimorum Codd. ceterorumque subsidiorum fidem constanti emendetur recensione, textui subiiciatur Latina versio, sensum vbique accurate reddens; denique singulis tomis critica maximam partem adiungatur annotatio, saepe tamen

illa ad rerum quoque et sententiarum explicationem pertinens. Operi accedent volumina aliquot scholiorum Graecorum partim ineditorum et index vel potius clauis, quam dicunt, vniuersum Platonis sermonem et ex historia, geographia etc. singula continens. Totum opus fere voluminibus XV. absoluetur. Externa eius forma eadem erit, quam adhibuimus in Longino Weiskii aut in ea, quae nuper prodiit cura Del Furiae, Aesopi editione maiore.

Tam egregium opus, quo inter Philologos nemo facile careat, vt commodius minoribusque impensis emi possit, polliceor me iis, qui nomen suum apud me *subscribendo* professi fuerint, singulos tomos singulis thaleris frondiferis s. Gallicis (*Laubthaler*), h. e. 1 Thal. 13 Gross. monetae Saxonicae, venditurum esse. Haec pecunia non soluetur in antecessum, sed absoluto quoque tomo numerabitur. Primus tomus cum mercatu vernali anni 1812. proditurus sit, Subscriptorum nomina, quorum index operi praefigetur, vsque ad mercatum autumnalem 1811. praestolabor. Qui non subscripserint, pro singulis tomis pendent 2 Thal. 8 Gross. mon. Saxon.

Lipsiae d. 17. Febr. 1811.

Io. Aug. Gottlob Weigel.

TYPIS CAROLI TAVCHNITZII.

Tab. I.



Tab. II.



Tab. III.



Tab. IV.





Tab. 11.



Tab. VII.